




**Orationes, epitaphia et scripta, quæ edita svnt de morte
Philippi Melanchthonis omnia cum narratione exponente, quo
fine uitam in terris suam clausurit, unà cum præcedentium
proxime dierum, &] totius morbi quo confectus est, breui
descriptione**

<https://hdl.handle.net/1874/399810>



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


B. oct.

48



270 Latachka








18





Miscellanea Litteraria

Octavo n°. 48.

B. oct.

48

R. 46. A.

W
ORATIONES,
EPITAPHIA
ET SCRIPTA, QVÆ

EDITA SVNT DE MORTE

Philippi Melanthonis omnia, cum narratione ex-
ponente, quo fine uitam in terris suam clauserit,
una cum præcedentium proximè dierum, & toti-
us morbi, quo confectus est, breui descriptione,
edita à Professoribus Academiæ Viteber-
gensis, qui omnibus quæ exponun-
tur interfuerunt.



VITEBERG

M. D. LXI.



Wittenberg.

100

NARRATIO DE MOR-
BO ET OBITV REVEREN-
di et clarissimi viri, D. Phi-
lippi Melanthonis.



OC ANNO CHRISTI
uertere M. D. Sexagesimo XV.
Calend: Martij, compleuit Domi-
nus Philippus Melanthon, Vir cla-
rissimus annum etatis sexagesi-
mum tertium, qui est κλιμακτήρ, Sic enim a-
pellarunt Græci annos eos, qui ex septenario,
et nouenario consummantur, in quib. annis cer-
tis de causis, quasi per scalarum gradus, qui græ-
co uocabulo significantur, uirtus in corporibus
moueri putatur, Ut sint quasi articuli quidam, in
quibus ad sequentis temporis consecutionem sese
uertat et inflectat, Itaq; quod singulares tum
motus fiant uirtutis corporum, ut diximus, peri-
culosi illi uitæ sunt, et ut apud medicos morbo-
rum, sic hi uitæ κρίσες quedam habentur.

Sexagesimus autem tertius ideo est pericu-
losior, quod septenaria et nouenaria mutatio-
num concurrant, nam septies nouem sunt 63.
Ut commotionem in corporibus maiorem tum-
fieri necesse sit, Hic Climacter senum appella-
ri solet

ri solet, & permultos senes ex magnis uiris &
mediocribus hominibus, de ueteribus historijs &
nostra memoria commemorare possemus, qui il-
lo etatis tempore mortui fuerunt, si hoc agere-
tur, aut de climactericis annis disputatio insti-
tueretur, quorum neutrum agitur in praesentia,
& de suis obseruationibus unusquisq; sibi exem-
pla in memoriam reuocare facile poterit. Ad
hunc igitur uitæ annum, & quasi flexum etatis
metuimus Domino Philippo omnibus, qui illas ob-
seruationes eruditæ antiquitatis non contemni-
mus, quas ipso etiam autore & magistro non
contemnere didicimus, Itaq; ipsum Melantho-
nem de climaclere hoc suo pie & eruditè dispu-
tantem sepe audiuimus, cum recitaret nobis, que
à clarissimo medico & mathematico Iohanne
Virdungo ei ex astris quondam prædicta essent,
& ἐναλλαγές astrorum & effectionis cœli ab
hoc ei usq; ad Sexagesimum tertium etatis an-
num computatas fuisse, sed post hunc annum, di-
cebat nullam ille mihi addidit ἐναλλαγῶν. Et
memimimus multas uoces ipsius, quibus significa-
bat se non longè abesse à morte. Quotiescunq;
etiam de quorundam hostilibus conatibus &
molationibus aduersus se narrari audiebat, sem-
per hoc ille subiçere solebat, ut diceret: Non
diu hic obuersando eos impediā.

Ad mortem autem se parabat tūm etiam ac-
curatius

curatius, deq; hac cura sua quibusdam etiam
uersiculis suis testabatur, commemorauit enim
nobis hoc distichon suum ante multos menses:

Sic ego quotidie de lecto surgo precando.,

Vt mens ad mortem sit duce leta Deo.

Hunc tamen tam periculosum climacterem,
ille, Dei beneficio, ita superauit, ut penè nullo ge-
nere inualetudinis, aut nouo saltem ipsiq; inusi-
tato toto illo tentaretur. Obseruatum autem &
hoc est, sèpè climacterici illius difficultates in-
sequentem usq; annum differri uel extendi po-
tius, & possemus multa exempla commemorare
eorum, qui mox post completum ætatis annum
Sexagesimum tertium mortui sunt, in quibus &
D. Lutherus est, qui post climacterem eundem
mense tertio extinctus est, quemadmodum &
Dominus Philippus fermè, ut de sequente nar-
ratione cognoscetur, Itaq; hunc annum cum spe-
rasset iam uiuendo Præceptor & Pater noster,
non tamen sollicitudinē de uita huius nostram de-
ponere potuimus, quòd sequentem metueremus,
& ipse etiam ad æstatem huius anni de pericu-
lis uite sue ominaretur.

Hoc autem animaduertimus uniuersi, qui
consuetudine eius usi sumus, ab eo tempore quo
Sexagesimum quartum uitæ annum ingressus fu-
it, manifestè in dies singulos corpus attenuari
& debilitari, ut quanquam nihil quicquam omit-

A 3 teret,

teret, neq; remitteret de laboribus illis uniuersis,
qui ei iam incubuere per annos quadraginta du-
os integros, scriptionū tamen opera, que in hac
etate ipsius maturitatem habebant sapientiae con-
summatæ & senilis, atq; ut Cyneæ quædā cantii-
tiones ab ipso præstantissime elaborantur, ha-
igitur in primis ei inter manus quasi ut adhære-
scerent, minusq; expeditè procederent, et longu-
lo tempore ei opus esset, ad ea que antea celeri-
ter absoluere consueuerat. Hec ita deprehendi
potuere etiam à non magnopere attendentibus.
Ad 6. autem Calendas Aprilis cùm de mandato
Illustrissimi Principis Electoris &c. ab Acade-
mia Lipsensi euocaretur ad examinationem, quæ
eo tempore singulis annis haberri solet, eorum, qui
munificentia Illustrissima ibi aluntur datis sti-
pendijs ut sacris literis studeant, ad horum igi-
tur examinationem tūm euocatus, cui ab aliquot
iam annis præesse ille de sententia & uoluntate
Principis solebat, hinc profectus est Lipsiam 3.
Calend: Aprilis, quæ est 30. Martij, atq; confecto
ibi negocio ad suos reuertens, ex oppido Lipsen-
si egressus est pridie Nonarum Aprilis. Et po-
stridie quæ erat Nonarum dies & quinta men-
sis, hic rediit. Etsi autem & antehac semper &
tum etiam ad illas operas minimè grauare, pro-
pter amicos autem & necessarios suos, quos
Lipsiæ habebat, etiam cupidè eò excurrebat, &
cùm

cum sèpè alias, tūm in illo etiam itinere laudare solebat Principis Electoris consilium, qui stipendiariorum illorum examinationes cum solennitate quadam administrari uellet: Ventosa tamen & gelidior tempestas illud iter ei tūm insuaue reddidit, quæ proficiscentem nonnihil affixit, & Calendis Aprilis subito exorta tormenta & diacopioæ commotio à prandio cum exagitatrūt, & pallorem attulerunt solito maiorem, quæ tamen mox euanuerunt omnia neq; posthac recurrerunt. In primis uero Nonarum Aprilium die tempestas ei molesta erat, cum uenti boreales aëris frigiditatem augerent humidiusculam, Ideoq; cum de uectationis insuauitate, tūm etiam tempestate illa querebatur, totaq; hyeme non se grauiorem ex frigore dolorem sensisse dicere, atq; multa uel omnia potius in gestibus & uocibus ipsius sedentis in esedo arguebant non esse ei optime. Etiam calculi commotionem ex uectatione se sentire querebatur, cum Lithiasi, ut notum est, iam à multis annis laborarit. Ita igitur domum reuersus, ut diximus, biduo etiā tenuiore esse ualetudine uisus est, ex facie magis, uoce & gestibus quam querelis aut indicatione aliqua sua. Sed nocte ea quæ 8. Aprilis præcedebat, quæ est 6. Idus erumpere iam malum illud incipiebat, quod eum confecit. Illa enim fermè tota somnum capere non potuit, quo debilitatem au-

gescere necesse fuit, cùm in illa sene eti corpus te-
nue & exhaustum nulla re magis quām somno
ali atq; sustentari animaduerteretur, quo ab ali-
quot iam annis minimè impedito uisus fuit. Malū
igitur tum ut diximus erumpere & debilitas
magna existere cœpit, & quanquam præceden-
tibus illis diebus vocatè uisus fuerat, ita ta-
men hæc eum ualetudinis ipsius conuersio celeri-
ter accidebat, ut penè subita esse uiderentur om-
nia, quod die præcedente nihil tale metui potu-
isset. Fiebant autem hec, Ut calor sentiretur in
corpore alienior, & tussis existeret satis uehe-
mens, respiratio etiam minus esset expedita, &
pallor & macies in facie augescerent, & ut res
postea docuit febris hac nocte eum primum in-
uadere cœpit illa, cuius paroxismus septimus
undecimo die post eum sustulit. In primis tamen
uirium imbecillitas magna existebat, quæ tanta
erat, ut cùm remittere de laboribus suis nihil
uellet, continuare tamen scriptiones suas non pos-
set, sed interquiescere subinde necesse haberet,
ut uno aut altero uersu exarato postea in sedili
longo decumberet substrata sub capite ueste sua
pellibus subducta. Hæc cùm ita fierent, accersit
ad se gener Philippi Doctor Peuccerus necessa-
rium quendam suum hora matutina sexta, ut ui-
deret & consideraret imbecillitatem socii, &
simul de animi sui perturbatione & sollicitudi-
nis

nis sensu significabat, quod cum in praesentia
adhuc nihil appareret maioris periculi, nun-
quam tamen se in ullo morbo saceri maiorem
consternationem sensisse diceret, & metueret o-
mnia, ut statim ominosa illa uiderentur, Itaq; de
accersendo tum Ioachimo Camerario cogitaba-
tur, cui cum Philippo Melanthone per annos
quadraginta & amplius amiciciae, & necessitu-
dinis coniunctio intercessit tanta, quanta inter
homines esse potest, de hoc igitur accersendo, ut
cuius consuetudine & conspectu maxime dele-
ctaretur, & alijs quibusdam de causis sermones
tum habebantur, & mittebantur eadem die ad
Ioachimum literae, quibus de praesenti statu uale-
tudinis docebatur.

Occupabatur tum D. Philippus scribendis li-
teris, & habebat sub manibus epistolam quam
mitteret ad amicum quendam in littore Bal-
thico, cui de imbecillitate sua significabat, scribe-
bat autem se post iter Heidelbergense non sen-
sisse maiorem, interq; alia hoc etiam de morte
sua præsagium addebat, Fortassis Deum se cri-
pere uelle ex synodo Lystrica quam Flaciani
molirentur, sed uirium imbecillitatem scriptio
per se indicabat, cum exarata esset Epistola li-
teris admodum uacillantibus. Ut autem antehac
semper, ita tum etiam medico utebatur genero

A 5 suo,

suo, qui quod & de ipsius ægroti indicatione, ex urina Calculi etiam commotionem simul fieri animaduerteret, sacculos ei ad fomenta, unctio-nes & balneum parabat, quæ antea ei saepè in Lithiasi profuerant, quæ cùm ita fieri uideret ad quendam, qui tum solus ante ipsum in sedili illo suo decubuentem astabat, ad hunc igitur tum ille, intus est, dicebat, non foris, quid igitur proficietur sacculis illis & unctionibus: cumq; alter responderet ad calculum illa dirigi, cuius sentiret motus aliquos: tum ille rursus, uerum est inquit, sentio calculum, sed puto hoc malum magis esse à pituita (in quo fallebatur, ut infra agnoscetur) nam mihi etiam ḥvōpeξic molesta est, quam et si & ipsam solet calculus secum af-ferre, sentio tamen hanc esse aliam, quam qualis à calculo esse solet.

Cumq; aliquantisper conticuisset, postea ad-debat huius sententiæ uerba: Si Deus ita uoluerit, libenter moriar, quem oro, ut largiatur mihi lætam decessionem, quibus ad Simeonis Canticum allusisse uidetur, disertè tamen læticæ uerbo ute-batur, & lætam migrationem optabat, sicut & suprà expositum distichon ipsius lætum ad mor-tem animum orat. Cum post perscriptas Epi-stolas ita decubuisse fermè usque ad horam ma-tutinam octauam, ad duos quosdam, qui ante ipsum tum forte astiterant, dicebat, ab aliquot iam

iam annis hoc tempore languere soleo, sed hoc
anno accessit Eclipsis in æquinoctio, & imminet
Saturni, & Martis coniunctio, quæ incidit mihi
in octauam. Huius coniunctionis etiam sequenti-
bus morbi diebus sèpè mentionem faciebat, &
qui hanc contemnerent stultè facere dicebat, Si-
gnificant tamen tales coniunctiones non tam cor-
poribus, quam communibus rebus. Itaq; sterilita-
tem ipse etiam ex hac, & alijs tam signis quam
præsagijs suis metuebat, & autor erat Acade-
mie, ut frumentum coëmeret ad usus suorum, si
annone caritas incideret, quod & de consilijs
ipsius factum est, & nunc quasi ex testamento
D. Præceptoris ab hac asseruatur. Atq; hæc
locutus, quod circa nonam esse putaret, que erat
ordinaria hora operarum ipsius publicarum,
surgebat de sedili, et parabat se, ut ad prælectio-
nem Dialecticæ descenderet, nam et si nihil o-
mittebatur & orando & hortando, obtineri
tamen non poterat, ut sibi hac in parte parceret,
& prælegendi opera supersederet: legam inquit
dimidiam horulam, postea in Balneum descen-
dam, Cumq; manus lauare uellet, quod certo con-
silio sèpè facere consueuerat, & ad malluuum
per scabellum altius ascenderet, ita difficilis ei
ascensio siebat, ut labente genu altero penè con-
cidisset, qua re commotus non nihil, ego inquit
extinguar sicut lucernula. Nam statim inter
initia

initia morbi mortem omnimari incipiebat, & se-
quentibus diebus omnibus in ore erat mentio hu-
ius, & sermones de hac multos & sapientes atq;
pios habebat, quorum deinceps suo loco refere-
mus aliquos. Ita igitur antequam octaua audi-
retur, comitantibus eum & deduentibus duo-
bus in scholam publicam doctrinæ suæ descendit,
in quo consulto cum errare patiebamur, ut lec-
tio interuerteretur, et si suspicabamur eum ali-
enam horā professoris eius, cuius est hora octa-
ua, quem tum peregrē abesse sciebat, obire uelle.
Ad auditorij fores cùm peruenisset, ita cecidit,
ut per pauci scholastici ibi adessent, cùmq; signi-
ficaretur ei nondum esse auditam octauam, quid
igitur hic agimus? inquit, atq; domum reuer-
tens, ab ijsdem qui eum deduxerunt reductus
est. Inter eundum dicebat si Kembergam usque
procederem, fortassis melius mecum fieret, quod
oppidulū distat Vuiteberga aliquantō longiore
spacio quam est parasangē unius, quae habet mi-
liare germanicum breuius. Etsi autem tantum
itineris illa ualeudine sua nequaquam confidere
potuisset, Post hanc tamen non longam itionem
de qua diximus alleuari nonnihil uisus fuit, ut do-
mum reuersus meliusculē haberet, perseuera-
bat autem in sententia se hora nona lecturum
esse, quod et si erant qui auertendum iudicarent
significatione contraria publicè proposita, ut re-
uertens

uerens auditores nullos inueniret, contrâ tamen
hoc metuebatur, ne ea aduersatione & frustra-
tione tali ita offenderetur, ut iracundiæ commo-
tio ei plus noceret, quam ulla defatigatio, id
quod factū fuisset. Itaq; neq; illa die neq; sequen-
tibus à prælectionum operis talibus consilijs qua-
si uiolentis quibusdam abductus fuit aut impedi-
tus, cùm semper quidem oraretur ut sibi parcer-
ret. Domum reductus rursus in sedili longo suo
decubuit atq; relicto apud eum altero ex ijs, qui
eum domum reduxerant, alter ab eo discerit,
quod diceret se literas ad Camerarium obsigna-
turum, id cùm audiret, scribe ei inquit me calcu-
lo impediri ab itinere Misnensi, invitatus enim
fuerat ad inspectionem solennem ludi illius, &
cæterorum illustrium. Interea dum nona audi-
retrur, de ijs fermè tantum, quæ publicè in lectio-
ne propositurus esset, sermones habuit. Hora no-
na ad lectionem descendit, in qua diſsimulans
imbecillitatem quantum poterat, etiam uoce fir-
mitatem præ se ferens, cùm res diſsimulari mini-
me posset, duo tantum argumenta proposuit, quo-
rum alterum erat Gregorij Nazianzeni: εἰς τὸ
ἄγιον τάχος α., eiusmodi, λύτρον est τοῦ κατέ-
χοντος, Diabolus κατέχει iuxta dictum Esaiæ,
κατέχόμεθα μὲν γὰρ οὐτὸν τοῦ πονηροῦ, πε-
πέμψαντο οὐτὸν τὸν ἄμαρτιον &c. quod argu-
mentum tum soluebat atq; explicabat, quomodo
diabolo

diabolo non deberentur XV^o aliquantò quam
fit à Gregorio disertius, & planius. Hæc lectio
non multum ultra quadrantem horæ producta
fuit, & haud scimus an breuiores lectiones ab
ipso habitam antehac nemo meminerit. Sic igit
tur post finitam lectionem iterum domum reuer
sus statim in Labrum aquæ calidæ descendit, &
fomenta atq;unctiones adhibitæ fuere illæ, de
quibus supra diximus, cùmq; per dimidiām ho
ram in labro desedisset, ad prandium inde egres
sus est, omnibus rebus ita se dantibus, ut minus ei
metueretur, & ut antè sèpè, ita tūm etiam à cal
culo tantum omnis debilitas extitisse iudicare
tur. In prandio perparum & comedebat, & bi
bebait, hilariusculum se tamen & eum omnino
præbebat, ut periculum in præsentia superatum
esse pleriq; considerent. Postea quieti se dedit, &
dormiuit per horas ferme tres, qui somnus cum
ita confirmauit, ut spes simul omnium magis con
firmaretur. Ante cœnam scriptiones certas ab
soluebat, & cùm in cœna postea, tūm post hanc
nihil animaduertebatur, quod spem à plerisq;
conceptam debilitaret, uires tamen se non cor
roborabant, sed languor & imbecillitas potius
harum manebat non multò minor quam manē
fuerat. Nox sequens grauior erat, qua primum
deprehensum fuit, quid morbi esset, quo labora
ret, nam post medium huius paroxysmus febri
lis

lis recurrit, & manè hora quinta qua surgebat declinatio, huius manifestè deprehendebatur, itaq; tūm gener medicus cum docere febrem esse, non tantum calculi commotionem, & ipse etiam ægrotus idem iudicare & sentire. Sic igitur tum agnitus morbus fuit, & finito paulò post paroxysmo hoc, altero die illa, quæ erat No- na Aprilis & V. Idus, minus male habere uisus, cùm usitatarum operarum suarum nihil intermittebat, & ut sequentibus fermè quinque proximis diebus continuis, tūm in Chronicō di- cētando, cuius secundam partem absoluerat per- ducta historia ab initijs mundi usq; ad Carolum Magnum, hora ordinaria sua pergebat, & ex notationib; recentiorib; Rolandi epitaphium inter cetera commemorabat, cuius uersus ut ca- ptus fuit illorum temporum nequaquam contem- nendi, & habent elegans & pium, ut hac de causa admodum ei placere animaduerteren- tur, qui sic referuntur :

*Tu patriam repetens tristi nos orbe relinquis,
Te tenet aula nitens, nos lacrimosa dies.*

Quod nunc Philippo Melanthone amissō ni- mis uerè respicientes ad lustuosissimum tem- pus hoc nostrum de nobis, Ecclesijs, et publicis et priuatis rebus nostris dicere possumus, cùm quid morte huius amiserimus, & quæ pericula im- pendeant

pendeant omnes sanos intelligere necesse sit, ipsius
us autem sanctissima anima in uera patria sua
coelestii consuetudine fruitur. Sed querelis &
& dolori indulgere in praesentia non institui-
mus. Fuit in hoc genere Chronico lectio illius
ultima, quae & inculcationem uersuum Epita-
phiorum illorum ominosam habuit, tam de mora-
te ipsis quam de temporibus, quae hanc essent
consecuturæ, tum hanc etiam uocem ipsius in
primis, quod de Rolando siti extincto ut à qui-
busdam perhibetur, uerba faciens haec, inter alia
diceret, præstantes uiros subito abripi. Postera
die quæ erat IIII. Iduum, seu decima Aprilis,
prorsus iam à morbo liber uidebatur, nam ille
internus calor febris continentis & perpetuae, de
quo postea dicetur, nondum ita se exeruerat, ut
de eo certo pronunciari posset, quod tamen de-
prehensum iam esset, & febrem esse & tertia-
nam febrem, medicus ei potionem parabat, quæ
bilem educeret, qua cum hac die manè usus esset,
ea se alleuatum confitebatur. Nihil uero ille sibi
minus parcere quam si rectissime ualeret, cum
nullo unquam tempore magis ei quiete opus fu-
erit, Itaq; cum eadem die certis de causis Sena-
tum Academiæ sub horam XII. conuocatum
esse cognouisset, ne ulla in parte deesset rebus pu-
blicis, in consilium publicum uenit & ipse, non
tantum non uocatus, sed oratus etiam, ut quieti
sue

sue consuleret, Præsertim cum negotia essent de
quibus ageretur minime quidam illa contemne-
da, non tamen eiusmodi propter quæ ita defati-
gari tantum uirum (abest enim consiliorum lo-
cus ab ædibus ipsius interuallo non paruo) &
tali tempore suo, necesse esset, quod si grauiſſima
etiam fuissent, consilio tamen eius alijs modis res
scholastica frui potuſſet. Sed ut antehac ſemper
in tota uita, ita tum ſibi etiam non pepercit, &
in illa inualetudine, & uicina morti uel huic po-
tius proxima imbecillitate ſua, ſe tanquam recte
ualente uſus eſt quam diu potuit, atq; tum in Se-
natū cum commotione non parua contra uiolan-
tes disciplinam publicam & tranquillitatem
communem, multa dixit grauiſſime, & statuit
ſeueriſſime, lenitatem uel lenitudinem potius eo-
rum qui moliores hac in parte eſſent increpa-
uit, & de coniunctione animorum & pacis stu-
dio multa utiliter & piè monuit ad concilian-
dos animos quorundam ſcholasticorum, inter
quos periculose rixa extiterant. Nos quidem
meminiſſimus quodam tempore eum cum ex Sena-
tu post grauiorem commotionem domum reuer-
teretur de ſe dicere, animi commotiones tales
ſuas inter ea eſſe, que mortem ipſi accelerarent,
& de iracundiae commotionibus, curis, & labo-
ribus dicebat, his tribus rebus uitam ſuam confi-
ci, que tamen cauſa poſtremo loco hoc tempore

B. in

in Senatu proponebatur eiusmodi erat, ut quasi
comica quedam καταστροφὴ uideretur, & in
hilaritatem quandam negotia desinerent, ipseq;
animo sedato uel hilariusculo etiam inde surge-
ret, atq; ita domum reuersus reliqua parte diei
quietior fuit & scriptioribus qbusdam uacauit,
et emendationib. typographicis concionis habite
in funere Illustrissimi principis Philippi ducis
Stetini & Pomeranie &c. quæ hic typis expri-
mebatur, atq; epicediorū quorūdam, quæ scripta
fuere eidem Principi. Hæc ominosa per se fuere
uniuersa, quod funebrib. illis operis eo toto tem-
pore occuparetur, et res de ipsius etiam uocibus
magis ominosa fiebat, tum enim ridens ad astan-
tes familiares suos dicebat, ego iam tantum tra-
cto funebria, & hic optimus princeps, cui hæc
scribuntur, Philippus fuit, quid si ego Philippus
unus ex uulgo eum sequar. Quæ etsi iocans dia-
cere uidebatur, tamen ominosam hanc uocem fu-
isse secuta mors ipsius docuit. Undecima die,
quæ est tertia Iduum Aprilis, recursio febris me-
tuebatur, quæ & recurrit, etsi οὐ φίλος tempus
pristinum anticipabat, ut dicemus, sed quia ipse
sibi minimè parcebat, ut sèpè iam querimur,
frustra quidem, neque ab operis ullis abstinebat,
neq; domi se continebat, ideo uulgo minus peri-
culi esse iudicabatur, cum tamen publicè & pri-
uatim pro ipso preces ardentissimæ fierent. Et
quanquam

quanquam debilitas manifesta erat & ante oculos omnibus, neq; dissimulari poterat, tamen ut alia mala antehac sepe, & grauiissima etiam nonnulla, ita illud etiam praesens ut superaret a plerisq; sperabatur, nihil autem occupationum ille tota die, quae a quibuscunq; negocijs offerebantur, declinare, aut refugere, & hora matutina sexta quam diebus festis sibi sumebat, precationem Christi προσκύνων de capite Iohannis decimo septimo publicè in schola explicabat, quo tempore post hactenus commemorata mortis ipsius omina & præfigia, aliud nouum & singularē atq; multò quam cætera memorabilius animaduersum fuit. Cum enim de morte sua antehac in publicis prælectionibus nō soleret mentiones usurpare, tamen & paucis diebus ante commendabat puero memoriam sententie certæ, & hanc post mortem meam mementote dicebat, & in huius diei prælectione cum summante & capita prectionis C H R I S T I auditoribus commemoraret tria, Primum, ut sit Ecclesia, Secundum, ut sit concors, & consentiens, Terium, ut sint salui & heredes uitæ æterne aliqui, quæ est Ecclesia cœlestis: Hæc igitur capita cum ita commemorasset, memini inquit, hæc tria meum patrem triduo ante mortem precari: & mox προσκύνων (quod erat ei in hoc genere & in publico inusitatum) de se subiiciebat.

bat. Hæc tria uota moriturus ego etiam meis lib-
eris & filiolis (his enim uerbis utebatur) re-
linquam, ut sint in Ecclesia, Deumq; rectè inuo-
cent, ut sint unum in ipso & concordes, ut sint
hæredes uitæ æternæ. Hæc igitur ille, ut Pater
triduo, Sic ipse nona die ante mortem suis pre-
cabatur. Postea fastidium cibi & potus, in
prandio & cœna, ei molestum erat: Vires
autem minimè augescabant. Post coenam,
cum perparum cibi assumisset, xiiij febri-
lis recurrit sub noctem, quam secum in lectulum
suum intulit cubitum abiens eodem tempore.
Hic tertius morbi paroxysmus per noctem se-
quentem aliquantò grauius eum exercuit. Cumq;
nō multū uel perparum potius dormisset, et sur-
geret manè hora quarta eius diei, qua hoc anno
memoria cruciatum & mortis Christi celebra-
batur, quæ erat duodecima mensis April: & pri-
diana Id: sic igitur & uigilijs et febre exercitus
per noctem, & debilitatus, hora tamen sexta ad
operas doctrinæ publicæ redijt, cum rectè ua-
lentem antelucana & matutina uocis contentio
qua feriarum diebus utebatur, debilitare soleret,
Et manifesto in hac senecta ipsius ab annis iam
aliquot deprehendi potuit, paschatis tempore
ualetudinem eius ex continentibus lectionibus
matutinis illis admodum affligi, cum per quinq;
dies eas continuaret, una tantum die in uigilijs
Paschatos

Paschatos uacua interposita, quod non fiebat ali-
as totius anni tempore. Hac de causa à sollicitis
quibusdam de ualetudine & salute ipsius paulò
antè id agebatur, ut callidè alijs negocijs obie-
ctis ab illis matutinis operis abstraheretur, sed
non successerat consilium. Inuitabatur etiam
literis Principis cum Lipsie in examinatione sti-
pendiariorum uersaretur ad inspectionem scho-
larum illarum, quæ beneficentia illustrissima
Misnæ, Cremae & Portæ aperiuntur, de quo su-
præ etiam retulimus aliquid, quam si obiisset, ab-
ductus sic etiam ab illis periculosis ualetudini
ipsius operis fuisset, sed cum alia ei obstabant,
tum præcipue ne publica discendi occasio disci-
pulis Academiae nostræ interuerteretur eo tem-
pore, quo tantarum rerum memoria in Ecclesia
celebratur. DE VS tamen ut nunc intelligimus
peculiari gubernatione sua eum hoc reduxit,
neq; alio in loco, quam eo, quo iuuentutem &
Ecclesiam per annos quadraginta duos utilissi-
mè docuit, & inter oculos & manus eorum,
quos maximè dilexit, mori uoluit. Sed hæc ab in-
stituto alieniora sunt. Hora igitur diei illius
matutina sexta Esiae uerba Cap. LIII. Quis
credit sermoni nostro &c. explicabat publicè,
in cuius lectionis fine de nouæ obedientiæ neces-
sitate uerba faciens, hæc dicebat, necessaria est,
& nostra Panoplia, que fuit uox publicæ do-

doctrinæ illius ultima, nam ea quam ad Pascha-
tis diem meditabatur impedita fuit, ut postea re-
feremus. Quæ ideo etiam commemorauimus, ut
studium huius nauandi operam Ecclesiae, & rea-
bus communibus, & diligentia in officio & aſtri-
ditas industriae incredibilis magis conspiciantur,
cum hæc usq; ad extremum præstiterit, & sta-
tionem, atq; locum suum pene moriens deserere
noluerit. Die enim octaua post mortuus est
ut narrabitur, quæ celebratio ad uitæ ipsius non
mortis historiam pertinet, & ab alijs alibi præ-
stabitur. Post meridiem scribere incepit, quod
die Paschatos more Academiæ & Ecclesiae hu-
iis solenniter proponeretur. De ceteris nihil
meminimus. Sub noctem huius diei inter nonam
& decimam multi sunt fide digni homines, qui
affirmant se in nubibus supra oppidum Vuite-
bergam manifestam speciem uirgarum in scopas
colligatarum uidisse, & primum quinq; fasces,
sed duobus celerius euanescentibus, postea tres
distinctis spacijs apparuisse, ita ut rami uirga-
rum seu scoparum parte anteriore septentrioni,
Posteriore qua colligantur, austro obuerteren-
tur. De quo prodigo cum D. Philippus audi-
uisset, ita hoc interpretatus fuit, ut diceret nobis
pœnas portendi paternas, quia uirgæ essent, qui-
bus parentes ad liberos utuntur, non gladij, &
se sterilitatem agrorum metuere significabat.

Sed

Sed hostibus dicebat impudent atrociora. Sæpiissimè uero ille ante etiam morbum de grauisimis poenis concionari, atq; prædicere solebat publicè & priuatim, quæ nostri seculi petulantiam, maliciam, profanitatem, idololatrias, & infinita scelera alia obruituræ essent, Neq; dubitandum esse, Deum puniturum hos mores, & hæc tempora. Sed hæc omnia non sunt huius loci. Noctem sequentem commodam habuit, & benè dormiuit, qua ut ipsum referentem audiimus in somnis sibi accinere illa uerba uisus fuit. Desiderio desiderauit manducare uobiscum hoc Pascha: ijs modis quibus in templis puer olim accinuerat, & ea se contentione uocis usum, ut ipse se de somno excitaret, quod igitur benè dormiisset, surrexit è lecto decimi tertij Aprilis, id est, Iduum diei, hora matutina tertia ad absoluendum scriptum illud, de quo diximus, quod die Paschatos proponeretur, Idq; illis tum matutinis horis describendo absoluuit, quod ultimum est ex ijs, quæ ad publicam lectionem scripsit, id quale sit, cum editum extet, legentes illud dicabunt.

VICE RECTOR
ACADEMIÆ VVI-
TEBERGENSIS, GEORGI-
VS MAIOR THEOLO-
GIÆ DOCTOR.

HOC anno 1560. Pascha ab exitu Israë-
litarum ex Ægypto, 3069. celebra-
tur. Tot annos cū Filius Dei, qui tunc agno-
uescentes texit, seruauerit Ecclesiam suam, Spe-
remus & reliquias clementer seruaturum esse,
donec palam ostendet se rursus generi humano,
& letissimo triumpho uniuersam Ecclesiam ad
cœlestia gaudia ducet, ubi erit Deus in beatis
omnibus omnia. Etsi autem assidue in uita re-
petenda est cogitatio de distinctione Ecclesiæ &
gentium, de mirandis operibus DEI, & de be-
neficijs filij DEI, & assidue excitanda est fa-
des & gratiarum actio, tamen sit intentio maior,
cū tempus de tanto agone filij DEI nos ad-
monet.

Tibi igitur omnipotens Deus, æterne Pater
Domini nostri IESV CHRISTI, Creator
unū cū filio tuo, et Spiritu sancto gratias agimus,
quod nos uocasti ad ueræ Ecclesiæ societatem, in
qua & filium tuum rectè agnoscimus, & benefi-
cijs

cijis eius fruimur. Aliæ sectæ furentes contumelijs
adficiunt filium tuum Dominum nostrum Iesum
Christum, ut ingens multitudo Mahometica, &
personæ Christi diuinitatem detrahit, & auda-
cissimè tollit officium, negat iram Dei placari
unius alicuius miseri hominis cruento, deniq; te-
tra multa dicit. Pontificij historiam utcunq; re-
tinent, sed ad applicationem obruunt, uerant te sta-
tuere Christi obedientiam pro tuis peccatis pre-
cium esse, te esse iustificatum sanguine filij Dei.
At uera Ecclesia retinet uocem Euangelij in Pro-
pheticis & Apostolicis scriptis sèpè repetitam,
qua de officio sic nos docet, iuxta hæc uerba
Pauli, Iustificati sanguine ipsius, Item sanguis
Iesu Christi purificat nos ab omni peccato. Pro-
pter tuam obedientiam nobis donatam reputa-
mur iusti, & heredes æternæ salutis, non pro-
pter ullam dignitatem nostram. Pro hoc im-
menso beneficio tibi omnipotens Deus, aterne
Pater, Creator cum Filio & Spiritu sancto gra-
tias agimus. Tibi etiam fili Dei gratias agimus,
quod factus es Redemptor noster, & te ueris ge-
nitibus precamur, ut lucem fidei uoce Euange-
lij tui & Spiritu sancto accendas & augeas, nos
infirmos gestes, gubernes, protegas & salues,
Ad hæc beneficia danda scimus te resuscitatum
esse, & sedere ad dextram æterni Patris colli-
gentem æternam Ecclesiam, ac dare dona homi-
nibus.

nibus. Hæc sèpè iam cogitemus, et collectione in-
signium testimoniorum nos & confirmemus, &
ad gratiarum actionem, & ad inuocationem ex-
uscitemus. Sic nos Paulus iubet, ἐργάζειν μή
ἐν γνώμῃ παλαιάς, μηδὲ ἐν γνώμῃ κακίας καὶ
πονηρίας, ἀλλὰ ἐν διδύμοις εἰλικρίνειας καὶ
ἀληθείας. Iubet Festum diem celebrare non fer-
mento ueteri, id est, non opinionibus & adse-
ctibus carnalibus, Sed a zymis sinceritatis & ue-
ritatis. Sint uera de Deo cogitationes, sit in-
uocatio uera, sint affectus sinceri, εἰλικρίνει, id
est, seiunctis lutulentis fecibus, Amemus Deum
& non dedecoremus eius gloriam scandalis, non
anteferamus proprias cupiditates, ambitionem,
odia, ueritati et gloriæ Dei, non faciamus distra-
ctiones non necessarias, sed sanemus potius uul-
nera nostra. Deniq; sint pectora templa Dei, qui
nequaquam inter furias habitat, que accidunt
in atheis rabiem Sophisticam, barbaricam cru-
delitatem, θεομαχίας, & alias pestes.

Quare propter gloriam Dei & salutem ue-
stram uos obtestamur, ut gratitudinem uestram
erga Deum, & Dominum nostrum Iesum, Chri-
stum modestia uestra & inuocatione ostendatis.
Læti etiam confirmate uos sive æterne salutis in-
tuentes dulcissimos congressus sanctorum, quo-
rum haud dubie magnum coetum Christus reui-
uisiens

uiscens simul resuscitauit. Et consentaneum est
sepè ad sedisse Heuam, Saram & alias sanctas
matronas apud Mariam, & ei narrasse suorum
temporum agonas, ærumnas & liberationes, &
Deo, & huic Filio gratias egisse. Illi dulcissi-
mi congressus quadraginta dierum uerè fuerunt
aurea ætas, in tota serie temporum, quæ antece-
dunt postremum Triumphum Christi, in quo u-
niuersam Ecclesiam liberatam à peccato et mor-
te in coelestia gaudia ducet. Hanc auream
ætatem optemus, & speremus talia cum Christo
& Patribus, & toto agmine cœlesti colloquia
plena ueræ sapientiæ, ad quæ tamen perueniri
non potest, nisi hic elementa utcunq; discamus.
Quare & doctrinæ exercitijs delectemur. Et ut
ostendatis uos reuerenter sentire de doctrina &
uoce ministerij Euangelici, adferant singuli ad
Aram significationem gratitudinis.

Hunc honestum morem scitis uos & commo-
næfactionis & exempli causa conseruari, ut ru-
diores commonefant de reuerentia debita mini-
sterio Euangelij. Datæ in Paschate Anni 1560.
quod est ab exitu Israëlitarum ex Ægypto Pa-
scha 3069.

Hanc autem diem pridianam Paschatos &
multis iam annis seruare solebat, qua sacra com-
munione uiceretur, Itaq; ad concionem in tem-
plum

plum oppidi descendit, & mysteriorum corporis & sanguinis C H R I S T I publice cum multis alijs particeps factus est.

C V M in templum descenderet, illud scriptum quod proponendum diximus, in officinam typographicam prius detulit quam ad templum ueniret. Domum reuersus in prandio parum comedit, mox languor augescere & cetera omnia febris recursionem certam significare. Post meridiem horam circiter secundam iterum in officinam typographicam abiit, ut uidereret quid & quomodo elaboraretur, ne si cestib[us] operis editio impeditetur, inuisita in Academia deformitas notaretur, & debitum eius diei & temporis officium non praestaretur, atq[ue] in publicis negocijs negligentia aliqua culpari posset, haec ultima illius fuit in publicum progressio, Nam domo ille sua postea non est egressus amplius. Sub hoc tempore, febrilis paroxysmi, quasi antecursores quidam ei molesti esse, languor, inquietudo, oscitationes, artuum contentio: Itaq[ue] ille aliquantisper in scannum decumbere, mox inde surgere, in Musaeo obuersari, etiam in commune conclave descendere, atque omnibus gestibus male sibi esse ostendere. Sub horam uero quartam in inferioribus gradib[us], scalarum quib[us] in Museum ipsius ascenditur, desedit caput

caput manu sustentans nixa cubito. Eo tempore
Ioaachimus Camerarius confectis domi publicis o-
peris ad uisendū Philippū Lipsia excurrens, huc
uenit, & domum Melanthonis ingrediens, ita in
gradibus sedentem inuenit. Cūq; consalutas-
sent inter se, paulo pōst sub horam quintam fe-
bris quartō cœpit προξενίων inuasione mani-
festa. Itaq; quod hoc uellet, statim in lectulum est
abductus. Ita autem inuadere eum febris solebat,
ut horrorem quidem frigutiens, ut Plautimo uer-
bo utar, sentiret ualde grauem & molestum, sed
qui tamen non esset expers interni aestus cuiusdā
& alieni, à quo & ipso simul affligeretur, quare
καὶ αλόπ esse suspicabantur, quam febrem & φρ-
υγωνια ἀποτελεῖ ueteres appellantur, quod simul æ-
stuunt & algeant, qui hac corripiuntur. Medicus
uerò nequaquam ita sentire, sed maius malum
esse intelligere, & periculum metuere grauius,
quod enim nunquam sine calore alieno corpus
esse sentiret, febrem continuam esse deprehendit,
qua uires consumerentur, & intestino incendio
colliquecerent quasiq; conflagrarent, ad quam
cū periodos illas tertianas accedere uideret,
καὶ τοτοπ esse iudicauit, qui ex tertiana &
continua fit, & manifestis de causis fermè sem-
per est incurabilis. Quod autem in urinis len-
tum & nigrum, & quasi picuum quiddam sub-
sidere solebat, Id à plerisq; pro calculi materia
habebat

habebatur, cum & sine arenulis nunquam essent, et
turbidae semper, quod febris calculū simul com-
moueret. Tale autē urinam in calculi cōmotioni-
bus sep̄ excreuerat antea, et si quid aduersi sen-
serat antea, si tale edidisset urinā, nihil aliud nisi
calculum esse quo affligeretur certo statuebat,
longae experientiae argumentis edocitus. Hoc igi-
tur quod tum edebatur, Medicus noster et ωμ. op̄
χυμ. op̄ iudicare, & ne σωγθη ωμ. op̄ aliquid es-
set, metuere se significabat interrogantibus, cuius
conjecturas rectas & iudicium uerum fuisse exi-
tus comprobauit, & nimis quidem, nam hæmia-
tritæam febrem fuisse quæ D. Philippum conse-
cerit, & uires in corpore senili reliquias absum-
serit, dubitari non potest. Quæ de morbo ipsius
hoc modo breuiter indicanda putauimus, Sed
propter paroxysmum illa uesperi cibus aut po-
tus ei dari neq; potuit, neq; ipse expetiuit. No-
tem autem sequentem totam, ut in paroxysmo,
pergrauem habuit, & inquietam, sub diluculum
tamen acquiescens, dormire cœpit, & somnus
productus fuit usq; ad horam matutinam fermè
quintam, Quo tempore diei illius, quæ fuit decia-
ma quarta Aprilis & Paschatos dies, de lectio-
nem publicam descendere uolebat, qua hora sex-
ta historiam Euangelicam, quæ eo die in concio-
nibus

nibus sacris proponitur, Scholaſticis explicaret, sed impedita res fuit, & ad auditorij fores nunciatum D. Philippum non esse lecturum, ita auditores conſurrexerunt, qui conuenerant frequentiſſimi. Iam ille uestem ſumferat, fruſtra & orante, & diſſuadente, & hortante Camerario, ne in publicum prodiret, cui ille aduersans, tantum, aiebat, unicam ſententiam pueris expli-
cabo, Ita illis controuersantibus interuenit Phi-
lippi filius, & nunciat Patri neminem eſſe in au-
ditorio, quem Pater durius compellans, ergo tu
inquit diſcedere iuſisti? quod cum filius nega-
ret, pater animo ſedato, cui igitur legam, inquit,
ſi nemo adest, et ſine grauiore commotione uête
rufus deponuit, atq; hac minimè culpāda frau-
de illa ei auersa defatigatio ſic fuit, ut quam mi-
nimè commoueretur, non tamen nihil, quam non
potuifſet uertire. Expectabat tum ad fores mu-
ſei tabellariorum miſſus ad cum ex Pomerania, &
erant eodem tempore literæ ei ſcribendæ ad du-
cem Boruſiæ &c. Impedita igitur prælecti-
onis publicæ opera ut diximus, hac agebat, &
Boruſiacas primū in manus ſumebat, cūmq;
in his ſcribendis aliquo uſque progressus fu-
jet, ſepotis ijs, Pomeranica expediebat, ut mi-
nus operosa negocia. Literas igitur tum in
Pomeraniam ſcribebat ternas ad minimum,
& libellos plusculos concionis habitæ ad funus

Ducis

Ducis Pomeraniae Philippi &c. de qua suprà
diximus, amicis inscribebat. Fortassis autem hoc
etiam inter ominosa referendum, sexta ante mor-
tem die eum funebres conciones inscribere. Sub
id tempus nunciabatur ei de conatibus malevo-
lorum, quibus insidiarum certarum tendiculas
illi struxerant cuidam, quem cum bonis facere
grauiiter ferebant, que tamen ita ab illis ageban-
tur, ut risu potius quam dolore iij conatus digni-
uiderentur, & incogititia crudelitatis & ma-
levolentiae illius manifesta fieret omnibus qui au-
diren̄t. Itaq; res tota ab ipso etiam ridebatur, si-
ne ulla animi commotione. Sed & temporis ra-
tione ita flagitante, & quod ad altare more so-
lenni munus ea die offerendum esset in templum,
abiēre ceteri, relicto apud præceptorem loachi-
mo Camerario. Interea ille Pomeranicæ à Phi-
lippo scriptiones perfectæ fuere, & tabellarius
dimissus.

Postea prandij tempore, cùm ad hoc descen-
disset, & uix iam mensæ accubuisset, tormina ei
molesta fuere, ut secedere necesse haberet, mox
reuersus, gustauit aliquid de gallo, quem nostri
homines à betula cognominant, sunt qui attage-
na ueterum esse putent, quem unà cum gallina
eiusdem generis & perdicibus aliquot Illustris-
simus Princeps Anhaltinus Ioachimus &c. ex
uicinia ad eum misserat, cùm de morbo eius co-
gnouisset,

gnouisset, quem dolenter ferebat, ut mortem postea dolentissime, fuitq; in hoc genere ut antem semper, sic tum maxime erga ipsum perbenigna & plane officiosa huius uicinie nobilitas. De illo igitur gallo gustabat tum aliquid, & de prunis coctis, sed neq; multum neq; cupide. Afferebatur etiam ei unum rubrum Renanum, quod uulgò à similitudine coloris quam habet cum pene anserino, cognominatur, & Dominus Philippus duplicato uerbo græco per iocum χρυσός appellare solebat, hoc tum suauius utebatur, & sibi sapere dicebat, atq; laudabat etiam admodum. Etsi autem hilarem se exhibebat, & cum amicis praesentibus colloquia habebat suauia, languor tamen magnus erat, uel imbecillitas potius non parua, quæ penè in momenta augescet. De mensa cum surrexisset in museum ascendit, ibi q; in sedili illo suo, cuius iam sepe mentionem fecimus, quieuit aliquantisper. Postea surgens ad Borussiacas literas rediit, quas manè ut diximus luculentè incoarat, & quanquam tum addebat pluscula, tamen uix dimidiam partem harum conficiebat, neq; illa die absoluere eas posuit. Cumq; defatigatus scribendo & ualde languens in cista ante fores musei assedisset, de domino Doctore Iohanne Bugenhagio Theologo clarissimo & Pastore Ecclesiæ quondam nostræ fidelissimo, qui biennio ante mortuus fuit, in men-

tem ei uenit, de hoc igitur referebat, eum non
morbo sed tantum uirium defectu mortuum, eiusq;
recordatione motus minime optandum esse dice-
bat, eò usq; uitam produci cuiquam, ut talis fie-
ret senecta, qui opera sua inseruire nemini am-
plius posset, atq; ita non obscurè significabat se
ab hoc sibi metuere: quodam etiam ex sequenti-
bus diebus, audientibus pluribus, Deum precatus
est, ut si eum uiuere in terris uellet diutius, eius-
modi uitam ei largiretur, quæ alijs usui esse &
in qua Ecclesiæ Christi, & iuuentutis institutio-
ni utiliter inseruire posset. Atq; has preces ali-
quoties etiam repetiuit deinceps, metuebat enim
ut diximus heclicam senectutis, et tabem longam,
ut iaceret telluris inutile pondus, qui usui esset
nemini, quod propter corporis ipsius soliditatem
alij etiam complures futurum suspicabantur.
Hæc ex ijs quæ illa die acciderint in memoriam
nobis hoc tempore reuocare potuimus. Postridi-
ana quæ fuit decima septima Calendas Maij, id
est, 15. Aprilis, cùm præcedentem noctem media
ocriter commodam habuisset, & dormiuisset sa-
tis, manè ad operas priuatas scriptionum suarum
reuersus est, nam ad publicas ne descendere uel-
let, amicorū precibus tandem à se impetrari pas-
us fuerat. Ad hanc diem cùm periodus tertiana
metueretur, prandium ei paratum est aliquantò
maturius, sed serius tamen, nam inter pranden-
dum

dum eum inuasit, post horam antemeridianam
nonam, itaque de mensa in lectulum est abductus.
Antequām ad prandium descenderet, cūm alia
commemorabat, ut libenter se hinc migraturum
esse, si ita Deo uideretur, ostenderet, tūn pro-
nunciauit hoc: Cupio dissolui & esse cum Chri-
sto. Interq; hæc de significatione uerbi Paulini
quærere cœpit, demonstratoq; & recitato loco
ex Epistola ad Philippenses: ἐπιθυμίᾳ χωρ
εἰς τὸ ξακλῦσα, interrogabat loachimum Ca-
merarium, qui tum aderat, nūquid inter ea, quæ
de figuris orationis Paulinæ edidisset, notata ista
essent, sed is praterita illa esse dicebat, et se quod
non attendisset, & grē ferre, uolebat tamen Phi-
lippus locum requiri, cūmq; uerbi istius mentio-
nem non esse factam cerneret, disputauit deinde
cum Camerario de significatione huius, quæ ne-
quaquam esset ea, quam interpres uerbo latino
uoluisset exprimere, repugnante etiam genere
& diathesi, & discedere atq; migrare uel para-
re abitum uerbum græcum significare docuit,
sicut καταλύει diuerti & commigrare, &
κατάλυσις diuersorum atque hospitium, ut
ueri ista debuerint hoc modo, cupiditatem ha-
bens ad decadendum & migrandum seu appa-
randum iter, qui nimirum est ex hac misera &
laboriosa uita ad beatam quietem abitus. Atq;
aiebat Clarissimum uirum pietate & doctrinæ

eruditione præstantem D. Iacobum Milichium
paulò ante morbum quo confectus fuit, cum mor-
tis incidisset mentio, dixisse, fieri posse ut uitam
hanc in terris relinquere aliquis non grauatim
uelit, sed omnino mortis cogitationem esse horri-
bilem, quam sententiam ualde laudabat D. Phi-
lippus, & monebat mortis formidinem comme-
moratione incommodorum uitæ non depelli, &
ad hanc præsentem animo obeundam alia esse ora-
tione & ratione opus. Atq; recordari se multo-
rum aiebat, qui suo tempore uita erecta euentus
tristes declinassent, ad mortis tamen terrorem
alia quasi arma requiri. Hi igitur tum sermo-
nes illius fuere antequam ad prandium descen-
deret, ex quo propter $\lambda\bar{n}\dot{i}+\bar{v}$ præsentem in le-
ctulum ut diximus deductus fuit. Hoc tempore
primum ita in lecto decumbere cœpit, ut thora-
cis tantum uestibus seruatis, exteriores reliquias
exueret, quod antehac interdiu, præcedentibus
bis morbi diebus omnibus, ut faceret, persuaderi
non potuerat. Iacuit ita horas tres, in quibus sur-
rexit aliquoties ad secessus necessarios, ita enim
mundus senex, & pudens erat, ut ne tali quidem
tempore suo porrectiones aut ministeria cuius-
quam hac in parte ferre posset. Sed circiter se-
cundam pomeridianam cum iterum surrexisset,
& de lecto usq; ad fenestram cubiculi, ubi matu-
la ipso ita uolente deponebatur, processisset, re-
uertens

uertens ad lectulum, cùm in hunc ascendere uellet, deficere eum vires cœpere, ut in scabello ante lectum inter manus Ioachimi Camerarij & generi Peuceri collaboretur, sed celeriter adhibita ea füre quæ solent & debent, ut λαχτίου χία auerteretur, cùmque paulisper ita iacens se recollegisset, in lectulum postea sublatus est, Vbi iacuit usq; ad sequentis diei matutinam horam circiter quartam. Noctem autem illam p्रæ ceteris grauem habuit, in qua & somni parum, & tussis molesta, & quod ei post paroxysmum semper accidere solebat, urinæ mittendæ causa sèpius surgendum fuit. Hæc fuit quinta λαχτίου qua affligebatur & grauius & diutius quam ulla ex präcedentibus, durauit enim morbi paroxysmus usq; ad septimam fermè illius diei uesperinam, ut esset horarum ad minimum decem, qualem neq; ante, neq; post seruit ullum. Frigore ei in illo æstu febrili manus & pedes solebant, & tamen calorem internum tantum sentiebat, ut intra stragulam pedes ad dimidia femora usque non posset continere, aut coniecta esse sincere. Itaq; cum esset ut diximus prudentissimus, neq; aspici nudationem talem suam, neq; contrectationem ab explorantibus quomodo affectum corpus esset, aequo animo patiebatur, usq; ad extre-
mum, & (quod animaduerti poterat) hac una de causa sequentibus diebus abire à se iubebat,

qui officij causa ad eum uisendum conuenerant.
Hac die Epithema ei parabatur, in quo genere
ualde laudare solebat coralliorum uirtutem &
efficaciam, quam ante annos uiginti cum ex de-
bilitate cordis grauiissime laboraret VVimariæ,
expertum se esse prædicabat præsentissimam, ap-
plicante ei epithemata ex his Georgio Sturcia-
de, medico clarissimo, quibus cum usus fuisset, per
quietem sibi oblatam fuisse dicebat sententiam
Prophetæ: Non moriar, sed uiuam, & annuci-
abo opera domini, & paulò post se conualuisse.
Hec igitur quod meminisset sibi in maxima de-
bilitate profuisse, atq; ita quidem, ut statim cum
applicarentur corroborari se sentiret, & cum
remouerentur, debilitas recurreret, Ideo tum eti-
am ex corallijs & alijs quorum non minor ad
corroborandum uirtus est & efficacia, epithemata
ei parata fuere, ut diximus, quibus postea
omnibus morbi diebus sequentibus usus est. Ad
XVI. Calendas Maij, quæ est Aprilis decima
sexta dies, cum surrexisset de lecto ut diximus,
circiter horam matutinam quartam, precibus
suis ad Deum peractis, quas faciebat ut antehac
semper, ita his morbi diebus ardentissimas, &
ante omnes diurnas operas suas, his, ut Christia-
num hominem facere par est, primum tempus
dabat. His igitur dictis, ad literas Borussiacas
reueriens, quæ addere cogitauerat perscribebat.

Hæc

Hac die Camerarius hinc discedere cogitabat, ut
constitutis domi rebus publicis & priuatis suis,
& confirmata familia, huc quam primum redi-
re posset, et manere cum necessario suo, dum quo-
res eiusura esset, cognosci posset, et soliditas cor-
poris, & præcipuorū membrorū firmitas, cere-
bri in primis, hanc spem afferebat, futurū ut cum
septimo paroxysmo febris, ut ferme tertiane so-
lent, desineret, & quamvis imbecillitas manifesta-
erat, tantum tamen uirium adesse putabatur, que
morbū præsentem, si non superare, saltem susti-
nere diutius possent, nam sicut fieri solet, dum
spiritus inest, spes non deponitur, & secundum
Poëta uersiculum: Prona uenit cupidis in sua
uota fides. Quod in hoc casu magis fiebat, cum
constaret ardentissimas pro ægroto nostro pre-
ces fieri publicè & priuatim, quod precum stu-
dium in hominibus nostris augesceret hoc tem-
pore, quo non amplius in publicum prodire
Dominus Philippus conspiciebatur, & lectio-
num operas intermittebat. Hoc enim cum
non nisi extrema necessitate coactum facere
eum scirent, & illis etiam diebus experti essent,
ex eo de periculo aestimabatur, atque ita preci-
bus magis intendebatur. Quod igitur Ioa chinus
ea die a Philippo discedere cogitaret, & ægro-
tus noster pridiana die propter febrilem paro-
xyasmū penè nihil cibi aut potus assumpsisset, appa-
rebat

rabatur ei aliquid ientaculi loco, quo Ioachimus
discessurus, ut tum constituerat, cum ipso utere-
retur, ut cum pluribus cibum capiens suauius et
plus assumeret. Ad illud igitur ientaculum an-
tequam ex museo descenderet, cum forte asse-
dissent ambo, Camerarius & Melanthon supra
scannum, quo plerunq; solebat, ad ianuam, reli-
quis, qui officij causa semper ei aderant, plures
quam opus erat & commodum, circumstantibus,
& uerba fierent de ualeutudine & uita ipsius,
tum igitur D. Philippus tanquam ultimam salu-
tem Ioachimo dicturus: Mi Domine Ioachime,
dicebat, sumus iam amici ab annis quadraginta,
& uera fuit, atq; mutua inter nos dilectio, ex
qua neuter sibi quicquam quesivit, suimurq; duo
quidam ludimagistri boni & πρασάτοι suo
quisq; loco, & confido labores nostros multis
profuisse, quod si D E V S ita uoluerit ut moria-
ar, amiciciam nostram in illa altera uita sanctissi-
mè colemus. Postea ad ientaculum simul descen-
derunt, cūmq; accubuisset Camerarij genero, qui
coniugem amiserat, & tum propè eum conse-
rat, huic igitur dicebat, hac nocte habui somni-
um de uxore tua, quam mihi uidere uidebar mo-
rientem, hæc matrona anno & septem mensibus
antea sanctissimè mortua fuerat, quam quod es-
set præstans pietate, & omni laude matronali
fœmina, ualde Philippus dilexerat, & morte
huius

huius grauiissimè afficiebatur, piosq; sermones
huius recordabatur & celebrabat, quos paulò
ante mortem ex ea audierat. Vnam quidem
uocem huius præ ceteris prædicabat, quod in
extrema debilitate dixisse eam, meminisset, Scio
Deum mihi affuturum esse, quam uocem tanti fa-
ciebat, ut sœpè diceret se per omnem uitam hu-
ius non obliuisci posse, & quodam tempore ad
mentiones dogmatis de dubitatione, an simus in
gratia, ad hunc eundem qui maritus illius fue-
rat, & forte tum præsens aderat, ad hunc igitur
tum ille, sic non loquebatur uxor tua moriens, et
simul uocē illā huius commemorabat. Etiā alias
sœpè testabatur se matronæ illius memoriam in
tota uita non posse deponere, Propter talem igi-
tur affectionem erga hanc suam fieri potuit, ut
per quietem etiam memoria illius ei obuersare-
tur, hoc præsertim tempore quo de morte plu-
rimum cogitabat, cuius foemina & sequentibus
uitæ diebus aliquoties mentionem faciebat, &
fuit non parua exitus utriusq; similitudo. Po-
stea & de carmine referebat, quod tertia nocte
antè accinere sibi in somnis uisus fuerat: Desi-
derio desiderauit &c. In illo igitur ientaculo
cum de iusculo & alijs ualde parum assūmisset,
(nam cibi ferme nihil assūmebat illis omnibus
morbi diebus) & de potu quidem modicum, tum
igitur subito debilitas cum tanta occupabat, ut in

museum suum redire uellet, & ibi in lectulo se
ad quietem componeret, somnum expectans, quo
illis diebus fermè solo alebatur & recreabatur.
Hæc res ita loachimum commouebat, ut consili-
um de discessu deponeret, & mutata sententia il-
lo die se hinc nusquam commoueret. Sed quie-
scens in lectulo D. Philippus, ut diximus, paulò
pōst obdormiscere cœpit, & dormiebat ille tum
somnum, ut ipse postea narrabat, suauem, sed pri-
mū supimus & palpebris male connuentibus
et ferme semiapertis, eratq; omnino species dor-
mientis, sub initia somni illius, tristissima, ut ple-
risq; illa lacrimas exprimeret, à domesticis au-
tem tanquam mortuus tum deplorabatur, cum
solicitudines quidem augerentur uniuersis, sed
paulò pōst in latus se conuertens, sine ulla tristio-
re specie dormiebat, & ita, ut animaduerti pos-
set, eum suauiter dormire. Interea loachimus
etiam ad quietem secedere, quem minimè benè
affecto corpore & animo esse apparebat. Post
horas ad minimum tres, quas continuas D. Phi-
lippus dormierat, expergiscebatur, sibiq; sua-
uissimum illum somnum fuisse ad omnes testaba-
tur, & sane hoc ita recreatum eum apparebat,
ut rectius uel minus saltem male ualere uidere-
tur, quam præcedentibus morbi diebus uniuer-
sis. Sub id tempus ex Academiæ nostræ Theo-
logis unus discessurus in patriam Chersonesi

Cym-

Cymbrice , Domino Preceptor i salutem dixit
ultimam, quem honorifice à se dimittens, libros
ei dabat tum recens apud nos editos , ad Regem
perferendos, & se, cùm in præsentia uirium im-
becillitate impediretur, literas ad Regem prima
occasione missurum dicebat, quibus eius serenita-
ti gratias esset acturus, pro benignissima uolu-
tate et munificentia erga ipsum sua, et pro sa-
lute regis, et regni illius uota tum & preces ad-
debat, qualibus in hoc genere uti solebat. Alla-
tæ ea die hic sunt chartæ aliquot scripti cuius-
dam, quod Staphylus contra Philippum sub pre-
lo tum adhuc habebat, editæ lingua germanica.
Id quale sit lectores uidebunt, & iudicabunt.
Afferebatur & aliud eadem die , de consilijs
quorundam quomodo in Synodo solemniter dam-
nari possent ij, qui hactenus minus soleniter con-
demnati aliquibus uiderentur , quod quale sit
etiam ipsum in medio relinquimus iudicare uo-
lentibus : οὐ γέ ερδμιν κακῶς. Quæ scripta
à bonis & amantibus Reipub: cum dolore lege-
bantur, cùm & quid ageretur non esset obscu-
rum, & ualde insuper miserabile, tali tempore
Ecclesiæ & Reipub: talia scripta uolitare &
tām periculoſe egrotanti uiro optimo, deq; Ec-
clesia & rebus communibus ita merito, talia la-
menta fieri, & funus iam penè huius à Christi-
anum nomen profitentibus ita cohonestari.

Hæc

Hæc igitur presentem dolorem & solicitudinem bonorum iam non mediocriter augebant, & quid de mortuo esset futurum, ex his coniecture licebat. Sed ut ad institutum redeamus, ita illo somno confirmatus fuit, ut ad operas scriptorum suarum rediret, & literas Borussiacas absolueret, & in museo & domo ita obuersaretur, itaq; ficeret & diceret omnia, ut nunquam ante in illo morbo alacrior fuisse uideretur. In cena autem, ad quam hora quinta descendebat hilariorem se præbebat, quam illo omnino tempore ipsius expectari poterat. Omniaq; in ipso eiusmodi uideri, ut & spes bona confirmaretur, & Ioachimum Camerarium cuius presentiæ etiam nonnulla dari iudicabantur, commoratum esse nobiscum letaremus. Incidebat in cena de quibusdam mentio, qui piæ Ecclesiarum coniunctiōni maximè obstarent, & distractiones atq; dissidentium causas in has attulissent atq; inferrent hactenus, & his adhuc teteriora quotidie moliērentur. Ad hanc mentionem D. Philippus animo commotiore, & uoce etiam contentiore, sunt illi inquit, nequam homines, & pergunt esse tales, & esse eos tales Deus ostendet atq; declarabit, cum in tota cena illa nihil dixisset de publicis aut priuatis rebus tristius. Atq; ita tum hilarem se præbebat, itaq; tenebatur sermonum uiciſſitudine, & quasi post coenatione quadā colloquiorum ſuauium

suauium (qualibus ab omnibus, qui tum aderant
studebatur, ut exhilarationi ipsius hoc modo in-
seruiretur) ut multò diutius post coenam abside-
ret, quam facere soleret recte ualens, & cubi-
tum iret hora ferme octaua, quod erat ei iniusta-
tum facere. Hæc est ultima coena ad quam
in domo sua ex museo descendit, nam quid se-
quentibus diebus factum sit deinceps referetur,
Nox autem sequens prorsus quieta & somni sa-
tis neq; somniorum expers fuit, Oblata enim ei,
ut ipse postea referebat, in somnis hæc Pauli
sententia fuit: Si Deus pro nobis, quis contra
nos.

Manè decima quinta Calendas Maij que est
Aprilis dies decima septima, Ioachimus para-
tus ad iter usq; ad horam ferme matutinam se-
ptimam cum eo collocutus est, quo tempore D.
Philippus Borussiacas literas primum, quarum
iam sèpè mentio factus est, cum attexisset tum
etiam aliquid, obsignabat, itemq; ad amicos in
illis locis quosdam addebat alias, quibus plures
uolebat addere, sed sibi parcere iubebatur. In-
scribebat tamen libellos adhuc aliquot amicis,
qui eodem perferrentur, & ad ducem etiam
Borussiae quosdam perferendos dabat. Itaq;
desatigatus, quod nivis febrilis non longè ab-
esset, in lectulum decubuit, ibi tum Ioachimus
discessurus supremum cum salutare & ualere
iubere,

iubere, Deoq; commendare &c. Cui Philippus
uoce penè flebili respondere his uerbis: Iesu
Christus filius Dei sedens ad dextram Patris &
dans dona hominibus, conseruet te & tuos, &
nos uniuersos, & simul coniugem huius suis uer-
bis salutari mandabat. Hec fuit ultima con-
salutatio inter hos nostri temporis nobile par-
amicorum, neque enim posthac uidit unus alte-
rum, atq; ille quidem hunc ne mortuum quidem,
ut uideret, sustinere potuit, de quo infrā cognoscetur.
Tum igitur adductum ante ædes Melan-
thonis equum conscendit, eaq; die Lypsiā ad
suos feliciter reuersus fuit. Ita autem discessit, ut
expeditis rebus suis quam primum hoc reuerti
cogitaret, & opperiri, quid de Philippi ualetu-
dine futurum esset. Cooperat pridiana die hoc
agere, ut per literas ad suos missas, quas iam con-
scripserat & obsignauerat, se expediret, sed co-
mitis, quem secum adduxerat, inualetudo obsti-
tit, qui per hanc cum literis illis itineri se solus
committere non potuit, cum huius opera ad
eas preferendas uti uellet. Sed nos existimamus
diuino consilio rem gubernatam, ne mori uide-
ret eum, quem postea mortuum aspicere non po-
tuit, ut referetur. Discessit igitur tum Ioachi-
mus hoc animo, ut qui quam primum esset re-
uersurus, & ualde sollicitus quid de paroxysmo
instante esset futurum, & quanquam metueban-
tur

tur omnia, tamen ad minimum ante septimum pa-
roxysum nihil grauioris mutationis metueba-
tur, Præsertim cum pridiana die talem eum ui-
dissemus, ut supra exposuimus. Miserat huc
Illustrissimus Princeps Anhaltinus Ioachimus
C. pro affectione erga D. Philippum beni-
gnissima sua, qui eum uiseret. Is etiam sub idem
tempus hinc discedebat, ut de ualeutudine Philip-
pi Principi suo referret, Hunc igitur legatum
tum ita à se dimittebat, ut Principi optimo bene
precaretur uerbis testantibus summum erga il-
lum Principem studium suum, & piam & sub-
missam curam de rebus huius uniuersis, quæ sine
lacrimis audire nemo poterat.

Paulò post afferebantur literæ ex Heluetijs,
quib. scribebatur Romanum pontificem Conci-
lium moliri, ad quam significationem ille in hanc
fermè sententiam respondebat, ut diceret, mori
sibi melius esse, quam ad Concilium uenire, nam
quæ distractiones tum essent future, & in quot
partes discessuri essent, qui priorem doctrinam
profiterentur, facile posse estimari ex præsentí
statu rerum, qui ante oculos esset omnibus.
Mox sub horam octauam matutinam febris sex-
tò cœpit προξωθῶν, atque tum astanti cui-
dam ad lectulum proprius, hac nocte inquit cogi-
taui de stultis disputationibus eorum, qui negant
quod

quod Christus mortem extimuerit, immo & timuit
ille mortem dicebat, & tanto magis quanto melius
intellexit quid sit mori, quam nos cogitare possu-
mus, & solemus. Atque hoc loco obiter referen-
dum, hanc questionem eum ultimam in ethicis di-
sputationibus suis publice proposuisse. Quomo-
do uoluntas in Christo formidante mortem con-
gruat cum uoluntate aeterni Patris, quam morte
abreptus inexplicatam reliquit, cum alijs in scri-
ptis ipsis ea satis explicetur. Quadam etiam
ex superioribus diebus, cum Joachimus adhuc ad-
esset, se in ea opinione fuisse dicebat, neruos ex
laceratione tantum dolorem sentire, sed rem ali-
ter se habere, idque se ex ijs, quae tum in se experi-
retur discere, & neruos etiam aliunde dolorem
percipere, deinde dissolutionis in natura sensu ali-
quid differebat, ut intelligi possit his rebus non
tum primum cogitationes illius occupari coepisse.

Postea rursus ei in mentem ueniebat de Came-
rarij filia mortua illa, de qua supra diximus, for-
taffis aspectu etiam mariti huius de hac commone-
factus, qui propè lectum, astiterat, huic enim ille
tum, Vxor tua qua etate erat? & quali corpore?
& tamen quam leui momento extinguebatur, fue-
it illius morbus dicebat non dissimilis meo, nam
sphlenem similiter male affectum habuisse, mihi
uisa est, & ego inquit ibidem dolorem sentio,
Tanta

Tanta tamen debilitas mei corporis est ex obscurā causa, sic enim iudicabat. Et paulò antē cūm in lectulum decumberet, si mors non est, dicebat, ualde grauis est hæc castigatio, morbum significans. Erat in pariete lectulo proximo, tabula affixa, continens picturam regionum Europæ, quā cūm aliquantisper intentis oculis aspexisset, postea conuersus ad astantes, & suauiter ridens, inquit, Virdungus quondam (cuius suprà mentionem fecimus) prædictus mihi ex astris, me naufragium facturum in mari Balthico, iam non longè absum à mari illo, erat enim pars tabule ea, qua hoc depingitur, lectulo proxima.

Interea horrore febrili desinente cūm aestuare inciperet, accidit ei quod suprà scripsimus, ut intra stragulam crura continere nō posset, quod autem nudationem talem suam confpici grauius ferret, & plures tum ad eum uisendum convenissent, cum quadam commotione dicebat, quim à me receditis? quæ uox in causa fuit, ut plerique postea timidiores essent in eo uisendo, eaq; die minor esset uisentium frequentia. Desinebat hic paroxysmus ante pomeridianam securidam, ut esset longe, quam præcedens proximus, breuior & lenior, in quo & deiecit aliquid adusti excrementi, nigrū prorsus, et sub finem paroxysmi lenis sudor per totum corpus existebat, pul-

sus etiam,

fus etiam, Vrinæ, & cætera in summa uniuersa
eiusmodi erant, qualia esse debent, quæ in febri
spem bonam medico faciunt, sed euentus postea
docuit fuisse illam υρίσιμη, ut medici loquuntur,
Ἐλλάδη. Tristia tamen erant, in primis illud ni-
grum in excrementis, & quod post paroxysmum
cum collocato in sellam ante lectulum cibus ei
præberetur, quicquid assumferat statim reuome-
bat, hoc enim quantopere uentriculi uirtus affli-
cta esset, arguebat, præsertim cum eum cibum
uomitū reiaceret, quo suauius quam illo alio illis
diebus uesci solebat, qui erat fructuū eorum qui
limones uocantur cocti cū uino & croco asper-
so, hæc siebant post horam illius diei pomeridia-
nam secundam. Postea in lectulum reuersus dor-
miuit usq; ad quintam, & tum in cubiculum se
deduci uoluit, ubi iacuit usq; ad diem sequentem,
eaq; nocte somnos capiebat non longos, aliquos
tamen, Sed ei tota grauis fuit, qua omnia sic mu-
tata fuere, ut metueretur ne septimus paroxys-
mus quicquid adhuc reliquum esset uirium omne
consumeret, id quod & accidit. Itaq; metue-
batur dies illius postridiana. Ipse etiam æ-
grotus finem propè esse dicere & inter preces
suas exclamare: Domine fac finem, quam uocem
Erasmus Roterodamum in supremo illo morbo
suo usurpare, nobis referebat, ad nouilunium
autem, quod impendebat ad diem ab eo, cuius hi-
storia

istoria iam in manibus est, septimam de periculo
suo omninabatur, sed nimis multæ caussæ erant
quæ ad illud usq; tempus sustineri morbum posse
non sinebant sperare. Itaq; instantis paroxysmi
postridiana metuebatur, ut diximus, quam tamen
et ipsam mors ut audietur anticipauit. Ma-
nè igitur diei sequentis, quæ fuit decima octaua
Aprilis et Calendas Maij decima quarta, sur-
rexit hora quarta et ad lectulum in museo
alterum, decubitus diurni, deductus est, ibi
cum neque animo deieclo uideretur, et sensibus
uteretur integerrimis, uirium tamen imbecilli-
tas admodum augescebat. Hac igitur de cau-
sa lectulus ille in museo à pariete remouen-
dus erat et ita collocandus, ut utrisque à parti-
bus accessus ad eum pateret, quod tamen in-
commodior ille uideretur, prorsus tum remo-
tus fuit, et repositus aliis de genere eorum,
qui uiatorij à nostris hominibus appellantur,
quod in itineribus talium usus fit. In hunc cum
esset collocatus, hic inquit uiatorius lectulus ap-
pellatur, quid si in hoc migrem. Vrinæ ante
fuerant turbide, ut diximus, et tales ut nisi à cal-
culo illæ eiusmodi fierent, mortem significarent
certissimā, calculus tamen hoc toto tempore ei si-
mul molestus esse, et arenulæ omnibus diebus co-
piose excerni, quadam etiam die ex præceden-
tibus, ipse manusua eruptum calculum dimidiæ

ferme lenticulae magnitudine afferebat et ostendebat amicis. Tales igitur urinæ cum fuissent antea, hoc tempore haec quoque mutari, neque illud feculentum et piceum, de quo supra diximus, in his, neque arenulae magis apparere, et turbidae esse desinere, sed limpidae atque bene coloratae conspiciri, cum in extrema debilitate natura in morbi materiam nihil suarum uirium exerceat, haec igitur omnia qualia essent facile intelligebatur, ut de uita iam prorsus desperari inciperetur. Ipse etiam ægrotus, et si et antea, sed tum magis, ad mortem se paratum animo et uoluntate profitebatur, cumque ante lectulum Pastor Ecclesiae nostræ una cum alijs sub horam illius diei octauam astaret, de hac eadem re, et quod ad mortem esset animo confirmato, uerba faciebat, et mox inquit: Ego DEI beneficio nullum habeo dolorem domesticum, quo iam peculiariiter angas, Nam et si mihi neptes et nepotes hic ante oculos obuersantur, quos ardenter diligo, tamen me hoc consolatur, quod pios parentes habent, quos et ipsos diligo, qui curae illos sibi esse patientur, sicut mihi hactenus fuerint, dum ualui: Sed publica me afficiunt, in primis ea que hoc malo et sophistico seculo in Ecclesia commouentur, Sed Dei beneficio doctrina nostra explicata est. Et paulo post conuersus adstantes quosdam alios, Deus inquit, uires largiatur

giatur uobis iuuuenibus, & uidete ut recte his
utamini. Eadem die & ex neptibus filiolam na-
tu maximam generi Peuceri ante lectulum ob-
uersantem sic compellat, ut qui eam postremum
salutaret: Ego dilexi te, inquit, mea filia, uide ut
colas parentes tuos & morigera eis uiuas & ti-
meas Deum, is te non deseret. Hunc oro ut te tu-
eatur & benedicat tibi. Ceteras etiam natus
minores familiarius complectebatur, filie au-
tem commendabat maritum, omniaq; ita dicens
& facere, ut qui ex hac uita migraturum se sen-
tiret. Mittebantur eadem die literæ ad Ioachi-
num Camerarium Lipsiam, quibus scribebatur
ei, si Philippum Melanthonem uiuum uidere
uellet, ut reuersionem ad nos acceleraret, et si
tabellarius serius egressus quam promiserat, lite-
ras illas tertia primum die post reddidit, qui ta-
men etiamsi fidem præstisset, uix potuisset Io-
achimus ante mortem huius huc redire. Sed ut
ordine narremus, paulo post, octaua matutina,
gustauit aliquid de iuscule et buccellis Limonii,
postea sub horam nonam generum medicum
compellans, quid, tibi inquit, uidetur de morbo
meo, & quid spei habes, nihil disimula. Cui
medicus: Deus est uita tua & longitudo die-
rum tuorum, cui hanc commendamus, sed quia
uerum me uis dicere, si Physicæ cause conside-
rentur, profectò res minimè caret periculo, im-

becillitas enim magna est & in momenta aug-
scit. Tum ille rursus ego idem sentio, & meam
imbecillitatem intelligo. Paulò post queri iubet
in chartis suis pagellas quasdam, in quibus Testa-
mentum suum longo tempore ante describere ita
cooperat, ut suam de singulis religionis Christia-
ne capitibus sententiam explicaret atq; testatam
ad posteritatem faceret, quem & uerum atque
principium testamentorum usum, apud priscos
illos & sanctos patres fuisse consentaneum est.
Hoc igitur ille luculente facere incooperat, eam-
que incoationem multi uiderunt, sed ut memi-
misse uidemur non longè progressus describendo
fuerat. Ille igitur pagelle cum iubente ipso, ut
diximus, diligenter tum quererentur ubiq; in
omnibus musei scrinijs, inueniri tamen non po-
tuere, ut à curioso aliquo, quod genus secundum
Plautum semper est malum, surreptas illas suspi-
cio sit, quod factum est de chartis et scriptis alijs
in Bibliotheca illius plurimis. Cum non inueni-
retur illa uetus incoatio, post multos sermones
quibus Genero de rebus priuatis uniuersis uo-
luntatem suam & sententiam prius exposuit, qua
scriberet, nouam descriptionem suscipit, sedens
ad mensulam suam, qua solebat cum quid scribe-
ret, sub horam secundam, & quanquam ualetudo
& uires ita erant, ut diximus, neq; præterquam
de priuatis rebus tali tempore suo perscribere
posset,

posset, cum ne hoc quidem per debilitatem perficeret: quod tamen semper de publicis rebus cura ei potior esset, non potuit facere, quin breuiter tum etiam ijs, quæ de bonis suis constituebat, de cōfessione fidei sue quasi præfaretur, quod proœmiolum illius cum ad publicam uoluntatis & sententiae ipsius contestationem pertineat, hac etiam de causa optima fide transcriptum hoc loco inserendum putauimus, præsertim cum ijs etiam, quæ iam de testamento huius narrauimus, explicationem afferat. Verba igitur quibus testamentum suum D. Philippus horis ante mortem uiginti nouem describere cœpit, hæc sunt: Anno 1560. die Aprilis 18. scripsi hoc testamentum in meo morbo breuiter de ijs reliquijs facultatum, quas mihi D E V S dedit. Confessionem fidei & gratiarum actionem ad Deum & Dominum nostrum IESVM CHRISTVM, scripsoram antea bis, sed chartæ sunt interceptæ.

Volo tamen confessionem meam esse Responsiones de Bauaricis articulis contra Pontificios, Anabaptistas, Flacianos, & similes &c. Post hec sequuntur ea quæ de rebus suis fieri uoluit, & ad hæredes ipsius tantum pertinent, et si eorum, ut diximus, descriptionem, non potuit absoluere, quod scribendo iam tres pagellas consecisset, atq; ita se desatigasset, ut nihil posset addere tum amplius, sed in posterū diem differret reli-

qua, quo ipso tamen in extrema uirium defectio-
scribere nihil potuit, ut infrà cognoscetur. Litera-
rum autem exaratio nequaquam est talis, de qua
tam propinqua morti debilitas deprehendatur, &
minimè similis scripturæ illius qua undecima die
antè, quæ morbi prima fuit, literas ad amicum in
littore Baltico ab eo exaratas, suprà scripsimus.
Nam et si præcedentibus diebus scripserat que-
dam multò melius, & epistolam ad Ducem Boru-
siæ omnino optimè, tamen hæc ultima, de qua di-
cimus, scriptura ipsius eiusmodi est, ut sèpè re-
ctissimè ualens non pinxerit literas meliores,
quod inspectantes facile iudicare possunt. Mens
autem constabat integerrima & sincerissima us-
que ad extremum uitæ halitum, neq; ut antea in
tota uita, ita etiam illo morbi tempore hæc ullo
modo attentata fuit, cùmq; cætera in corpore ipsi-
us membra solida essent, cerebrum tamen erat fir-
missimum, quod nisi tale fuisset, tantos ille et tanta-
rum occupationum labores, per tam multos an-
nos sustinere atq; perferre minimè potuisset, atq;
uel hac eadem die, uel sequente, ad filiam testaba-
tur se DEI beneficio capit is imbecillitatem nec
sensiisse nec sentire ullam. Non deerant qui ex hac
soliditate corporis, & membrorum præcipuo-
rum uirtute, uitæ extinctionem metuerent du-
riorem, & σέστη ut Aristoteles appellat, non
senilem μάρωσιп. Conferebat autem cum ge-
nero

nero tum etiam de communib[us] rebus Academie
nostrae, & constituebat de doctrina publica post
mortem suam, quemq[ue] sibi succedere maxime uel-
let, & de alijs quibusdam, de quibus hoc loco dici
nihil attinet, sententiam suam explicabat. Hora
tertia ex museo in cubiculum reduci uolebat,
nam ut hoc etiam obiter referamus, nunquam il-
le toto hoc morbi tempore alibi quam in cubicu-
lo suo, quo per scalarū gradus sedecim ascēdendū
ei erat, per noctare uoluit, atq[ue] ut in ceteris om-
nibus, ita etiam in hac resibi non pepertit, neq[ue]
defatigationem itionis & ascensionis talis refu-
git. Eò igitur tum deductus placidè obdormie-
bat, durante somno illo fermè usq[ue] ad uestiginam
sextam. Interea afferebantur literæ ab amicis ex
mercatu Francofortensi de supplicijs piorum ho-
minum in Gallia, de quibus cùm post somnum ad
eum referretur, Nulos dolores corporis sui tan-
tos esse dicebat, quanti essent animi, propter Ec-
clesie tales calamitates, quæ augerentur distra-
ctionibus non necessarijs, & malicia ac petulan-
tia eorum, qui cùm à nobis sine causa discessissent,
odio nostri nihil non molirentur, et parcerent nea-
mini, deq[ue] hac re multa grauiter querebatur, ut
perturbationem magnam esse appareret. Itaq[ue]
hoc tum agebatur, ut recitatione literarum minus
eristium, & sermonibus etiam astantium hilari-
usculis, à dolore abducetur, quo & profectum

fuit nonnihil. Multa enim postea, & suauiter omnia loquebatur, ad præsentium sermonum occasiones, ut iocos etiam & risus usurparet, eumq; se præberet, ut multi cum certissima spe conualescerentiae illo uespere ab eo discederent. Producebantur illa colloquia, quod ijs delectari animaduerteretur, fermè usq; ad horam octauam, Quo tempore cum quieti se dare uellet, condita cerasa assumebat aliquot, & uini haustulum unum, qui fuit haustus illius postremus, ut ad somnum aliquid quasi uiaiici suppeditaretur, quem tamen nocte sequente tenuem admodum coepit. Ita iam narrationem perduximus, usque ad XIII. Calendas Maij, quæ fuit decima nona Aprilis, & uite Philippi in terris dies extrema. Etsi autem ægritudinis & tristiae perturbatio: quam ea die, qua morientem eum uidimus, tantam sensimus, qua non potuisset maiorem animus sustinere: Hærum igitur perturbatio, et si memoriam ita impecdire solet, ut nihil magis, tamen quæ meminimus, collatis uotis nostris, & communi opera, nunc deinceps optima fide, ut hactenus uniuersa exponeamus. Cum nocte illa perparum dormiuisset, ut diximus, & manè hora secunda in lectulo se erigeret, medicus ad eum accessit, ibi de nocte preterita, qualcm habuisset significabat, & quod somnos habuisset, ut loquebatur, tenues, aliquos tandem, sibiq; iterum per quietem oblatam Paulinam sententiam:

Sententiam : Si Deus pro nobis quis contra nos.
Postea ad querelas, de Ecclesiæ calamitatibus re-
dibat, & contestationem doloris sui propter has
qui per noctem grauiter cum exercuisset, spem
tamen se habere optimam propter perspicue ex-
plamat nostrarum Ecclesiarum doctrinam,
quibus uota pro Ecclesia admiscebat ardentia
ad Deum & intimi cordis gemitus, atq; ita pro-
ductis cum genero usq; ad tertiam colloquijs, eo
tempore deductus ex cubiculo fuit ad lectulum
illum uiatorum in museo collocatum. Ibi tum
obuersans aliquantis per postea decubuit, sermo-
nes habitu pro occasionibus uarij, donec obdor-
miseret, & tu quidem inter dormiendum leniter
ille respiraret ac suauiter, ut uideretur placide
quiescere. Ex hoc somno expergiscens circa ho-
ram sextam matutinam, cum capillus ei uidere-
tur longior petit à genero ut hunc sibi præcide-
ret, cuius ministerio ad eam rem semper uti so-
lebat, quo facto, etiam uestes lineas interas muta-
re, qualibus ad fouendum calorem corporis seni-
lis uti consueuerat, à multis annis, triplicibus, una
super alia inducta, Etiam redimiculum nouum
capiti sumebat de genere lineorum illorum, qua-
lium per noctes usus est, & ipse interdiu semper
domi utcbatur, eaq; in re se propinquum suum
Ioannem Reuchlinum uirum clarissimum imita-
ri dicebat. Hoc igitur modo ornari & comi-
uolebat

uolebat, cūm migrationem præsentiret. Paulō
pōst ab amicis quibusdam hospitibus, qui ad eum
uidendum Torga excurrerant, salutabatur. Hi
erant, Pastor Ecclesiæ eius oppidi cum Colle-
ga quodam suo, & Doctore Kentmanno Medi-
co. Cum his ille familiariter spacio fermè di-
midia hore de uarijs rebus & ita colloqui, ut
præsentia horum delectari eum appareret, &
hilariusculus uideretur, Sed tandem de animi
sui affectione ad hos etiam testatus, illos suprà
expositos sermones suos repebat, Se Dei bene-
ficio priuatam ægritudinem nullam habere, sed
consideratione ac conspectu publicorum mala-
rum propter posteros affici atq; perturbari,
que minimè necessarijs certaminibus commouen-
tentur à petulantibus quibusdam, & uim affer-
rent ueritati, que in contentionibus amitti solet,
confirmari se tamen in hoc dolore suo, quod sci-
ret doctrinam nostrarum Ecclesiarum ueram es-
se et dilucide explicatam. Postea addebat & hæc
uerba, Si iam morior, singulari Dei beneficio
præripior malis impendentibus, & annum illum
monstrosum nature annum appellabat. Cūmq;
solicitis & flebili uoce pronunciatis precibus
Ecclesiam Christi fidelium Filio Dei commen-
dasset, hospites illos discessuros ut secum pran-
derent rogabat, quod diceret se sperare futurum
ut præsentia & sermonibus ipsorum inuitaretur
ad gustare

ad gustandum aliquid. In quo cùm obsecuturi
illi essent, reuocati paulò pòst fuere literis suo-
rum, propter pericula quæ in familijs horum
subito extitissent. Philippus autem sub idem tem-
pus extremè debilitari incipere, itaq; hoc po-
stremum salutato, resalutati illi discesserunt, quos
et pijs uotis suis proficiscentes est prosecutus.
Conuenerunt ad eum tum D. Pastor Ecclesie no-
stræ cum aliquot Diaconis, et Professores pleri-
que, una cum alijs quibusdam compluribus, ex
Professoribus tamen aliquot sub horam nonam
auocabantur ad soluendum precium pro fru-
mentis, de sententia et quasi ex testamento ipsius
publicè coëmtis, quæ tum aduehebantur, de qui-
bus suprà retulimus, qui tamen paulò pòst ad le-
ctulum præceptoris sui consecratis negotijs reue-
tebantur. Sub horam igitur matutinam octa-
uam, quo tempore λήγε febrilis expectabatur,
subito uires prorsus concidere, agrotus etiam
animo linqui cœpit, et quod Græci dicunt, λε-
πτυχη, Recreatus tamen ijs modis quibus
oportet, iacuit ita aliquantis per quiescens.
Aliquantò pòst, quasi experrrectus de somno,
precum suarum formulam qua quotidie uteba-
tur, repetebat, et recitabat totam, uoce quidem
submissiore, sic tamen ut singula uerba exaudi-
rentur, atq; ut cognoscatur ab omnibus, qualis ea
sit, et quid, paucis illis ante exitum ex hac uita
suum

sum horis, orauerit uir optimus & sanctissimus, integrum illam hoc loco descriptam subiecimus. Deum igitur inuocans his precum uerbis tum usus est.

OMnipotens, æterne, uiue & uere Deus, Creator cœli & terræ & hominum, una cum Filio tuo coæterno Domino nostro I E S V C H R I S T O crucifixo pro nobis & resuscitato, & Spiritu tuo sancto uiuo, casto & ueraci: Sapiens, bone, uerax, misericors, iuste, dator uitæ et legis, liberrime, caste, saluator, qui dixisti, Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur & uiuat, Item, Inuoca me in die tribulationis & eripiam te: Confiteor tibi me miserrimum peccatorum habere multa peccata, & multipliciter deliquisse, & doleo toto corde quod offendit te, & oro ut propter filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum crucifixum pro nobis & resuscitatum misericaris mei, & remittas omnia peccata mea, et iustifices me per & propter Iesum Christum filium tuum ἀριθμὸν ἑκατόν τριῶν μετὰ τηρίσεων mirabili & inenarrabili consilio & immensa sapientia ac bonitate, & sanctifices me Spiritu sancto tuo, uiuo, casto, & ueraci: ut Te omnipotentem uerum Deum creatorem cœli & terræ & hominum, æternum patrem domini nostri Iesu Christi, & Iesum Christum filium

um

um tuum λόγον μὴ εἰκόνα σὸς αὐτίστη, Θ Spiris
tum sanctum paracletum uiuum, castum, Θ ue-
racem, uerè agnoscam, tibi firmiter credam, tibi
uerè obediam, tibi gratias agam, te uerè time-
am, te rectè inuocem, tibi seruiam, te uideam
propicium in tota æternitate. In te Domine spe-
raui, non confundar in tota æternitate: In iusticia
tua libera me. Conuerte me Domine ad iusticiam
et uitā æternam. Redemisti me D E V S uerita-
tis. Custodi Θ rege Ecclesias nostras Θ politias,
Θ hanc scholam, Θ da eis salutarem, pacē et sa-
lutarem gubernationem. Rege Θ protege Prin-
cipes nostros. Ale Ecclesiā tuam, collige et serua
Ecclesiam in his regionibus, Θ sanctifica, et con-
iunge eam Spiritu sancto tuo, ut sit unum in te,
in uera agnitione Θ inuocatione Filij tui I E-
S V C H R I S T I, per et propter hunc æter-
num Filium tuum Dominum nostrum I E S U M
C H R I S T U M, crucifixum pro nobis Θ re-
fuscatum, Amen.

O Mnipotens eterne Fili DEI domine I E-
S V C H R I S T E, qui es λόγος καὶ ει-
νὼς αὐτίστη τοῦ αὐτίστη πατέρος, Θ μεσήθη
Cirkēthē noster, crucifice pro nobis Θ resusci-
tate, gratias ago tibi toto pectore, quod assunsi-
sti humanam naturam, Θ constitutus es Redem-
tor meus, Θ passus ac resuscitatus carne interce-
dis pro me. Oro te respice me, Θ miserere
mei,

mei, quoniam unicus et pauper sum ego, Auge in
in me spiritu sancto tuo lucem fidei, et infirmum
me gesta, gubernata, protege et salua: In te Domi-
ne speravi, non confundar in tota eternitate.

O Mnipotens Spiritus sancte, paraclete, caste,
uiue, uerax, illumina, rege, sanctifica me, con-
firma in mente mea et corde meo fidem et ueram
consolationem, serua et gubernata me, ut habitem
in domo Domini, omnibus diebus uite meae, ut ui-
deam uoluptatem Domini, ut semper sum et ma-
neam templū DEI in tota eternitate, et semper
DEO latuſ gratias agam, et celebrem eum cum
tota Ecclesia cœlesti, Amen.

Hec cum ita perorasset acquieuit aliquantu-
lum, postea sublati oculis, ad generum conuersus,
Ego, inquit, in morte fui, sed Dominus clementer
retraxit me. Hoc etsi de præcedenti deliquio
animi aliqui interpretabantur, tamen cum id re-
peteret, ad alios etiam, suspicabamur eum tum
luctare aliquid sustinuisse, cum sine agone nemo mo-
riatur. Cum ergo ex astantibus unus diceret:
Nulla nunc condemnatio his, qui in Christo Iesu
ambulant, Ipse mox subiiciebat: Christus factus est
nobis à Deo sapientia, iusticia, sanctificatio, et re-
demcio. Ut quemadmodum scriptum est, Qui
gloriatur, in Domino glorietur. Et saepè has uo-
ces repetebat: Domine miserere mei. Pulsus au-
tem

tem euanescente & extrema membra frigescere,
respiratio etiam fieri concitator, oculi et iuguli
subsidere, atque omnia in summa mortem propin-
quam ostendere, neque paroxysmi febrilis recur-
sio, sed debilitas uel collapsio potius uirium ex-
trema sentiri. Nihil tamen omittebatur, sicut
par est, omnium quae fieri poterant & debebant.
Itaque ut aliquid uiriū recolligeret, interrogaba-
tur an cibi aliquid assumere uellet, quod cum in-
terrogantibus permetteret, amplius querebatur
an iuscum uellet, cumque annueret, statim appar-
atum fuit unum ex cereuisia Hamburgensi, qua
ille in cibo & potu suauiter uti solebat. Hoc
igitur iuscum allato exhausit cochlearia tria,
& collaudans insuper, quam bonum, inquit, hoc
est iuscum. Hic cibus ei ultimus fuit, neque enim
potus aut cibi quicquam gustauit posthac am-
plius. Cumque rursus decubuisse aliquantis per,
postea erigi se in lectulo iubet, & postulat char-
tas in quibus testamenti descriptionem incoarat,
ut quae cogitauerat, & de quibus pridiana die
uoce sua testatus fuerat, ea perscribendo, testa-
mentum absoluueret, ad quam rem cum se com-
poneret & cuperet quidem scribere, uires au-
tem deficerent, ego inquit festimatione exclu-
dor, significabat autem letiferam debilitatem,
qua mors eum anteuerteret, ut cogitata perscri-
bere non posset, quo animaduerso nemo amplius

E quicquam

quicquam scriptio[n]is talis ab eo expectauit aut
expetiuit, præsertim cum pridiana die oratione
diserta de sua sententia atq[ue] uoluntate, et de omni-
bus quæ scribenda fuissent, testatus esset, & ex ijs
quæ iam perscripta erant, explicare cetera non
uideretur difficile. Hæc facta fuere circiter ho-
ram decimam matutinam. Rursus itaq[ue] decum-
bens, iacebat ita nudatis ut solebat cruribus, qua-
si qui astum sentiret, cum extrema ei iam pri-
dem frigescere coepissent, ut diximus, neq[ue] ad
genua usq[ue], caloris aliquid à tangentibus depre-
henderetur, et si illas explorantium contrecta-
tiones pro pudore suo grauiter ferre animad-
uertebatur ex eo, quod quotiescumq[ue] à solicitis
tangeretur, semper se contrectationibus subduce-
ret, rubor tamen sparsus quidam quasi macula-
rum quarundam, calorem adhuc superesse in ti-
biis & ulnis docebat, & uirtutis aderat adhuc
tantum, ut non solum manus & pedes expeditè
moueret, sed sine ullis adminiculis ob uno latere
in alterum se iactare posset. Pulpa uero illa
suræ in corpore maxima, tum ceteri in tibiis &
femoribus musculi, illo biduo penè inter oculos
aspicientium carne euanescente attenuabantur,
spiratio autem paulatim magis magisq[ue] impedi-
ri & anhelatio crescere. Cum ergo ad hunc
modum iaceret, ita ut longulis spacijs nullam
uocem emitteret, D. Pastor compellandum

eum esse interdum censebat, accedens ergo ad lectulum, iubet clara uoce legi ex utroq; testamento quædam, quibus maximè delectatum esse norat.

Legebantur ergo tum ab ipso D. Pastore & per uices à Diaconis Magistro Froschelio, & Magistro Sturione Psalmi aliquot, ut 24. 25. & 26. Esaie caput 53. & Iohannis caput 17. Ad Romanos caput 5. & plura alia ex Esaia, Iohanne, Psalmis & Epistolis Pauli. Quibus finitis cum consiluissemus omnes, Ipse, semper est, inquit, mihi in animo & in conspectu dictum Iohannis de Filio DEI: Mundus eum non recepit, Qui autem receperunt eum, illis dedit potestatem filios DEI fieri, qui credunt in nomine eius. Hec clara uoce cum pronunciaisset, pastea labra ita mouebat quadrante horæ, ut quicquid rursus oraret tacitè. Hora iam prima pomeridiana imminente, cum curarent ad lectulū præceptoris sui ij professores uniuersi, quorum sunt pomeridianæ operæ publicæ, neq; tali tempore ab agroto recedendum sibi putarent, & in perturbatione animorum maxima ad prælectionum operas obeundas, nemo idoneus esse posset, subito conscribebatur aliquid, & ut necesse erat fieri, tumultuarie, nomine omnium: quo publicè proposito neq; se legere posse, expositis causis, & de periculo in quo uita præceptoris uersaretur, si-

gnificabant, eiusq; salutem precibus communibus commendabant, quibus tali tempore discipulos potius quam ullis rebus alijs uacare oporteret. Huius scripti exemplum subiecimus, quod fuit tale. Carissimi auditores, in qua sollicitudine, mœrore & metu uersemur, propter morbum Reuerendi Praeceptoris & Patris nostri domini Philippi, non ignoratis, & haud dubie nobiscum serio adficiimini. Patienter etiam feretis, operas lectionum hoc pomeridiano tempore à nobis omitti. Significare autem uobis hoc ideo uoluimus, ut sciretis morbum ita intendi, ut nisi D E V S sua potentia naturam iuuuerit & confirmauerit, dominus Praeceptor uim morbi non uideatur diutius posse sustinere. Hortamur autem uos, ut nobiscum Deum ardentiter inuocatis, ut miseram Ecclesiam & iuuentutem in hac clementer respiciat, & ne ingratitudinem nostram hoc modo puniat, ut hunc fidem studiorum gubernatorem nobis hoc saltem tempore nostro auferat. His precibus hoc uacuum tempus tribuite potius quam alijs studijs, & uos Ecclesiam & ualetudinem praceptoris nostri Deo diligenter commendate, quod & ut facere uelitis obsecramus. Hoc scripto proposito animi prorsus consternari, & sollicitudine atq; tristitia completi uniuersorum, quod uultu, incessu & gestibus omnibus pleriq; significabant. Et quanquam

quanquam diebus illis imprimis, quibus Dominus
præceptor non amplius in publicum prodire a-
nimaduertebatur, preces publicè & priuatim,
ut diximus, intendebantur, & scholastici sic ob-
uersabantur, ut de animorum percusione iudi-
cari posset, tamen post hanc significationem pri-
stina augebantur omnia, & sicut antè fecerant,
ut fores domus Philippi Melanthonis, & ingre-
dientes atq; egredientes in via publica obserua-
rent, & uultus, & uoces horum considerarent:
Ita igitur tum magis ab his siebant, ut & ante fo-
res ædium, & in via publica illius vicinie fre-
quentes conuenirent, atq; consisterent, & uoces
& uultus, omnesq; significationes captarent, ex
quibus de ualeitudine magistri sui doceri possent.
Sed ad rem reuertamur. Iacebat ita per horam
unam aut alteram oculis connuentibus, pedes
interdum contrahens, interdum extendens, ue-
stem etiam stragulans nonnunquam subleuans, ut
letifera anxietas facile animaduerteretur, neq;
loquebatur ille fermè nisi interrogatus, in labijs
tamen motus apparebant tacitè precantis & sen-
sus erant & manebant integri usque ad extre-
num, uox etiam non impediabatur ut audiret et
intelligeret, & ad interrogata responderet om-
nia, paulò etiam ante ultimum halitum se exau-
dire & intelligere quæ acclamerentur uoce sua
testabatur, ut referemus.

Cumq; ita iacens à genero interrogaretur
an uellet aliquid? respondit aliud nihil nisi cœ-
lum. Ideò ne sitis mihi molesti amplius interpel-
lationibus talibus. Hæc ita fiebant usq; ad horam
pomeridianam tertiam, ibi quod incommodius
in lectulo iaceret, delapsus de ceruicali, hoc age-
batur ut cōponeretur melius, & ceruical subde-
retur, quod cum fieret & ægrotus attolleretur
ab astantibus, ex ea tractationis illius commotio-
ne, animus eū linquere, & omnis uirtus ita conci-
dere cœpit, ut statim putaretur expiratus, re-
uocatus tamen ijs quæ in animi deliquijs adhi-
bentur, iterum se recollegit, et cum acquieuisset,
cur, inquit, turbatis me quiescentem? Simile ut
quiescam usq; ad uitæ finem, qui non procul ab-
est. Hoc casu factum, ut ab omni deinceps com-
motione ipsius prorsus abstimeretur. Quod au-
tem extrema iam essent, omnia, pleriq; precibus
suis hoc à Deo petebant, ut cum nulla spes uite
superesset, benignè ei mortiferos dolores, & an-
gustias abbreviare uellet, & exitum felicem ac-
celerare. Neque omittenda iudicabantur ea
quæ ad morientes fieri solent. Itaque, Domi-
nus Pastor ECCLÆ nostræ aliquoties
pias preces recitare quibus ægrotus confirma-
retur, easque uniuersi, qui aderant, in genua
procumbentes animis & uotis suis, sequebantur.
Recitabantur & ex sacris literis, ex Prophetis,

Esaia

Esaias & Osea, & novo testamento loca multa, ut
antea fuerat factum, que presentibus rebus con-
ueniebant, quorumque meditatione antea in vita
sece confirmare consueuerat, quibusque eum maxi-
mè delectatum audiendo & legendo meminera-
mus, qualis est locus in Iohanne capite 14. Ne
turbetur cor uestrum, & 15. Si quis diligit
me, sermones meos seruabit. Et 17. caput
eiusdem. Etiam ex decimo hæc uerba: Oues meæ
uocem meam audient &c. Ex Epistola ad Ro-
manos, 5. magna ex parte, & ex 8. illud trium-
phale: Si Deus pro nobis, quis contra nos, quo
ille aliquando pro symbolo usus fuit, & quæ se-
sequuntur. Post lectiones tales ad preces redie-
batur, atque hæc uicissim ita fiebant, Sed sub ho-
ram uespertinam sextam, cum spiritum iam agre-
duceret, addebatur a Sacerdote M. Sebastiano
Frochelio etiam εὐλογία ἀρχιεπατική, Nu-
meri VI. Benedicat tibi Dominus & custodiat
te: ostendat Dominus faciem suam tibi, & mi-
serereatur tui: conuertat Dominus uultum suum
ad te, & det tibi pacem. A Vito autem VVim-
semio medicinae Doctore, & græcarū literarum
professore &c. acclamabantur ei ex Psalmo illa:
In manus tuas Domine commendō spiritum me-
um, redemisti me Deus fidelis & uerax. Cumque
eum interrogaret Dominus Vitus, an intellige-
ret, quæ dicerentur? respondit, Ia, quæ est affir-

mantis particula in lingua nostra, non ignota etiam
externis gentibus. Ita autem hoc expressè
& disertè enunciabat, ut exaudiretur à circum-
stantibus omnibus qui fuerunt numero ad mini-
mum uiginti. Itaq; Vitus iterum & tertio illa
ex Psalmo uerba acclamabat. Mox M. Sebasti-
ano Froschelio Symbolum & orationem domini-
nicam recitante, & tandem eorundem Psalmi
uerborum repetitionem incoante, cum in faciem
egroti diligentius intueremur, expectantes ex-
tremum halitum, animaduertimus manifestissi-
mè os eum sic commouere, sicut orans eo die iam
sepius solitus fuerat, & antè toto uitæ tempore,
quod cum aliquantisper in eo gaudentes religi-
osum gaudium spectaremus, subito ille, dodrante
iam post horam sextam elapso, sine ulla contor-
fione oris, aut corporis commotione expirauit,
atq; ita placide & leniter, ut non attentissimo-
rum oculos & præsentiam, fugere res indepre-
hensa potuisset. Neq; in toto agone ulla commo-
tio aut perturbatio, ulla deformitas ulla in parte
animaduersa, nulla usquam immundicies, neque
καρφολογίου, neq; quicquam eorum que mori-
entibus fermè accidere consueuere. Ad cetera
quod attinet, sicut uixit sanctè, ita mortuus etiam
sanctissimè fuit, in pijs & assiduis precibus &
sermonibus, quos utimam uniuersos recordare-
mur, & hoc loco perscribere possemus, nulla
enim

enim re magis haec expositio mortis illius nostra,
commendabilis bonis & pijs omnibus reddere=
tur, quos tamen meminisse in hoc ingente dolore,
& perturbatione summa nostra, potuimus, eos
bona fide retulimus. Meminimus & sparsim
quorundam qui quibus morbi diebus & occasio=
nibus habiti sint, non possumus dicere, ijs propte=
re a hunc locum peculiariter reseruauimus, ubi
promiscue notarentur. Erat autem in primis
his morbi extremis diebus familiarissima ei, &
frequentissima uox, quam tum singulis penè mo=
mentis cum gemitu, & intimi cordis motu repe=
tebat: Ah Deus miserere mei, & illa Psalmi: In
te Domine speraui, non confundar in tota æter=
nitate, & rursus alia Psalmi: Unicam petij a
Domino, hanc requiram, ut habitem in domo
Domini omnibus diebus uitæ meæ, & uideam
uoluptatem Domini, & uisitem templum eius.
Cumq; in tota uita, quod omnes sciunt, qui eum
nouerunt, ardenterissime orare solitus sit, hoc ta=
men morbi tempore prioris uitæ hac in parte
diligentiam & pietatem longè uincebat. Itaq;
pietatis sententia & interdiu ei in ore esse, &
per quietem offerri dormienti. Quotiescunq;
autem noctu è somno expurgiscebatur, & sem=
per & nihil aliud ex eo quam gemitus ad Deum
& precantis uoces audiebantur. In primis ta=
men pro Ecclesia hoc extremo tempore suo ora-

bat ardenter, quam unquam ante, cuius calamitates in hoc statu ipsius misero & afflictissimo uehementer eum cruciabant, de quo et uoces atque contestationes illius supra retulimus. Et plerumq; in his ultimis pro Ecclesia precibus suis, hoc disertè à D E O petere solebat, ut conjunctionem piam conciliare uellet, Coniunge alios quos ô D E V S, dicebat, quam uocem səpissime ex eo multi audiuerunt. Filium ad precum, & concordie studium hortabatur, & tum dicebat, D E V S tibi benedicet. Repetit et mentionem, quam facere crebro solitus fuerat, sermonis habiti à clarissimi uiri D. Iohannis Strambergeri coniuge uidua. Eam cum aliquando laborantem tabifico morbi malo hortantibus amicis accessisset, postea dixit se illius oratione non parum fuisse confirmatum. Sed præcipue hæc commemorare solebat, illam cum pronunciasset sententias aliquot, quibus fiducia meriti I E S V C H R I S T I sola esse hominibus salutis demonstratur, qualis est hæc, Sic D E V S dilexit mundum, ut filium suum &c. Et qui uidet filium, & credit in eum, habet uitam æternam. Et, iustificati fide pacem habemus: His igitur pronunciatis illam dixisse, se nihil sentire tristiciæ animo suo, neq; aliud cupere & precari quam consolationem istam esse & permanere firmam, neq; ulla alia cogitatione aut cura se affecti.

fici. Atq; hæc recitans quorundam qui precæteris docti & religiosi uideri uellent, fuitiles, & imanes, atq; etiam turbulentas disputationes & contentiones reprehendebat & unius mulieris pietatem & ueritatis studium illorum clamoribus & zelo opponebat. Si quando mentio fieret hostilium insectationum, quibus oppugnabatur, nihil respondebat aliud, quam illud Psalmi. Ilii maledicebant, ego autem orabam. Et rursus hæc Psalmi 120. Molesta est habitatio animæ meæ, cum his qui oderunt pacem. Ego pacificus, sed cum loquor, illi belligerantur.

Eo die quo publicè postremum docuit, adolescentibus quibusdam potentibus testimonium initiationis suæ, cepit scribere hos uersiculos, quos tamen non absoluit.

*Æterno genitore nate Christe,
Orator patris ex sinu verendi,
Vocem Euangely ferens suauem,
Qua credentibus exhibes potenter
Vitam iusticiamque sempiternam,
Et qui sanguine nos tuo redemtos
Exaudis, reputas, facisque iustos,
Ostendisque pijs tuum parentem :*

Nostræ

Nostras Christe precor doceto men-
Ac in pectora gratiae arrhabone (tes,
Nostra effundito spiritu mouentem,
Casta incendia & iuuocationem:
Fac pars agminis ut tui per omne
Æuum simus, alacriterque semper
Æterni Patris & tuas sonemus
Laudes &c. Amen.

Tali igitur fine uitam in terris suam clausit
D. Philippus Melanthon, quod unum nobis in
presentia exponendum sumfimus, Nam uitæ illi-
us iam extat descriptio edita, & describetur hæc
ab alijs, ut confidimus, copiosius. Vixit autem an-
nos LXIII, & dies totidem, extinctus eius
horæ momento, quo in lucem editum constat. De
morte autem huius cum per oppidum increbu-
isset, magnus scholasticorum numerus ad ædes
confluxit, cum iam ante frequentes ibi constituis-
sent, & ut antea sollicitudinem, sic illo tempore
dolorem suum officio tali ostendebant. Morien-
tem autem nemo qui aderat siccis oculis uidere
potuit, ne ij quidem, qui animis maxime uirili-
bus mortis tempore consolari atq; confirmare
alios sciunt, quod omne robur animi, amoris er-
ga Carißimum preceptorem affectio, supera-
ret.

ret. Sub uesteram statim ab Academia ad Principem Electorem misse sunt literae, quibus de hoc luctuosissimo casu mortis Philippi Melanthonis prescribebatur, que ante meridiem diei ab illa tertiae Principi redditæ fucre. Compositum autem corpus & depositum, illa nocte in museo asseruatum fuit, Manè diei XX. Aprilis mortui etiam facies, ut antea uiuentis, ab artifice depicta. Cumq; in affectione erga magistrum & preceptorem suum singulis penè momentis uenirent, qui peterent sibi uidendi illius mortui copiam fieri, quem uiuum dilexerant, & admirati fuerant, neq; negandum hoc multis de causis uideretur, itaq; tota illa die, & usq; ad meridiem postridianæ, que fuit uigesima prima Aprilis, quasi funus more ueteri publicè propositum esset, Ita admissi fuere ad aspiciendum hoc omnes, qui expetebant. Neq; esse putamus multos in oppido nostro Scholasticos aut ciues, qui non illius diei & dimidij sequentis tempore, ut diximus, ad eum uidendum uenerint, aut sine lacrimis eum aspexerint. Multi etiam hospites qui audiendi illius causa ad nos uenerant, mortuum primum uiderunt, quorum ut uiuentem uiderent non fuit ea felicitas. Opinio autem de mortuo & affectio erga hunc in spectatorib. illis ex eo etiam tum apparuit, quod pennulae quibus in scribendo usus fuerat, & chartæ in quibus aliquid

quid sua manu descripscerat, que in paumento
musæi abiectæ iacebant, & que cunctæ alia usus et
presentiae illius memoriam testari possent, à qui-
busdam studiosissimè colligerentur uniuersa. Ea
die de funeris exequijs & sepultura decretum
est, ut quam honorificissimè fierent omnia.
Sandapila autem ex plumbo albo confecta fuit,
in qua exuuiæ eius uiri, quo Deus ad maximas
res usus esset, componerentur. Hæc in ligneam
alteram fuit inclusa, atq; postridie sub horam se-
cundam, impositis etiam in sandapilam plumbea-
m illam alijs quibusdam, in templum, quod ad
arcem Vuitebergensem est, delata, & propè Lu-
theri corpus, cui in uita ~~pro~~asactus fuit unus o-
mnium optimus, sepulta fuit.

E X E M P L U M S C R I-
P T I Q V O D I N S A N D A P I L
*Iam cum alijs quibusdam im-
positum fuit.*

IN hac Sandapila continentur exuuiæ Philippi
Melanthonis, qui fuit Professor sacre Theolo-
gie, & Philosophie in Academia Vitebergensi
Annos 42. Vir præstans doctrina, humanitate,
prudentia, uite integritate, et sanctimonia, Chri-
stiana pietate, ac tolerantia, beneficentia erga
pauperes

pauperes. Reuerendi uiri Doctoris Martini pri-
rioris religionis instauratoris ~~THESSALIC~~ & ad-
iutor p̄cipiūs & fidelissimus in emendatione
doctrinæ sacræ, fraude Pontificum Romanorum
& Monachorum prestigij corruptæ, & in ab-
rogatione abusum, inuictorum ab ijsdem: Au-
tor confessionis Augustanae, quæ est post inco-
tam Anno 1517. emendationem Ecclesiaram,
& mutationem, exhibita Inuictissimo Imperato-
ri Carolo Quinto, in Comitijs Augustanis, Anno
a nato ex Maria uirgine Iesu Christo Salvatore
1530. Propugnator ueritatis cœlestis constan-
tissimus totis annis triginta, cum in plurimis con-
uentibus Imperij, tum alias priuatim & publi-
cè, sicut scripta, quæ extant, testantur. Natus est
in oppido palatino ad Rhenum Bretta, hone-
stis parentibus, Patre Georgio Schwartzerd,
qui fuit Magister armorum apud Illustrissimos
Principes, PHILIPPVM & RUPER-
TVM, Palatinos ad Rhenum, Electores Impe-
rij &c. qui & Maximiliano Imperatori, &
p̄cipiūs Germaniæ Principib⁹ propter uir-
tutem, integritatem, prudentiam, & artem ca-
rus fuit: Matre uero Barbara Reuterin, Anno
1497. die mensis Feb: 16. hora 7. Scrup.
6. post solis occasum uesperi. Accersitus Vitebera-
gam ex Academia Tubingensi ad interpretatione
nem Græcæ lingue ab Illustrissimo Principe Fri-
derico

derico tertio Duce Saxonie, & Imperij Elec-
tore &c. conditore huius Academie, de consilio
Iohannis Reuchlini cognati eius. Venit in hanc
urbem Anno 1518. die 25. Mensis Augusti,
hora prima Pomeridiana. Ibi Lutherus motis
iam controvrsijs, cum probaret ingenium eius,
copiam ac uarietatem doctrinæ, & iudicij acu-
men, ac rectitudinem, sibi eum adiunxit. Vxo-
rem duxit Catharinam Crappin natam ex hone-
sta familia in hac urbe, Anno 1520. die 25.
mensis Nouembris. Ex hac suscepit filios duos
& totidem filias. Filiorum Georgius altero an-
no mortuus est. Philippus Patri superstes. Filia-
rum Anna nupta fuit Georgio Sabino I. V. Do-
ctori. Magdalena Cassari Peucero artis me-
dice Doctori.

Coniunx Catharina decepit ex hac uita An-
no 1557. die 11. Mensis Octobris, cum pa-
ritus abesset Vuormatiæ, missus eò ad disputatio-
nem institutam decreto Senatus Imperij de con-
trouersijs religionis, Ipse Philippus reuersus ad
Academiam, uixit post coniugem in cœlibatu-
usq; in annum tertium, quo sub noctem festi die
Palmarum, ut uocant febri correptus, quam me-
dici iudicarunt esse uulnus, tandemq; supe-
ratus morbo propter imbecillitatem corporis
confecti etate, curis, & laboris aſiduis ac diu-
turnis,

turnis, expirauit placidissime cum uera & ar-
denti DEI Patris, Filij & Spiritus sancti in-
vocatione, Die Mensis Aprilis 19, quadrante
horæ ante septimam uestermam, Anno à nato
CHRISTO 1560. A condito mūdo 5522.
Has terras clementer & feliciter gubernante Il-
lustriſſimo Princepe AVGVSTO Duce Sa-
xonie, sacri Romani Imperij Electore, & Ar-
chimarschalco : Landgrauio Thuringiae, Mar-
chione Misniae, & Burggrauiio Magdeburgensi,
cum compleuiffet annos 63. dies 63. Anima
fruitur conspectu & consuetudine Filij DEI
cum Ecclesia coelesti, iuxta dictum : Beati mor-
tui, qui in Domino moriuntur.

Exuia certissima & firmissima ſpē futuræ
resurrectionis condidit hoc ſepulcro Academia
Vuitebergensis, ſoluens Patri, Patrono, & Pre-
ceptorī optimo, fidelissimo & carissimo, gratitu-
dimis & pietatis officium poſtremum. Anno
1560. die mensis Aprilis 21. Rectore Acadē-
miae Georgio Cracoulo I. V. Doctore & Pro-
fessore. Professoribus Theologie, Paulo Ebero
Pastore. Georgio Maiore. Paulo Crellio docto-
ribus. Professoribus doctrinæ Iuris. Laurentio
Lindemannio ordinario, Ioachimo à Beuſt. Io-
hanne Schneidewein doctoribus. Professoribus
doctrinæ mediceæ Melchiore Fendio. Caffaro
F Peucero.

F Peucero.

~AE. 93.
~AE. 59
~AE. 42.
~AE. 97
~AE. 35.
~AE. 90.

Peluccero. Iohanne Hermanno doctoribus. Professoribus Philosophiae & liberalium artium, Vito Ortel Vuimshemio artis medicae Doctore. Sebastiano Theodorico. Matthæo Blochingero. Petro Vincentio. Esromo Rudingero. Capparo Crucigero. Iohanne Bugenhagen. Heinrico Mollerio. Eusebio Menio liberalium artium, & Philosophiæ Magistris. Et Academie ministris Nicolao Risenbergio, & Michaële Maio. Anno mense & die, quo suprà.

Pompa funeris breuiter hæc fuit, nam res ab alijs describetur copiosius : Constituti fuerunt ex Professoribus collegij Philosophici qui efferent, ab his igitur pullatis, induitis uestibus talarium, quales Sacerdotum sunt, & habitu reliquo honesto, delatum primum in templum Parochiale oppidi Vuitebergensis fuit, & ante altare depositum, eum in locum, quo procumbere in genua & orare ille solebat, quando manuum impositione, & precatione solenni, commendabatur docendi munus in Ecclesia legitimè uocatis, ibi post Psalmodias, & accentiones alias, quales in uestiginis precibus nostrarum Ecclesiarum usurpari solent, Pastor Ecclesiæ VVitebergensis D. Paulus Eberus concionem habuit funebrem, explicans Apostoli uerba in Epistola ad Thessalonenses capite 4. Hac, & uestiginis precibus

bus finitis in templum arcis deductum fuit: Vbi
ante sepulcrum deposito funere, ex pulpito in ui-
cino loco extracto orationem habuit de mortuo
Latinam, Vitus Ortelius Vuinhemius, medici-
nae Doctor, & Græcarum literarum professor,
quæ edita est, post quam sepultura peracta fuit,
cum res producta esset usque ad horam quin-
tam. Deducentium autem frequentia tam
scholasticorum, quam ciuium, et honestorum ho-
minum omnium ordinum, qui ex uicinis locis
conuenerant, tanta fuit, ut nemo meminerit in
nostro oppido maiorem. Aduenerat eadem
die sub horam antemeridianam Nonam, Ioachi-
mus Camerarius, cum Clariſſimo uiro D. Do-
ctore Morchio, ad D. Philippum uisendum huc
reuertens, cui tamen in itinere de morte huius
nunciatum fuerat: Is cum ad Philippi aedes
antequam funus efferretur uocatus esset, ut eò
ueniret, & in uictibus obsequeretur, facere
non potuit, sed postea sandapilis omnibus clausis
ad deductionem funeris primum eò accessit.
Dolorem uero suum & uultu & lacrimis suis
homines testabantur maximum, quacunque fu-
nus procedendo ferebatur, omnibus à partibus et
eiulatus mulieres audiri, & lacrime tam
huius sexus, quam plurimorum, & uirorum
& iuuenium confosci. Eleemosynæ autem pro
re & copia datae fuere, & pueris Scholasticis

qui præventiones funebres administrabant, &
Pauperibus qui expetebant omnibus. Atq; ha-
guidem, ut & cætera ex publico Vniuersitatis
ærario. Quomodo igitur & mortuus D. Phi-
lippus Melanthon sit, & quæ funeris exequæ
fuerint, hactenus exposuimus, cuius uiri memo-
riam quibus uerbis celebremus, nos in præsentia
non reperimus. Hoc quidem ante oculos est
omnium, quantas res DEV S in huius uiri hu-
meros imposuerit, de quibus rebus, quod pe-
riculum sit, ne iam ipso sublato attententur
& labefacentur à multis, qui uiuum ut ode-
rant, sic etiam metuebant, mortuum autem
metuere desinunt, odisse pergunt, ab his igitur
quim tetterimæ queq; molitiones expectandæ
sint, nimis multa docere possunt. Et meminimus
ipsum Melanthonē cùm aliás sèpè, tūm quodam
tempore cùm Lithiasi periculose laboraret, de
se dicere, se mortuum laborem relicturum Poë-
tis, amicis autem διγῶνα ἐπιτάχος. Videat
igitur sibi unusquisq; ut ad impendentia omnia,
tām animo quām cæteris quibus opus est uni-
uersis, paratus sit, neq; hoc in præsentia plura
dici attinet. Celebrationem autem mortui, et si
ei aliena prædicatione minimè opus est, & Poë-
te qui sunt, & alij boni quām plurimi suscipi-
ent, cuius rei iam quasi δείγμata in manibus
sunt non pauca. Atq; ut hoc etiam addamus,

memini-

meminimus Dominum Philippum aliquot ante
mortem annis, cùm inter amicos & clarissimum
nostrī temporis Poëtam familiarius in mercatu
Lipsensi uersaretur, petiisse igitur tūm Philip-
pum à Poëta illo meminimus, ut sibi mortuo Epi-
taphium scriberet, breue quidem, & simplex, at-
que ut melius intelligas, dicebat, quale uelim, ex
tempore tūm, argumenti loco, hoc distichon pro-
nunciabat, quod subiecimus:

Iste breuis tumulus miseri tenet ossa Philippi,
Qui qualis fuerit nescio, talis erat.

Alter uero ille & Poëta, & uir optimus, mi-
hi uero inquit unum tantum uerbum in tuis uer-
sibus mutare licet, & habebo Epitaphium se-
pulcro tuo non indignum, nimirum ut pro talis,
magnus scribatur. Hæc igitur tum fiebant &
dicebantur à iocantibus. Nos autem qui uir D.
Philippus Melanthon fuerit, & quid morte hu-
ius amissum sit, Poëtis, atque bonis & doctis
quam plurimis alijs, describendum relinquimus
in præsentia, qui hanc de morte ipsius narra-
tionem festinata opera hoc tempore edere uo-
luimus, propter mendacia, & calumnias hosti-
um. Quæ uero hactenus de priuatis rebus &
sermonibus exposuimus, nam publica nota sunt
pluribus, eorum testes in præsentia facimus Ec-
clesiæ VVitebergensis Pastorem, D. Doctorem

Paulum Eberum, & ministros Ecclesiæ cæteros.
Ex Professoribus autem publicis plerosq; qui
sunt, Georgius Maior. Paulus Crellius Theolo-
logie Doctores. Dominus Ioachimus à Beust.
D. Iohannes Schneiderwein Iuris utriusq; Do-
ctores. D. Vitus Vuinshemius, D. Casparus
Peucerus gener. D. Iohannes Hermannus medi-
cinae Doctores, & Iohannes Maior Ioachimicus,
Theologiæ Doctor. Ex philosophiæ Professori-
bus, Magister Sebastianus Theodoricus, Caspar
Cruciger, Esromus Rudingerus, Eusebius Me-
nius, una cum multis alijs uiris, & iuuuenibus
optimis, & fide dignissimis, quorum no-
mina nimis longum fieret, hoc lo-
co perscribere, Et si necesse
fuerit, edi quocunq;
tempore pote-
runt.



SCRIPTVM PV-
BLICE PROPOS-
TVM, QVO SCHOLASTICI
connocati sunt, ad deducendum fu-
nus Domini Philippi Me-
lanthonis, 21. Aprilis.

VICE RECTOR ACADE-
miae Vuitebergensis, GEORGIVS
MAIOR sacræ Theologiæ
Doctor.

PIE & utiliter monet Syracides, & luctum
esse debere in morte domesticorum & ali-
orum, qui nobis qualicunque de causa cari fue-
runt, non simulatum, qualis erat præficarum a-
pud Ethnicos, aut adhuc est conductiorum Mo-
nachorum & sacrificiorum in Papatu, sed se-
rium, moderatum tamen, et non adfligentem ua-
letudinem, cum sic ait: τέκνομ, ἐπὶ νεκρῷ οὐα-
τάγαγε δάκρυς, οὐαὶ ὥστεναὶ πάσῃ ωρῇ, ἐναρ-
ξε θρήνωμ, οὐαὶ μὴ ὑπορίθης τὴν ταφὴν ἀν-
τοῦ, Οἱ ποικορο τὸ τένθρον οὐ πὲ τὴν αξίαν
ἀντο, οὐαὶ προκληθῆν λν της ενεκα,. Απὸ³
λύτης γαρ ἐκεῖνα δάνατον, οὐαὶ λύπη

καρδίας κάμψιον. Hoc est: Fili, super mortuo deduc lacrimas, & ut dura passus incipe lugubria, & non despicias sepulturam ipsius, & fac luctum pro dignitate ipsius, sed consolacionem etiam admitte istius doloris. A mœrore enim existit mors, & mœsticia frangit robur cordis. Hoc dicto Syracides prohibet utrumq; & profanitatem Ηγλασοφύιαν eorum, qui non adficiuntur suorum obitu, & clamitant indignum esse viro forti, ne dum Christiano, profundere lacrimas, & edere significationem ullam mœsticie: & rursus immoderatum dolorem, respuentem omnem consolationem, quo & ualeudo leditur, et Deus offenditur, uolens nos acquiscere suo consilio, & non fremere aduersus iustam & semper optimam uoluntatem suam.

Cum autem Deus clementissimus nudius terius placida obdormitione potius quam morte, à nobis abduxerit Reuerendum & carissimum Praeceptorem ac Patrem nostrum, Dominum PHILIPPUM MELANTHONEM, communium studiorum in hac Academia sumum, et felicissimum gubernatorem, tantus haud dubie sanorum omnium est dolor, ut ille nequaquam ullis rationibus accedendus magis, sed potius exquisitis argumentis leniendus & sedandus esse uideatur. Quod cum me in primis facere propter

propter officium quod sustineo, deceat, quæ huic proprio & uestro dolori ðελητípiæ & lenimenta adhibeam, non satis inuenio. Cum enim recordor, quam dulcis mihi cum hoc uiro intercesserit familiaritas & consuetudo, domestice simulima, iam à primis adolescentiæ meæ annis, quantis officijs ab ipso prouectus, adiutus, ornatus sim, fieri non potest, quin eius abitus acerbiſſimum dolorem adferat. Neq; uero erga me ſolum talis fuit, ſed & alios omnes studio & benignitate ſua complexus fouit & adiuuit. Scimus enim eius bonitatem tantam fuiffe, ut nihil omnium, quæ habebat & poterat, ſibi aut ſuis feruire & prodeſſe tantum uoluerit, ſed ea omnia ceu communia ad cuiusuis, etiam minimo rum, ſepè etiam indignorum uſum comparata et exposita habuerit. Quæ ipsius imimitabilis benignitas priuatim ſingulis potentibus, multis etiam ultrò omni officiorum genere præftita, cum latiſſime uagata ſit, mors eius haud dubiè plurimos ita commouebit, ut nos, qui tam diu in familiaritate ipsius à iuuenilibus annis uiximus & confenuimus, iuſtiſimam grauiſſimi doloris causam habere confefſuri ſint.

Sed conſideratio publici incommodi & periculi, quod ipsius abitus hoc tempore Academæ & Ecclefie huic attulit, hunc dolorem, quem

priuatae consuetudinis desiderium nobis facit,
propemodum extinguit & obruit, etiam in ijs,
qui propter sanguinis uel affinitatis coniunctio-
nem iustissime se dolere existimant. Nouerunt
enim omnes, quotquot hic nobiscum studiorum
societate coniuncti uixerunt, quanta cura, uigi-
lantia, sedulitate, gubernationi communium stu-
diorum præfuerit, quanta contentione animi illa
excitarit, plurimas, easq; difficilimas lectiones in
se recipiens, mira assiduitate lectionum operas
continuans, sua sapientia operas ritè distribuens,
Collegis aliquibus, quæ cum utilitate auditori-
bus suis traderent, præscribens, omnium pro-
fessionum & officiorum necessitatibus & orna-
mentis subscruiens, deniq; quod singulis laborio-
sum & difficile futurum erat, ipse unus pro o-
mnibus subiens, & magna promptitudine ani-
mi sustinens, & antequam rogaretur, sponte alijs
indigentibus suam operam offerens.

His rationibus studiorum progressum feli-
citer promouebat, & Collegarum ἐργοδιώκ-
της erat, non acerba obiurgationis uehementia
& ignauiae castigatione eos pudefaciens, sed suæ
assiduitatis exemplo cessantes ad diligentiam
traducens.

Et quod summopere huic Schole profuit, ita
erat natura, consilio, studio & artificio συμβι-
βασικός

Casino. & communis concordiae conciliator, ut
cū ipse grauiter offensus sēpē nō modo vindictæ
cupiditate excitare certamina non uellet, sed eti-
am obtrectantium maleuolorum iniurias tole-
rando & insuper beneficiendo uincere, & uni-
uersam memoriam carum abolere studeret :
etiam commonesfactionibus suis, intercessioni-
bus, lenitionibus, ortas inter Collegas suos offen-
siunculas, antequām uires acquirerent, suppri-
meret, & suo præcipue exemplo & autoritate
ad commune concordiae studium, & ad επιει-
κεαρ tolerantem imbecilliorum errata permo-
ueret.

Quid autem de donorum excellentia & ua-
rietate dicam ? quibus diuina bonitate instru-
ctus, tot monumenta utilium scriptorum edidit,
quibus omnes partes Philosophiæ insigniter illu-
strauit, & in repurgatione doctrinæ coelestis
Reuerendo uiro Doctori Martino Luthero di-
uinitus excitato, fidelem & carum & utilem
πασάτων οὐδὲν περὶ τοῦ se probauit, id quod
publica scripta ipsius testabuntur, de quibus cùm
ipse uoluerit iudicium esse penes uniuersam
Ecclesiam & posteritatem, non dicemus hic
plura.

Talis igitur, tam instructi, seduli, fidelis, feli-
cis Doctoris & gubernatoris præsentia & ope-
ra cùm Academia hæc & Ecclesia nunc pri-
uata

*uata sit, et uulnus acceperit opinione et eloquen-
tia omni maius, iustissimum est dolere omnes,
qui studiorum recte ordinatorum, & scholarum
benè constitutarum necessitatem & utilitates in-
telligunt & magnificiunt.*

*Accedit huc, quòd dolorem nobis auget me-
tus impendentium malorum, quæ uarijs de causis
irritari nunc facilius et accersi possunt, postquam
sublatus est is, qui plurima publica incommoda
auertit & impediuit sua moderatione, toleran-
tia, lenitate, autoritate, addo etiam precibus ad
Deum, quas scimus eum cum studio uerae tempe-
rantiæ, sobrietatis, uigilantie, & bonæ consciencie,
constantí diligentia pro tota Ecclesia, Acadæ-
mia & familiq; sua ardentissimas fudisse.*

*Et notum est pijs dictum Prophetæ, qui di-
cit, Colligi bonos, ne uideant mala secutura, sicut
exempla omnium ætatum & gentium testantur,
præstantium uirorum, per quos insigne aliquid
in Ecclesia gestum aut effectum est, migratio-
nem ex hac uita, publicas calamitates breui secu-
tas esse, præsertim autem tūm, cùm ingratitude
populi acceſſit, spernentis illa dona, & extenu-
antis beneficia, quæ Deus per illos Ecclesiarum
benefactores largitus est, sicut prob̄ dolor uidi-
mus hunc nostrum pium & optimè meritum de
uniuersa posteritate Præceptorem, ab aliquibus
contem-*

contemptum, ab aliquibus infestatum, ab aliquibus
hostiliter petitum fuisse, quibus fortassis hic no-
ster luctus & mœror gratissimum spectaculum
præbebit, & sannas ac sarcasmos felle amario-
res dictabit, ut nostrum dolorem sua insultatio-
ne & triumpho, quem de nostra, in de publica
miseria agent, accumulent.

Hic metus mutationum & æruminarum pu-
blicarum, quas mors huius nostri Patris ac Cole-
lege, & aliorum piorum ac bene meritorum
uirorum, quos breui temporis interuallo hæc
schola et regio amisit, portendere uidetur, dolo-
rem nostrum auget, quem inflxit amissio tanti
& talis præsidij & ornamenti scholæ & Eccle-
sie huius.

Non igitur nobis est opus sapientissimi Syra-
cidæ pia commonefactione, ut defleamus mor-
tem huius cari patris nostri, ne ἀσοργίας uel
ἀναιδησίας Stoicæ ab alijs accusemur. Non
est nobis opus præficarum lugubribus concenti-
bus & threnis, omni arte animos ad mœsticiam
commouere conantium: Ipsa nos animis & in-
timis sensibus infixa huius beneficii, pīj, salutaris
Doctoris memoria concitat ad considerationem
nostræ infelicitatis, qui benignissimum Patrem
& dulcissimum collegam & amicum carissi-
mum amissimus: Ipse conspectus iuuentutis, Tem-
plorum, Collegiorum, Bibliothecarum nostra-

rum

rum, ipsius bonitatem ubiq; paratiſimam nobis
in memoriam reuocantium, ex oculis nostris lara-
giſimas lacrimas exprimit, & uim doloris ex-
asperat.

Audiamus igitur alteram partem precepti
Syracidæ, que iubet ita moderari dolorem, ne uel
nostris corporibus & ualeſtudini uim faciamus,
uel Ethnicorum luctus imitari uideamur, qui non
considerata Dei in omniibus actionibus perpetua
bonitate, amissis cariſsimis suis, fremunt aduer-
ſus Deum, & iniusticie quasi eum & Tyranni-
dis accusant, à quibus blasphemis uocibus & co-
gitationibus, animis & auribus abhorre de-
bemus nos, qui ſcimus Deum etiant iratum mi-
ſericordie ſue recordari, & punientem benefa-
cere, & quo durior est castigatio in filios petu-
lantes, & ingratos, eò ipſum ardentiore ſopγη
eosdem conuersos ad bonam frugem completi,
& beneficijs ornare, mœſticiam illam ex recor-
datione poenarum ortam, lenientibus & paula-
tim abalentibus, id quod singuli, qui Patres fami-
lias ſumus, in castigatione liberorum noſtrorum
experimur, quibus, cum mores emendant & ad
obedientiam debitam redeunt, post plagas &
uerbera blanditijs & munusculis noſtram pater-
nam propensionem & caritatem ſep̄e manifeſ-
tius declaramus, quam antea.

Quare & domesti ci ac propinquai, qui meri-
to lugent,

tò lugent, tali se patre, uno, cognato, affine orba-
tos esse, & nos reliqui, qui ipsi familiari consue-
tudine coniuncti fuimus, hac cogitatione dolo-
rem moderemur, quòd scimus eum mortalem ge-
nitum fuisse, & quod mirandum est, ei in tanta
laborata curarum, molestiarum, certaminum af-
fiduitate & acerbitate, tamen à Deo haud dubie
Ecclesie precibus & utilitate moto, uitam in tan-
ta corporis gracilitate, & calculi cruciatibus, ad
tantam senectam prorogatam fuisse, ut Climacte-
ricum nonum superaret, et incoaret etatis quar-
tum & sexagesimum annum, quod uitæ spaciun
paucissimi etiam magno corporis robore predi-
ti attingunt.

Deinde uidimus omnes, quam ærumnosam
uitam egerit in perpetuis laboribus, fatigatio-
nibus, afflictionibus, exagitationibus, crimina-
tionibus, insidijs & morsibus, quibus à sum-
mis, infimis, exteris, indigenis, hostibus & disci-
pulis sine fine & modo impeditus & laceratus
est, ut meritò cum Iacobo Patriarcha dicere
potuerit: Dies peregrinationis uitæ mee fue-
runt PARVI & MALLI, & mortuus sit, ut
de ABRAHAMO, ISAAC, & alijs scribi-
tur, etate perfectus, et plenus dierum, seu satura-
tus annis, cùm sèpè audierimus ipsum, cùm ante
hunc morbum, tum tempore morbi conqueren-
tem

tem de uirium defectione, dicere, Se uelle Deo
obedire & seruire, ut antè, si is uelit uitæ annos
plures adiiscere, si minimus, se adcò non reformi-
dare mortem, ut eam etiam expetendam sibi
optandamq; iuxta uoluntatem Dei existimet. Et
ita obiit, ut quisq; sibi maiorem felicitatem opti-
re non posset, quam si post agnitionem Dei & fi-
lii eius domini nostri Iesu Christi, cum tranquilla
conscientia migrare ex hac æruginosa uita tanta
placiditate queat. Nam & seipsum morbi tem-
pore & nos uisentes ipsum, ac doloris nostri sis-
tma ostendētes, uerbo Dei & ostensione uolunta-
tis diuina & promissionum, mirificè consolatus
est, et palam aliquoties professus est, nullo se
domestico aut priuato dolore angī, sed tantum
animo cruciari propter hanc insanabilem di-
stractionem docentium in Ecclesijs, ortam ex odi
orum acerbitate, & quorundam maliciosa So-
phistica, ex qua dicebat impendere maxima pe-
ricula Ecclesie & Rebus pub. Et Deum arden-
ter imuocabat, multis audientibus, ut ipse sana-
ret uulnera Ecclesie, & seruaret coetus piè do-
centium & audientium incorruptam Euangeli
doctrinam, & suæ constantis confessionis signa-
usq; ad extreum uitæ halitum manifesta edi-
dit, cum septimo Paroxysmo febris tertiane, ui-
res corporis uitales adeo prostratae fuissent, ut
destillantes in pectus ex catarrho humores ejus-
cere

cere amplius non ualerent, unde paulatim impe-
dita spiratione, ceu incoatus somnum profun-
diorem, placide obdormiuit, integris usq; ad ex-
tremum sensibus, & mente rectissime sibi con-
stante, id quod plurimi autoritate & uirtute
præstautes uiri ò ut óm̄or testari poterunt.

Tam pium & placidum exitum & libera-
tionem ex tam laboriosa & æruminosa uita om-
nes gratulari ipsi potius, quam deplorare debe-
mus, & rogare singuli Deum, ut nos quoq; simili
& tranquillitate conscientiae, simili constantia fidei
& confessionis, simili ardore inuocationis, ex
hoc carcere traducat ad eternam suam confue-
tudinem.

Attamen Academia & Ecclesia orbata est
hoc fideli & salutari gubernatore?

Est sanè hec calamitas inæstimabilis, quam
uidentur multa incommoda securta, quam, ali-
quando tamen euenturam, fortassis nostra ingra-
titudo, & abusus horum donorum maturius at-
traxit.

Sed agnoscamus hāc nostram sanè deploran-
dam & castigatione dignissimam ingratitudi-
nem, & fastidium & abusum multiplicem bono-
rum præsentium, & oremus Deum, ut ueniam
nostris delictis paterna sua clementia tribuat, &
quod est reliquum lucis & doctrinæ diuinitus
per hec salutaria organa nobis clementer dona-

te, reuerenter & grati amplectamur, & usur-
pemus ad celebrationem gloriæ diuinae, & ad
emendationem uitæ ac morum nostrorum, & ue-
neremur doctores superstites, & illorum fidelia-
bus monitis reuerenter pareamus, & adiungan-
mus inuocationem, ardenter petentes auersionem
& mitigationem impendentium malorum, &
conseruationem Ecclesiarum & Scholarum, in
quibus sonat uox Euangeli, & suo quisq; loco
partim fideliter et dextrè docendo, partim stre-
nuè discendo, & utrobiq; rectè & piè uiuendo,
suam obedientiam Deo præstet, & expectet au-
xilium, defensionem & ueram consolationem à
filio Dei Domino nostro Iesu Christo, qui promi-
sit suæ Ecclesiæ perpetuam suam præsentiam, Si-
c ut inquit: Non relinquam uos orphanos. Item,
Ego ero uobis cum omnibus diebus, usq; ad con-
summationem seculi.

Abducuntur pij & salutares Doctores per-
functi suo munere, & confecto curriculo, quod
ipsis Deus mandauit: Sed non propterea dese-
ritur prorsus Ecclesia à filio Dei, ideo sedente
ad dextram æterni Patris, ut det dona homini-
bus, Apostolos, Prophetas, Euangelistas, Paſto-
res & Doctores, quos non repente facit summos
& excellentissimos donis, Sed addit usu & pia
exercitatione incrementa donorum, sicut experi-
entia testatur.

Etsi igitur tamē excellentiam ingeniōrum,
qualis in Luthero & Melanthone, & alijs qui-
busdam uitā functis Doctoribus huius etatis fuit,
nix sperare amplius possumus: Tamen dubitare
non debemus, quin Deus etiam per imbecilles &
minus ornatos tantis donis, efficax futurus sit, si
nos nostri officij memores, ut suprà dictum est,
hæc dona Cœlestia ardentibus uotis petemus a
filio Dei regnante, & ministerium Euangeliū
sua potentia conseruant.

Nec dubitare etiam de hoc debemus, sicut
plurimos pietate, sapientia, uirtute & doctrina
præstantes uiros agnoscentes Dei beneficia per
hunc nostrum Præceptorem Ecclesiæ collata, &
estimantes merita in se & alios multos priua-
tim profecta, habemus participes huius nostre
grauis luctus, qui serio dolent de necessaria qui-
dem, ut hominis mortalis, sed nobis tamen & Ec-
clesiæ immatura & præpropera emigratione
huius salutaris Doctoris: quin eosdem etiam hu-
ius precationis nostræ sumus habituri socios, no-
biscum rogaturos Deum eternum Patrem Do-
mini nostri Iesu Christi, ut hanc Scholam & Ec-
clesiam, quæ multos annos sedula fuit nutricula
& doctrix plurimorum iam utiliter passim re-
bus publicis, Scholis & Ecclesijs seruientium, di-
utius clementer custodiat, regat & conseruet, ut
sincera Euangeliū doctrina, & aliae artes nece-
sarie

Sariæ Societati generis humani & Ecclesiæ, diu
floreret & latè propagari inde possint, quam ad
rem ut idonei gubernatores in loca defunctorum
Substituantur, haud dubiè curæ erit Illustrissimo
Principi ac domino, Domino A V G V S T O Du-
ci Saxoniæ, S. Imperij Romani Archimarschalco
& Electori, Principi ac Domino nostro clemen-
tissimo, Cuius Celsitudo sàpè iam euidentibus te-
stimonij nos confirmauit, quòd uelit summo stu-
dio hanc Academiam, in qua purior Euangelij
lux in omnes partes Christiani orbis effulsit, sua
munificentia fouere & conseruare.

Nos quoq; quos Deus uoluit huic pio Patri
& Preceptorí nostro superstites esse, et si fatemur
nos donorum excellentia, ipsi & alijs nequaquam
pares esse, tamen summo studio amitemur, ut iu-
uentuti piam & salutarem & incorruptam do-
ctrinam coelestem, sicut eam à reuerendis patri-
bus & Preceptoribus nostris, Luthero, Iona, Bu-
genhagio, Crucigero & Philippo accepimus, &
scimus congruere cum perpetuo consensu Pro-
pheticorum & Apostolicorum scriptorum, cum
symbolis, & confessione harum Ecclesiarum Au-
gustæ exhibita anno 1530. & simul etiam ali-
arum omnium professionum artes fideliter &
sincerè, quasi per manus tradamus, & discipli-
nam tueamur, quanta possumus diligentia, que
quidem facilius regi poterit, si, quod necessarium
erit

erit, iuuentus se facilem & obsequentem patera
nis admonitionibus nostris præbebit, quod omni-
no faciet eò etiam studiosius, ut hac ipsa morum
emendatione & modestia, & in discendo aſidua
itate teſtetur, ſe obitu talium uirorum immaturo,
tanquam ſigno iræ diuinæ, ſeriō commoueri, &
Deum ardenter inuocare, ut imminentes cala-
mitates publicas clementer mitiget, id quod au-
diunt ſuum Præceptorem Dominum Philippum
in ipſo agone magis de Ecclesia & Academia ac
toto coetu diſcentium, quam de ſua morte aut ſu-
orum orbitate follicitum, crebra ingeminatione
ardentium uotorum feciſſe, cui pro infinitis ho-
nitate, magnitudine & numero beneficijs hoc po-
ſtremum & uile, ſed pium tamen officium præ-
ſtemus, ut funus eius ad locum sepulturæ destina-
tum deducamus, hac obedientia teſtantes, nos &
acceptorum beneficiorum memoriam tueri, &
domesticorum defuncti Præceptoris orbitate ſea-
riō affici.

Conuenietis autem hodie paulo ante ſecun-
dam horam propè aedes Domini Philippi, ubi
audieritis ſignum campana dari, ut ſequamini
funus uſq; in templum Parochiale. Vnde post
auditam commonefactionem de ſpe Resurrectio-
nis noſtræ, porro deducetis illud in templum
Arcis, & ibi modeſtè & reuerenter non digniſ-
ſima queq;, ſed ſuæ quisq; atati & conditioni

conuenientia loca occupantes, audiatis funebrem
Orationem recitari, et adiungetis uestras pre-
ces cum seniorum uotis, simul nobiscum petentes
protectionem et conseruationem piorum studi-
orum in hac Schola et Ecclesia.

Hortamur autem uos Scholasticos et per
Deum rogamus, ut in tota hac funebri ceremo-
nia sitis modesti et uerecundi, nec tumultuemi-
ni et foeda confusione et discursatione turbetis
ordinem maxime seruandum in talibus congrega-
tibus, ubi potius quid amiserimus, et expectare
porro possimus cogitare debemus, quam quid
spectare queamus. Adsunt, ut uidetis, aliquot
Lipsenses Professores, aliquot uicini Nobiles,
multi uicini Pastores, et alij honesti hospites,
quos communis dolor Lipsia usq; et ex alijs lon-
ginquis locis hic attraxit, ut hac sua præsentia
testarentur, se et magnifice de Præceptore no-
stro sensisse, et nostra ac Ecclesiæ et Academiæ
nostræ orbitate non leuiter affici. Illorum in
primis decet rationem haberi, et illis honesta
loca in processu Funeris, et in utroq; Templo
concedi, ne ad suos reuersi, iustas querelas secum
hinc asportent, de nostræ iuuentutis impudentia,
curiositate, Cyclopico contemtu omnis ordinis,
modestiae et uerecundiæ. Vult Paulus in Eccle-
sia omnia εὐοχὴ μόνῳ fieri, et meministis, quam
sedulus et acris sèpè hortator uobis ad ordinis,
modestiae,

modestie & uerecundiæ studium & amorem
suerit, hic ipse Præceptor noster, cuius exuicias
hodie terræ commendabimus, quarum commone-
factionum piarum recordati, nunc harum uirtu-
tum specimen edite in hoc ipsius funere, in quo
quam maximè uestri amoris & obseruantiae era-
ga tam pium Patrem euidentia signa & testi-
monia edere uos conuenit.

Iterum igitur uos propter Deum oramus, ut
locum conuenientem in funeris deductione con-
cedatis Dominis Baronibus, Hospitibus, Professo-
ribus omnium facultatum, Consulibus & Senato-
ribus, Magistris, Nobilibus, & alijs etate erudi-
tione & merito uenerandis uiris, ut illos mode-
stè & quietè sequamini quaterni uel quimi, &
in locis angustioribus non arctetis & adfigatis
imbecilliores. Hæc uos officia ipsi spontè cogi-
tare & præstare debebatis, etiam sine ullo moni-
tore, & illud Pauli dictum meminisse: Modestia
uestra nota fiat omnibus hominibus. Date 2. I.
die Aprilis, quo ante biennium etiam acerbissi-
mo cum luctu sepeliuimus Reuerendum senem,
pietate, eruditione ac meritis in Ecclesi-
am præstantem, D. Doctorem Io-
annem Bugenhagium Pome-
ranum, huius Ecclesie
Pastorem, 1560.

ORATIO HABIL
TA IN FVNERE
DOMINI PHILIPPI MELAN-
thonis, à Vita VVinsheimio artis
Medicæ Doctore, die uice-
sima prima Aprilis.

R Euerendi & clariſſimi uiri, doctrina, uir-
tute, & fide præstantes, patroni & colle-
gæ colendi, uosq; optimi auditores. Non est, ut
iam à me expectetis orationem studio aut medi-
tatione aliqua elaboratam, qualem hic locus &
argumenti dignitas requirebat, Neq; enim in tan-
to hoc publico luctu, & meo acerbissimo dolore,
ad dicendum afferre possum eam animi præsen-
tiam, & spiritus atq; hæc ipsa uox testis pietatis,
obseruantie, & gratitudinis nostræ erga pien-
tissimum & optimum Præceptorem, lacrimis et
mœrore impeditur atq; intercluditur.

Res uero ipsa, hoc est pietas, doctrina & uir-
tus reuerendi Præceptoris, de quibus hoc tem-
pore dicendum erat, non mediocrem dicendi fa-
cultatem, sed uim & flumen orationis uberri-
mum postulant, à quo me quam longissime ab-
esse sentio.

Audietis

Audietis igitur in præsentia non orationem uel huic loco, uel auribus uestris, uel magnitudini huius argumenti conuenientem, sed miseraruntum, concisas, & male cohærentes querelas, quales animi luctu & dolore perturbati temerè solent effundere, quibus ne uobis nimium molestus sim, moderabor ipse mihi, & breuiter tantum summa quædam capita rerum percurram, cetera, si uiuam, fortasse alio tempore paulò uberius tractaturus.

Etsi ut dixi, intelligo me & propter ingenij tenuitatem & orationis inopiam, huic argumen-
to pro dignitate tractando longè imparem esse,
tamen uel doctrina & uirtus huius uiri, uel
ipsius non tantum erga Germaniam nostram,
Sed totum Christianum orbem merita, & præcie
pue erga harum regionum Ecclesias & hanc
scholam, & seorsum erga me beneficia uocem
mihi exprimunt, ut his saltem lugubribus quere-
lis optimi præceptoris manibus parentem, quibus
& ingentia bona, que interitu huius uiri amittimus,
& Ecclesiarum scholæ, ac nostram orbi-
tatem deplorem.

Nam si & de pœnis diuinis, que cum tales
uiri ex hac uita euocantur imminent, & impen-
dentibus nobis miseris dicendum foret, magis eti-
am animo frangerer, & uelut sub immodico one-
re uictus succumberem.

De uita Reuerendi & optimi Praeceptoris,
pauca quedam, quātum per lacrimas potero, di-
cam, ubi ut res ipsa postulabit, etiam de doctri-
na ipsius aliqua erunt inserenda, Deinde & de
felici ipsius ex huius uite miserijs transitu, in
eternam sanctorum sedem, aliqua adiiciam.

Natus est Philippus Melanthon anno 1497.
die februarij 16. hora septima uestermata, in
oppido Bretta, quod pertinet ad ditionem Prim-
cipum Palatinarum Rheni, in domo & familia
honesta, Pater ipsius Georgius Schwartzerd na-
tus Heidelbergae, fuit Magister armorum apud
Principes Palatinos Philippum, & Rupertum,
Et propter eximiam prudentiam, artem, fidem,
ac uirtutem carus Maximiliano Imperatori &
multis Principibus atq; comitibus, fuit vir pius,
& penè usq; ad superstitionem religiosus, singu-
lis noctibus hora duodecima consuevit e lecto
surgere ad usitarum precum recitationem, Li-
beros & familiam magno studio & cura rege-
bat, & hoc unicè operam dabat, ut tota domus
piè & honestè uiueret. Deniq; ciuis erat Prim-
cipibus, Reipub. ac Patriæ utilis, Mater Barba-
ra Matrona fuit honestissima, singulari sapien-
tia & morum grauitate predata.

Ex talibus Parentibus natus, & ab his tam
sanctè educatus fuit Philippus, ut non sit mirum
in tantum

in tantum eum uirum postea euafisse. Verè enim
dictum est à ueteri Poëta,

Ευσεβέων παύδεοι τὸ λόγιον, δυνατεῖσθαι δ' οὐ.

Res fuit illis non tenuis, sed quæ propè medi-
ocritatem superaret, eam sustentabat, & augebat
præcipue Benedictio diuina, ipsorum sobria &
honesta frugalitas, & in agricultura industria
ac uigilantia.

Et uiuit adhuc superstes Philippo Georgius
frater in domo Paterna uir honestiss: ac præci-
pue autoritatis in Palatinatu. Patrem Philippus
amisit an: à nato Chriſto 1508. die 29. men-
sis septemb. ipse natus iam annos 12. Auum ma-
ternum, in quo fuit excellens & uerè senilis pru-
dentia, grauitas, et integritas, coniuncta cum au-
toritate summa, amisit ante Patrem diebus unde-
cim. Huic Patre occupato negotijs Principum,
præcipue educatio & institutio Philippi curæ
fuit. Quare cùm in eo admodum Puero eui-
denteriora quam pro ætate, rare atq; excellentis
indolis indicia inesse animaduerteret, quam pri-
mū per etatem literas discere potuit, eum in
Schola Patriæ publica erudiri curat.

Inde postea abductum propter contagij cu-
iudam metum, quo scholæ gubernatorem infe-
ctum esse compererat, domestico preceptorи
formandum traditis erat Iohannes Vngarus, qui
postea sub ingrauescentem ætatem uerbi diuini
concioz

concionator factus est in oppido Marchionatus Badensis, cui est nomen à porta Herciniæ, Vixitq; usq; ad annum à nato Christo ex Maria uirgine 1553. quo anno mortuus est. Conseruauit huius uiri memoriam Philippus donec uixit, singulare cum pietate & ueneratione.

Fuit eo tempore celebris schola in oppido Portæ Herciniæ, quam gubernauit Georgius Simlerus Vuimpensis, cuius integritas, uirtus, & in docenda iuuentute assiduitas ac fides, tum præ ceteris per eam Germaniæ oram prædicatoratur. In eam scholam Philippus missus, apud sororem Doctoris Iohannis Capnionis cognatam suam collocatur. Collegam habuit Simlerus quendam Iohannem Hillebrandum, qui præter publicorum in schola studiorum operas, priuata quedam cum quibusdam habuit exercitia, in lingua utraq; Latina & Græca. Hoc Magistro & Preceptore primum Philippus elementa Græcae linguae degustauit. Vtrunq; ut alterum Patrem coluit, & Simlerum postea Tubingæ publicè docentem audiuit.

Cum autem reuersus ex Gallia Capnio crebro in Patriam expaciaretur, iniuisendæ sororis causa, apud quam Philippus alebatur, considerare naturam pueri atq; ingenium & profectus explorare incipit, quæ omnia cum non probaret

ret tantum, sed admiraretur, quem dilexerat an-
tea propter cognitionis uinculum, eum propter
ingenij præstantiam etiam ut magnifaceret mo-
uetur, donatumq; libello Græcæ Grammatices,
Lexico, ut uocant, græco, & Bibliorum codice,
ad gnauiter ac strenue pergendum incitat, ad-
ditis exhortationibus & imposito in caput eius
Pileo purpureo, quo ipse cum Doctor fieret, or-
natus fuerat, talem futurum præagiens qualis
euasit. Bibliorum codicem & circumulit se-
cum perpetuo, & legit diligentissime, & hanc
legendi textus Biblici consuetudinem, quod sibi
adolescenti profuisse plurimum expertus esset,
cum retinuit ipse ad extremum usq;, tum nobis
uniuersis discipulis suis sœpè commendauit.

Biennium uersatus in ea schola, mittitur in
patriam Patris, nempe in publicam scholam
Heidelbergensem, ubi adolescens propter rari-
& mirandi ingenij præstantiam, morumq; suau-
itatem ac uenustatem, omnibus bonis & honestis
hominibus ualde carus fuit. Et conseruauit lo-
cus ille memoriam huius alumni sui Philippi cum
perpetua benevolentia usq; in hunc diem. Ludo-
vicus Comes à Löenstein ibi liberos suos illi eru-
diendos commendauit, & uixit in domo Docto-
ris Pallantis Theologi, cuius integritatem, uirtu-
tem, & sapientiam nobis sœpè prædicauit.

Intercessit

Intercessit illi Heidelbergæ singularis familiæ
aritas cum Petro Sturmio Argentoratensi fra-
tre Iacobi, cui tunc priuatus Preceptor erat
Vimphelingius, uir ut optimus & integerrimus,
ita eruditissimus. Triennium Heidelbergæ ui-
xit, partim ante, partim post mortem Patris, aucto-
rius ibi docentem Guntherum Rhetorem, &
cum Sorbillo quodam poëta, cuius uenam sœpe
laudabat, uixit familiariter, scripsit iam tunc
adolescens professoribus in ea schola orationes,
quæ publicè recitatæ sunt. Et linguarum studia
ac præcipue scribendi exercitium soluta oratio-
ne & uersu excitauit.

Agitabantur eo tempore in scholis questiones,
que habebantur uel Gordio nodo difficultius ex-
plicabiles, de propositionibus modalibus, item de
uniuersalib. realibus, multum hærixarum inter
disputantes pariebant, de his n. inter se iugiter
digladiabantur, hos nodos ipse dissoluit, & cer-
tamina hæc cum magna omniū admiratione su-
stulit, conscripsit tunc & rudimenta Græcæ lin-
guæ, que postea in publicum edita sunt. Primum
scholasticum gradum, cui à Laurea nomen est,
assumit, cū natus iam esset annos quatuordecim,
Nempe anno à nato ex uirgine Christo 1511.

Inde cū propter cœli grauitatem quotannis
sub autumnum cum febre conflictaretur, mater
periculum metuens, Tubingam ipsum transfert,

ibi

Ibi rectius ualuit, et totum sexennium uixit, pri-
uatim ac publicè cum magna laude et admiracione docuit, et scripta quædam seu primos fo-
tus, ex quibus satis apparuit, qui prouentus in
posterum expectandi forent, in lucem edidit. Au-
diuit ibi et iureconsultos ex quibus illo tempo-
re celebres fuerunt Lamparterus, Ebingerus et
alij, Lamparterum præcipue laudabat. Audiuit
item Theologos, de quorum ineptis et inutilibus
disputationibus in rebus grauiissimis dicere, et
multa ridicula ipsorum deliramenta commemo-
rare solebat.

De Monacho quodam concionatore eius lo-
ci narrare solebat, quod pro concione, omissa
Euangeliorum doctrina, Ethica Aristotelis ex-
plicasset non paruo audientium studio, qui cupi-
dus Aristotelica cognouissent, quam fabulas ani-
les, quibus implere templa illius barbaricæ su-
perstitionis temporibus usitatum fuit, Christi
mentione prorsus neglecta. Et haec recitans sœpe
deplorabat cœcitatem et infelicitatem illius se-
culi.

Præfuit et Typographicæ officinæ Ansheli
mi aliquandiu, Excudebatur tunc illud grande
historicum uolumen Naucleri, in quo multa quæ
corrupta erant, ipse emendauit, mutila multa com-
pleuit, confusanea in ordinem redegit, obscuris
lucem reddidit, superuacanea præcidit, effecit q;

ut is liber, qui antea erat farrago uerius, quam
integrum historie corpus, postea à multis et ad-
peteretur, et magna cum utilitate legeretur.

Hoc sexennio crebro et multum fuit cum
Capnione, Feruebat tunc certamen, quod Capnio-
ni erat, cum hominibus improbisimis et impo-
tunissimis, nempe cum Monachis et Monachos-
rum propugnatoribus sophistis, cuius certaminis
causae et uarij euentus referuntur a Philippo in
oratione qua extat, continens historiam uite
Capnionis. Cum his Catharmatis uir optimus con-
flictabatur, et quidem crudeliter ac duriter ab
illis exercebatur, qui in ea conflictatione multa
scripsit, que partim Roman, partim ad Impera-
torem missa sunt, ex his pleraq; Philippus ipse
sua manu descriptis. Cumq; Capnion subinde
ex Stukgardia Tubingam ueniret, solebat apud
Philippum diuertere in illo scholastico diuerso-
riolo, et una cum eo in collegio cibum capiebat.
Stofflerum Mathematicum in Tubingeni scho-
la sedulo audiuit, quem et in primis laudare
solebat, Auduit tunc et Poëtam Bebelium, et
iam tunc ea erat ipsius autoritas, ut omnium o-
culi in eum coniecti essent.

Princeps autem Saxoniæ Elector Fridericus,
cuius sapientia celebratur, cum ante annos non
multos magno studio hanc Academiam condi-
disset, et undecunq; uiros doctos, quibus eam in-
struere

struere & exornare posset, conquereret, hac in
re usus est consilio Capnionis in conuentu imperij
Augustano, Anno à nato Christo 1518. Com-
mendat Capnio Principi Friderico Philippum
tunc iuuenem adhuc, qui ipsum statim assumptum
huc misit, ut Græcam linguam hic doceret. Quæ
tenebræ tunc hic fuerint, non iam dicam, sed in-
tra paucos annos Philippus eam lucem non tan-
tum linguarum, sed & cæterarum optimarum
disciplinarum hic extulit, ut unius huius uiri in-
genio & opera hæc schola facile cæteras in
Germania Academias celebritate superaret.

Et quam id initio difficile fuerit, facile existi-
mari potest, cum omnia foeda Barbarie ceu den-
sa caligine obruta iaceret, multi autem in illo Bar-
barico cœno sepulti, ita ut sit, et si propter Prin-
cipis autoritatem palam aduersari minus aude-
rent, tamen clam uel contemnerent, uel obtrecta-
rent, Deessent præterea exempla Græca, & of-
ficinarum Typographicarum ministerium, non
leue ad excitanda studia admiculum.

Memini ipse, cum ferè biennium hic fuis-
sem, & Philippicas Demosthenis optimus Præ-
ceptor nobis publicè enarraret, anno ab hinc
trigesimo sexto, auditores illi eramus numero
tantum quatuor, propter exemplorum inopiam,
describere enim cogebamur, & unicum tantum

H erat

erat exemplum Praeceptoris, unde describeremus, tamen ex his difficultatibus omnibus eluctatus est incredibili patientia, cum etiam uigilijs eo tempore affligeretur, & ualetudine minus commoda uteretur. Vidi Epistolam à Principe Electore Friderico tunc ad eum scriptam, qua ipsum hortatur, ut ualetudini parcat, nec nimio se labore conficiat, & ex cella sua commodum potum illi offert, citabat in ea Epistola optimus Princeps dictum Pauli Apostoli. Honorem habendum esse corpori. Et, si cætera dicta Pauli uera esse credis, inquit, & hoc uerum esse, atq; illi obediendum crede.

Cum autem ante ipsum huc uenisset, D. Martinus Lutherus, qui hic sacram Theologiam docebat, & crebro disputabat, facile contraxit eos, ita ut sit, mutua uirtutis & ingeniorum admiratio. Philippus in Luthero animi magnitudinem penè plus quam humanam, ingenij acumen, in iudicando inimitabilem σοχασμόν, in explicandis controuersijs doctrinæ dexteritatem summam, et alia dona diuina, supra communem hominum captum (ut erat talium donorum Dei non segnis aestimator) considerans, cepit eum ut uirum singularē & heroicū, per quem D E V S res maximas efficere in animo haberet, admirari, colere, et magnificare. Sicq; ipsum non tantum coluit uiuentem, sed & post mortem, donec ipse nixit.

Lutbe-

Lutherus uiciſſim eadem dona D'E I in Phi-
lippo tanquam suam in ſpeculo imaginem con-
templans, & quantam lucem linguarum atq; ar-
tium tūm dicendi, tūm cæterarum cognitio do-
ctrinæ ſacré afferret, expendens, præterea &
ingenij ſuauitatem, atq; illas leniores & mansue-
tiores uirtutes in Philippo conſiderans, ut &
ipſe non rudiſ talium donorum Dei estimator,
magno ueroq; amore iſum amplecti cepit. Cūm
ſuper hæc omnia hoc etiam in eo in eſſe animada
uerteret, quod Philippus diſſoluta in ſuum ordi-
nem contrahere, conuafa recte diſtribuere, incer-
tis locum & quaſi ius ſuum reſtituere, ambiguis
proprietaṭem, obſcuris deſiniendo & explicando
lucem prebere poſſet, Et breuiter quod ipſe ſi-
gulare & rarum quoddam organum eſſet, per
quod Deus aliquid mirandum eſſet effecturus.

Coniunxit igitur Deus hec duo organa ſua,
atq; hos duos uiros tantos, mirabili quoddam
temperamento: ut cum Lutherus Erasmo Rote-
rodamo & alijs quibusdam medicus morborum
Ecclesiæ immittior uideretur, Philippus uero
eundem curſum urgens, nec ab eo deflectens le-
nior ac mitior haberetur, tali ſuauitatem & medi-
cationis Deo, ſicut uideatur, libuit uti, in hac ex-
trema Ecclesiæ ſenescētis ægritudine, que iam,
ut ille de ſenescēte Rep: ſua dixit, neq; morbos
ſuos facile, nec remedia ferre potheſt.

H 2

Cūm

Cum igitur animis & sententijs iam essent
coniunctissimi Lutherus & Philippus, evenit ut
Eccius Theologus per precipuas Academias Ger-
maniae penè omnes circumuagaretur, & ubiq;
themata sua, quibus sedem pontificiam, et eorum
temporum horrendos errores tuebatur, dispu-
tando spargeret ac defendere, et ininde
sua & triumphos Thrasonico more decantaret.
Is tandem & Lipsiam uenit anno 1519. cum
quo Lutherus ut congrederetur Lipsiam uoca-
tus fuit, qui secum adduxit et Achaten suum Phi-
lippum, cum propter eam, que inter ipsos erat,
coniunctionem, tum & propter linguarum cog-
nitionem, ex quibus tanquam ex ipsis fontibus
de testimonij scripture & antiquitatis, certa di-
judicatio fieri posset, & nauauit tunc Philippus
in illa disputatione eam operam Luthero, atq;
ita interpellauit ac refutauit Eccium, ut ille sicut
erat impatiens, tandem in haec uerba prorumpe-
ret: Tace tu Philippe, ac tua studia cura, ne me
perturba. Præsagijs tunc Eccio credo animus,
qualem illum aduersarium aliquando esset habi-
turus.

Rediere ab illo congressu nostri, ac inter eos
amor & sancta concordia in dies singulos ma-
gis magisq; coaluit. Fuit tunc id tempus, quo se
furor aduersariorum nostrorum usque adeò ef-
fundebat, ut ne quidem furtis suis, & imposturis
placide

placide contenti esse, aut quiescere possent, Sed ea insuper pro summa pietate, sanctimonia, & iusticia adorari postularent. Accidit ergo, ut Lutherus penè inuitus ad contradicendum manifestis illorum blasphemis compelleretur, adfuit illi fidus ubiq; & assiduus ΠΑΣΑΤΑΣ Philippus, Atq; ita ambo, ut sit post consertum prælium in medium astum certaminis pertrahuntur. Hoc tempore multa moliti sunt aduersarij, nostros ut euerterent, id quod scripta & acta eorum testantur. Adiungunt et nostris aliqui se, qui ΠΑΣΑΤΑΣ quædam mouent, sicut sit rebus motis & perturbatis. Hoc loco in quas difficultates, & que certamina Reuerendus Dominus Præceptor inciderit commemorare possem, sed in aliud tempus ista reseruo. Etsi hoc quidem scio, & uerè affirmare ipsum possum, multas sanè horridas sententias, ne quid tristius dicam, ipsum tunc aliquibus cum multa lenitate & mansuetudine è manibus extorsisse, Quale hoc est, homini Christiano non licere litigare in iudicio, aut Magistratus Politici cognitione uel subsidio uti: Ius Mosaicum in forum esse reuocandum, neq; ullis legibus utendum Christianis. Non ista Lutheri culpa mouebantur, Sed fiebat id, quod in talibus mutationibus & medicationibus accidere solet: bona enim sèpè cum malis eradicantur, & sana cum morbosis ejciuntur. Nota adhuc mihi &

quasi in conspectu sunt eius etatis haec et alia certamina, que sustinuit, et sepè de his querelas suas, Dominus Praeceptor apud me depositus. Sed ut formicæ certum et unum iter terunt, ita ille unum cursum urgebat semper, simplicem ueritatem, eamq; illibatam ut tueretur, illum cursum tenuit, eamq; metam secutus est, donec uixit, nec ab ea ullis se contumelijs aut iniurijs dimoueri passus est. Et D E V M immortalem, quæ interea ignita tela Satane, quas insidias falsorum fratrum, quam tetram et abominabilem huius seculi Sophisticam, quæ mendacia, quas contumelias tanta cum patientia, ac penè sine sensu sustinuit, quasi ad omnia haec iam pridem occalluisse. Nos uero cum impatientia nostra moti, et illius uicem dolentes, interdum ei hortatores et instigatores essemus, ut respondendo et mendacia refellendo, Zoilis illis aliquando tandem ora obstrueret, Respondet ille, doctrinam suam et scripta nota esse, nihil alia response aut refutatione opus esse. Interea suum iter, ut dixi, uegebatur, cum Pontificijs doctrinæ nostræ hostibus sua in statione acerrime depugnabat.

Edidit scripta plurima utilissima et ualde necessaria, que hic singula, recensere longum foret, sed fiet et hoc, Deo auxiliante, alio tempore, Sunt autem ex his quædam *Syntagma*, quibus

bus precipui libri sacri luculenta interpretatio-
ne explicantur, ut commentarij in Danielem, Io-
hannem Euangelistam, Epistolas Pauli, et alios
libros sacros, quibus non scio quid exactius aut
magis perspicuum esse possit, Conferant hæc cum
ueteribus, qui uolent, et me uerum testem esse
fatebuntur. Pugnat et cum hostibus ueritatis
ubiq; ut dixi, acerrime, et illis quidem iugu-
lum premit, et si minus fortasse tumultuatur,
quam aliqui uellent, Postremo ut alia omittam,
summam doctrinæ Ecclesiarum nostrarum com-
modissimo et eruditissimo compendio comple-
xus est in duplice Ἑγομόνῳ Augustana, et
illa, quæ superioris repetitio est, edita an: 1551.
His accedit plena et exactissima explicatio dog-
matum singulorum comprehensa libro, cui titu-
lus est, Loci communes, Quem librum cum uidis-
set Lutherus ausus fuit dicere, non dubitare se,
quoniam uel unū hunc librū Philippi omnib. senten-
tiarijs, et scholasticis scriptis anteferret. Atq; ut
rūpant se inuidi, qui postea uiro tanto obtrectare
ceperunt, proserre neq; ex ueterum nec recenti-
orum scriptis, neq; etiam suo ex Theatro quid-
quā possunt, cum hoc scripto, quod sit conferen-
dum, Et si non nimis iniqui sunt æstimatores ali-
eni laboris, dicant illi nobis, nisi utranque Con-
fessionem Philippi et Locos communes habe-
rent, quod nam corpus integrum, aut quam sum-

mam huius doctrinæ essent habituri? Non iam dicam de illius utilissimis scriptis in alijs disciplinis, Quod compendium Dialectices, quod Rhetorices, quod doctrinæ moralis, quod deniq; Physices aut doctrinæ de anima commodius, lusculentius, aut exactius habemus, quam ea quæ ipse nobis reliquit? Deniq; quantum in omnibus his disciplinis caliginis & tenebrarum fuit, antequam ipse his lucem præbuit? Consumebatur tota uita in sola Dialectica Aristotelis descendit, neq; ad eam quantumuis longa sufficiebat, de cæteris ut breuitatis causa iā taceam. Hæc autem laboriosissima & fidelissima apicula peruolauit per uniuersos doctrinarum campos, atq; inde ex uarijs scriptorum flosculis lectissimum & dulcisissimum succum nobis in fauos congesit, iuxta ueteris poëtæ sententiam:

Floriferis ut apes in saltibus omnia libant,
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta,
Aurea perpetua semper dignissima uita.

Nūc ea uiciissim est nostra gratitudo, libenter quidem his donis Dei fruimur. Sed postea his obfaturati, rabiosis dentibus in tantorum beneficiorum autorem ferimus. Et quod de ingratisimis hospitibus à Plauto dicitur, Vituperamus & comedimus tamen. De scriptis huius uiri, deq; in gratitudine

gratitudine hominum pro his, alio tempore pleni-
nus D E O iuuante, nam haec temporis breuitas
ad alia me uocat. Scripta tamen indicant inge-
nium quale fuerit, qui labores, quod studium be-
ne merendi de toto genere humano, quem ipsius
cursus utinam non sèpè interrupissent certami-
na & miseriæ nostrorum temporum. In quibus
ad perferendos labores molestissimos, iniurias
insuper & contumelias, animo semper inuicto et
patientissimo fuit: Nemo illum unquam, qua-
tumuis importunus, de gradu suo deturbare ua-
luit, quin ueritatem & eam unam quereret ac
propugnaret. In iudicando rectus, in pronunci-
ando cautus, ac circumspectus, in communicando
omnium facilimus & fideliſſimus. Sed hoc ipsius
summum & pientiſſimum studium sèpè inter-
pellarunt labores importuni & odiosi. Quoties
ad conuentus & Theologorum congressus auo-
catus fuit, quos ibi labores, quas miserias sustinu-
it? cùm non tantum rabiosis aduersariorum
morsibus expositus esset, sed & domesticorum
ratiōēs & maliās ferre cogeretur.

In conuentu Augustano, anno millesimo quin-
gentesimo trigesimo, cùm nostra confessio ab illo
Scripta esset, que ut tunc in Regum & Princi-
pum confessu inuicta mansit, Ita Deo & Domino
nostro I E S V C H R I S T O defensore mane-

bit in eternum, etiam contra portas inferorum,
quemadmodum tunc magno animo D. Pontanus
coram Imperatore & Principibus dixit. Hæc
inquam confessio cum à nostris exhibita esset Im-
peratori atq; totius Imperij ordinibus, fremue-
runt Pontificij, & in primis Campegius, atq; in
aula Imperatoris aliqui non insimi, qui impera-
torem uel tot regna in discrimen coniucere pa-
ratum esse dicere, potius quam ista ferret.
Postridie cum totum o'wēd'piop congregatum
esset, accersitur Philippus, qui animo infracto
ad eos ingreditur, uidit ibi se circumseptum il-
lo Gyro dentium Satane, & ut Ionas Propheta
solus intra costas belue marine quassatur, Instat
Campegius, & horrenda fulmina iratiissimi ac
seuiissimi Louis sui uibrat, cæteri tot regnum
potentiam & uires contra istum, heu miserum
& exiguum imbecillium C H R I S T I ouicula-
rum gregem, minaciter intentant. Poterat ibi
etiam uir fortis & constans commoueri. Inter-
rogatus igitur Philippus, num cedere uellet, re-
spondet, Cedere non possumus, nec ueritatem de-
ferere, Oramus autem propter D E V M &
C H R I S T U M, ut aduersarij nobis ignoscant,
& si possunt, nobiscum dispensent, id est, conce-
dant nobis ea quæ bona conscientia relinquere
non possumus. Contra quam uocem auditam
reclamat Campegius, Non possum, non possum,
claus

clave non errante. Ad quod tonitruum Philip-
pus, et si stabat uelut in medio Leonum, Luporum,
atq; Vrsorum, qui ipsum impunè uel in minutis
particulas discerpere potuissent, tamen ingentem
animum angusto in corpore uersans, fortissimè
respondit, Deo, inquit, & causam & nos com-
mittimus, Si DEVS pro nobis, quis contra nos?
Deniq; quidquid erit, superanda omnis fortuna
ferendo est, Addidit & hoc, habemus iam in no-
stris regionibus tot miserorum Parochorum &
ministrorum Ecclesiarum coniuges & liberos,
qui uel quadraginta millium numerum superant,
tot animas deserere non possumus, faciemus igit
tur, quod poterimus, à Filio Dei, cuius hæc causa
est, auxilium petemus, nostro in loco & statione
quoscunq; labores & difficultates perferemus,
etiam pugnabimus, si necesse erit, & moriemur,
si Deus ita uoluerit, potius quam ut tot animæ à
nobis prodantur. Hi sermones, & eo in loco
dicti, num pusillum aut languentem animum in-
dicare uidentur, quem illi maleuoli falso tribu-
unt? Sustinuit similia certamina aliquoties in
talibus congressibus, & nunquam tamen animo
succubuit. Longum uero foret omnia hæc in
præsentia commemorare.

De uno adhuc congressu, qui inter nostros
fuit, pauca quedam dicam, & ueniam mihi dari
peto repetendi nunc de homine carissimo morte
crepto,

erepto, ea, quæ ipse uiuus nobis dulcissimo sermo-
ne referre solebat. Erat iussu Principum Tors-
gæ in domo Parochi, instituta inter Doctores
nostrarum Ecclesiarum primarios deliberatio
difficilima, Aduersarij enim tunc penè iugulo
nostro ferrum admouebant, & superior potestas
pacem, quam toties nostri supplices petiuerant
in libra aurificis, ut quidam præstans et magnus
uir dixit, nobis admetiebatur, Nostrisq; Princi-
pes, & qui docebant non leui de causa commo-
uebantur, Quapropter D. Martinus & alij
quidam docentes, Torgam conuocabantur, ubi
tunc aula erat, ut in medium consulterent, quid fi-
eri, uel non fieri posset. Existimant iam illi
Heroes, qui nunc in tuto feroce sunt, qui tunc
Agon constitutus fuerit, Nam ut de minis tace-
am, conatus certè & molitiones aduersariorum
eiusmodi erant, eaq; pericula nobis impendes-
bant, que nemo sanus facile contemnere posset.
Contra que et si Principes animo uiderentur ma-
gno atq; infracto esse, tamen quia ad multos pe-
riculum pertinebat, qui non pariter omnes ani-
mosi erant, & magna uastitas imminere uideba-
tur, paucis docentibus, qui aderant, ualde diffici-
lis consultatio proposita erat. Sedet igitur pau-
per & paucorum Senatus, à solo Deo auxilium
orans, sperans, & expectans, tandem post preces
& satis longum colloquium, Philippus defatiga-

tus & moestus surgit, erat enim paulum euocatus nuncio quodam interpellante, quo dimisso in reditu ingreditur conclave, in quo una erant miseræ mulierculæ, Parochi & duorum Diaconorum coniuges ac paruuli liberi, quorum alij iam mammam sugebant, alij à matribus preces recitantes audiebantur, Adstat & audit Philippus cum admiratione & magna delectatione, sicut solebat, puerorum balbutientes preces, memor dicti: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, Et quod præcipue ipsum mouebat, uidet ex Diaconorum uxoribus unam lactantem filiolum, & simul pastimacam in prandium matri incidentem, atq; audientem alterum parvulum recitantem usitatas preces & invocantem Deum, Exclamat, ô tres sanctos & Deo gratos labores. Ab hoc spectaculo confirmatus animo, ac iam latus atq; alacris in senatum redit hilari uultu, Excipit eum Lutherus, Quid tibi Philippe accidit, inquit, quod ita hilaris ad nos redis, qui paulò ante tristior hinc exibas, respondet illi, ne simus animo pusillo, Domini, iam enim uidi eos qui pro nobis pugnaturi sunt, qui nos defendent, quiq; contra uim omnem invicti erunt & manebunt, Querit Lutherus, quinam sunt hi tam fortes duces, ac milites, Parochorum nostrorum & Diaconorum uxores, inquit Philippus, & paruuli liberi, quorum preces iam audiui,

diui, quas D E V S non est surdis duribus audi-
turus. Neq; eas adhuc neglexit optimus Pater
Domini nostri I E S V C H R I S T I, nec por-
rò, ut speramus, negliget. Exceptus hic sermo
est, ut felix & faustum omen, & iam animis ma-
gis confirmati, statuunt id quod pios & constan-
tes uerbi diuini Doctores decebat, & illud ipso-
rum consilium, beneficio Dei salutare fuit Eccles-
ijs, & afflictionem, quæ imminebat, D E V S
clementer leniit. Possem alia multa commemo-
rare, que ostendunt etiam uiuo Luthero, Philip-
pum nostris neutiquam metuendi autorem, sed
ad fiduciam in C H R I S T O & constantiam
semper hortatorem fuisse.

Verum, cum idem loquuntur omnia ipsius
scripta, fortasse superuacaneum uideatur his im-
morari. Quod autem lenior natura & placi-
dior fuit, nec quantum aliqui uellent tumultua-
tus est, cum tamen eundem cursum, constantissime
urgeret, id laudi potius quam uicio tribuent ho-
mines modesti, & de illo quidem nostrorum
congressu hec dixisse satis fit.

Porro in conuentu Ratisbonensi qui habitus
est anno à nato ex uirgine Christo 1541. tan-
tos labores pertulit Philippus, quantos uix de-
cem alios robustissimo corpore perferre posse
crederem, ut omnes mirarentur, quomodo hoc
tām debile corpusculum tanto oneri sufficere
posset,

posset, & quid in eo conuentu effectum sit, no-
runt & agnoscant boni ac pii.

Ex his congressibus, domum, & ad scholasti-
cos, eosq; sibi, ut ferebat, dulcissimos labores re-
uersus, in illis quoq; multipliciter interturbaba-
tur, tamen tantum erat in eo omnibus benefacien-
di studium, ut nihil molestiae patientia non uin-
ceret, huic uersus uel Epistolam, alteri oratio-
nem, tertio prælectionem aut concionem scribe-
bat uel emendabat. De aulicis enim occupationi-
bus & Ecclesiarum gubernatione iam non di-
cam, His tantis tanquam multis rebus, cum disti-
neretur, non tamen ille doctrinæ studium, non se-
rias meditationes & scriptiones, non explicati-
onem grauißimorum dogmatum omittebat. Lu-
thero assiduus adiutor fuit, cum in alijs labori-
bus, tum et in sacrorum Bibliorum translatione,
que magno aliquot annorum labore instructa et
perfecta est. Fuitq; inter eos, dum uixit Lutherus,
coniunctio plus quam fraterna, ipse n. Lutherum
reuerebatur, & ab ipso uicissim serio atq; ar-
denter diligebatur, fuerunt quidem inter eos, ut
sit inter homines doctos ueritatem inquirentes,
aliquando inter disputandum disceptationes que-
dam, seria dissensio, quod certo scio, nunquam fu-
it. Et quantum ipsum amarit Lutherus inde aeti-
mari potest, Cum Philippus Vuimariae in mor-
bum periculosum incidisset, quo intra paucos
dies

dies ita consumebatur, ut iam omnes de uita ipsius
desperarent, Accersitur principis iussu Lutherus,
qui quanta potuit celeritate dies & noctes iter
faciens, ad eum uenit: cùmq; ita ad extreum at-
tenuatum uideret, ut præter uocem, eamq; ualde
exilem, nullum uitæ indicium amplius reliqui es-
set, cum gemitu & lacrimis exclamat, heu quam
preciosum, & Ecclesiæ utile organum diuinum,
quam misere nobis est affectum, & penè interist.
Cùmq; ipsum tantum salutasset, statim in genua
procumbens, orare cepit. Scimus autem quam
seria & ardens fuerit Lutheri precatio, qua &
tunc Philippus quasi è media morte reuocatus
credebatur.

Tandem cùm Lutherus cursum suum iam
confecisset, & D E V S ipsum ex hac mortali ui-
tu in illam cœlestem scholam euocasset, uidimus
qua pietate interitum tulerit Philippus, quibus
beneficijs uiduam relictam et liberos Lutheri cu-
mulauerit, Neq; quidquam post Lutheri interi-
tum, uel doctrina uel ceremonijs mutatum est. Sed
statim secutum est illud tristissimum bellum, si id
secum, sicut fit, aliquid attraxit, non id Philippo
imputandum est, sed potius temporum asperitatis.
Et si in schola & Ecclesijs, ut dixi, beneficio Dei,
doctrina uel ceremoniarum mutationem nullam
uidimus. Excitata deinde sunt, instigante Diabolo,
dissidia & certamina inter docentes, que qui mo-
uerunt,

uerunt, quām graues & necessariis causas habuerint ipsi uiderint, et nos nihil aliud illis precamur à Deo, quām ut serio sentiant, quid fecerint, quod ista horribili distractione Ecclesias lacerarunt, & intam multis piorum ac bonorum hominum cordibus spiritum sanctum perturbarunt. Cogitent aliquando hanc seueram Christi redemptoris uocem, qui tolerabilius esse ait in imo mari submergi, quām saltem unum de paruolorum grege offendere.

Est autem in his certaminibus Philippus præter meritum suum inclementer acceptus ab illis præcipue, quos ipse cuexit, summa peccati hæc est, quod leniorem post bellum & non satis tumultuosum fuisse dicunt. Quodq; consultationibus intersuit, in quibus utrum aliquid aduersarijs concedi posset, quæsitum est.

In his quæ fuerit eius constans & perpetua sententia satis exponitur in libro nostrorum de actis synodicis, & testatur repetita post eis consultationes confessio nostra, alijsq; libri eandem doctrinam continent, quibus facile placari possent, si sanabiles essent. Qua uero lenitate & animi tolerantia illorum importunos clamores, iniurias, & contumelias tulerit, & qua interea fide atq; assiduitate ueritatis doctrinam propagare perrexerit, omnes nouimus, Hoc autem consilio tacuit & ita se proscindi passus est, quia præcidere uoluit

luit occasiones maiorum certaminum non neceſſariorum. Vicit ergo illos, ut nouo, ita pulcerri-
mo genere uictorie, nempe silentio & patientia,
iuxta dictum. In silentio & spe fortitudo uestra.
Sed de his controuersijs cum scripta et apologiae
nostrorum uulgò extent, quibus sibi satisfieri pa-
tientur, si qui sunt sanabiles, superuacaneū uide-
tur in præsentia plura uerba facere, Ad priora
itaq; redeo. Mutationem, ut dixi, in schola & Ec-
clesijs, nullam uidimus, neq; aliter docuit Philip-
pus post bellum quam ante bellum, sicut aliqui de
eo falso uociferantur, quibus fortasse alio tem-
pore plenius respondebitur: Hæc enim tempo-
ris angustia nos ad alia auocat. De scriptis ipſi-
us & doctrina, deq; perpetuo instituto & cursu
uitæ, quantum in hac animi mei perturbatione,
& temporis breuitate fieri potuit, dictum iam à
me est. Nos enim, qui iam per annos multos cum
hoc uiro uersati sumus, hoc certo scimus, cum
omnes cogitationes, consilia, labores, & studia
sua tantum direxisse ad ueræ, certæ et perspicue
doctrinæ propagationem, ad gloriam Christi filij
Dei illustrandam, deniq; ad Ecclesiastū & quam
plurimorum hominum salutem, hæc illi constans
& perpetua intentio, hic solus scopus fuit.

Ab ambitione quam longissime absuit, hono-
rem & opes non curauit, nec quæſiuit, quod hæc
misera ruderā rei familiaris satis testatur, Dele-
tabatur

Etabatur hoc dicto Achillis, quod est apud Philos
stratum, Εὐόρεσο τὸ ὠλεῖον τὸ ἐπτῶμ, γρῆμα
σι δὲ πλεονεκτίων βολόνθι, id est, mea
sit laborum pars maior, pecunia autem abun-
det, qui uoleat. Scimus quām ample conditiones
illi sēpē oblatæ fuerint, non ut à nobis deficeret
(quod quidam propria malicia, sicut Iscariotes
ille, & multō leuiore compendio moti fecerunt)
sed ut tantū in quibusdam doctrinæ partibus
mitius ageret. Sic enim dicebant, cedēret quæ-
dam, quæ non magni momenti esse uiderentur,
nec fineret ob ista leuia concordiam Ecclesiæ
dissolui. Ad quæ respondit ille, scire se etiam o-
lim Arianos ab Homousianis eodem modo postu-
lasse, ne propter duo uerba Ecclesiam lacerari
finerent, illos tamen non concessisse, se quoq; nihil
illis largiri aut concedere posse. Hæc dogmata
oportere pura conseruari, & refutari, & resu-
tationem tam tetrorum errorum necessariam es-
se. Sicut illis tunc respondit, ita perpetuam eius
& constantem sententiam fuisse, ipsius scripta te-
stantur, & norunt omnes, quibus proprius notus
fuit.

Nunc uenio ad mores & uitam interiorem,
in quibus nihil asperum fuit, sed summa lenitas
& mansuetudo. Nam bilem, qua corpus in iuuen-
tute affici poterat, meditatione & patientia
mansuefecerat, Sæpē enim hoc Sophocleum in

ore habebat, s^ep^r yep γάρ οὐ ταθαὶ μεχθλί^τ χρήσιμον
εἰς εἰωρό μακρός διδέσκει, ηγέρη τὸ γλυκύτερον
οπτίτορ, In familiari cōnictu et colloquio omnibus nobis suauitas illius, ut notissima, ita iucundissima fuit. De alijs non dicam, ego quidem lacrimo, quoties cogito, quæ mea futura sit in hac misera senectute illo amissō solitudo : Οἰλοσοργίαν non scio, an in ullo homine maiorem uiderim, tanet^ε & tām uero amore coniugem, liberos, nepotes & neptes complectebatur, Hæc me uera dicere omnes nouistis. Beneficentia uero, atq; etiam, ut in illa tenuitate rei familiaris erga omnes munificencia penè maior fuit, quam ipsius res ferre posset, nemo ab illo beneficium aut eleemosynam frustra petebat, neq; ulli quantumvis importuno petitori p̄aeclusa erat ipsius benignitas. Rem familiarem tenuem & attritā reliquit, sed locupletissimum Patrimonium liberis est bona fama parentū, et Deus heredibus ipsius etiam benedicet.

Viribus corporis imbecillibus fuit & ualeutudine tenui inde usq; à pueritia, sed temperantia, sobrietate ac optimo uiuendi ordine, ita corpus alioqui debile roborauit, ut maximis etiam laborebus sufficeret. Animaduertimus tamen post coniugis interitum in dies singulos magis attenuatum ac debilitatum fuisse.

Animo ad mortem semper fuit æquissimo inde usque à iuuentute, hoc autem proximo biennio etiam

etiam cupidus moriendi, quæ causa fuerit facile
existimari potest, tædebat eum iam petulantia,
Sycophantiarum, & malicie hominum huius no-
stræ ætatis.

Vltimus autem actus testis est certissimus de
tota eius superiore uita, animo, & consilijs omni-
bus, atq; ostendit, quod nihil unquam spectauerit
aut quæsuerit aliud, quam gloriam Christi &
Ecclesiæ salutem, tempus enim & hora mortis
non fert hypocrisim, Quoties his annis, & preci-
pue proximis mensibus ante mortem, cum gemitu
& lacrimis deplorauit Ecclesiarum nostrarum
distractionem, quam ardentibus uotis & precibus
à Deo petiuit, ut ipse inter docentes concordiam
sanciret, & hec mala sanaret? Hæc una cura
illi semper in ore & corde erat.

Et de sermonibus ipsius ante mortem multa
dicere possem, si haec temporis angustia pateretur,
Præsagij enim ipse sibi instare diem migrationis,
michiq; paulò ante mortem dixit, Nescio quid mihi
feret coniunctio Martis & Saturni, quæ erit de-
cima quinta die huius mensis, Cumq; febre corre-
ptus esset, & ego corpusculum iam antè penè ad
extremum attenuatum considerarem, atq; cum
gemitu dicerem, Quomodo feret hoc corpus fe-
brem paulò longiorem, subridens respondit mihi,
cupio dissolui & esse cum Christo.

Dixit et pridie quam moreretur ad generum,

Non morbo moueor, neq; ulla est solicitude, que
animum meum angit aut perturbat, Vna cura
est, una solicitude, ut Ecclesiæ sint in Christo Ie-
su concordes, Hinc satis adparet, quæ fuerint
eius perpetuae cogitationes, & quid semper ani-
mo propositum habuerit, Dixit et eodem die, Si
me D E V S iam euocauerit ex hac uita, libe-
rabor ab inimicis plenis odio, Sophistica, et men-
dacijs, hoc monstroso anno naturæ. Sæpè ante
mortem iterauit hanc precationem Redemptoris,
quæ est in Iohanne, Sint unum in nobis, sicut et
nos unum sumus, Sæpè et hoc dictum Pauli Apo-
stoli, quod est in priore ad Corinth: Christus fa-
ctus est nobis sapientia à D E O, iusticia, sancti-
ficatio, & redemptio. Edidit alias multas ante
mortem sanctissimas uoces, quæ fuerunt testimo-
nia pietatis ipsius, neq; hic referri omnes pos-
sunt, Paulò autem antequam exhalaret animam,
cum à Domino Pastore recitarentur uerba, quæ
sunt in Euangelio Iohannis: Dedit eis potesta-
tem, ut filij Dei fiant, qui credunt in nomine
eius. Sublatis oculis et manibus dixit, Hoc dictum
animo meo semper obuersatur: O te felicem,
Preceptor, qui in hac hora hanc firmissimam sa-
lutis Anchoram prehendere potuisti, Deniq; assi-
due donec spirare potuit, iterauit hanc precati-
onem: Deus misericere mei per Christum filium
tuum, & sensibus integerrimis fuit, usq; ad ulti-
mum

mum uitæ articulum, Nam hæc fuit eius postrema uox, qua testatus est se audire & intelligere ea, quæ a nobis ex sacra Scriptura recitabantur. Resolutus itaq; paulatim penè sine sensu mortis tandem spirare desijt, & quasi obsoitus iacuit, neque ulla in facie apparuit deformatio, aut lineamentorum mutatio, sicut in morte fieri solet. Felix ipse, quem post talem confessionem & tam multiplicem invocationem D E V S ita placido & tranquillo transitu ex hac misera & erumpnosa uita ad æternam felicitatem transtulit. Nobis autem, suisq; omnibus & harum regiomnum Ecclesijs, atq; huic scholæ tristissimum sui desiderium reliquit, qui cùm uelut in scuis tempestatibus maris iactemur, nauclerum nostrum amissimus, tunc cùm eius præsentia nobis quam maximè opus esset, neq; ullo tempore minus, quam nunc, eo carere poteramus. Et satis adparet, quid D E V S in animo habeat, cùm tales homines ex hoc mundo aufert, ne sint spectatores imminentium calamitatum, Nolo malè omniari, ad pœnitentiam tamen nos et ad patientiam præparemus, ut uel iram Domini effugere, uel, si sit opus, paternam castigationem obedienter ferre possimus. Debet enim talium uirorum interitus nos excitare ad timorem Dei, ad pœnitentiam et ardentiorem precationē, et ut cauti, diligētes, ac fideles simus in custodiēdo deposito,

quod hi duo uiri Lutherus ac Philippus apud nos reliquerunt, nempe in puritate castæ & in contaminatæ doctrinæ conseruanda, Non igitur nunc hora est, ut simus securi, aut stertamus, sed si-
mus uigilantes, Vidi mus quid post Lutheri mor-
tem secutum est, quid iam sit expectandum pro se quisq; reputet. Non possum plura addere ob tem-
poris breuitatem, & animi mei perturbationem.

Tibi æterne Deus et Pater Domini nostri I E-
S V C H R I S T I gratias agimus, quod hunc ui-
rum, hunc inquam Angelum tuum nobis tam diu
concessisti, & Lucem uerbi tui per eum inter nos
accendisti. Oramus te, ut alios huic similes Do-
ctores, & ministros semper in hac Schola & Ec-
clesia excitare uelis, iuxta dulcissimam promissio-
nem I E S V C H R I S T I Filij tui, Non relin-
quam uos Orphanos, Certè nunc Patre hoc amis-
so Orphani sumus, nisi tu D E V S optime, nos
clementer respexeris, Tu igitur Lucem uerbi tui
in nobis non patiare extingui, tu semper tibi Ec-
clesiam inter nos congrega, quæ te recte inuocet
& celebret in æternum, Tu da fidos Doctores,
qualem iam à nobis ad te reuocasti, Et nos in fide
C H R I S T I filij tui, in fide inquam uera
& in uerbo sincero conserua in o-
mnem æternitatē, per Chri-
stum Filium tuum,
Amen.

SCRIPTVM PV-

BLICE PROPOSITUM

TVM DE ORDINE ALIQVOT
lectionum publicarum constituto, post pi-
um & felicem obitum, D. PHILIPPI

MELANTHONIS, Die

23. Aprilis.

VICE RECTOR ET

Professores Academie Vi-
tebergensis.

Egregia pictura extat in Argonauticis Apol-
lonij, qua exprimitur inconstantia felicitatis
humanae, & mutabilitas euentuum in negotijs ri-
tè quoq; & consultò susceptis. Fingit enim Poë-
ta, Argonautas superatis maximis difficultatibus
& periculis longæ nauigationis ex Pagasis usq;
Thessaliæ, per angustias Hellefponi, et per Cya-
neos scopulos ægrè seruatos, & iam latū Euxini
Pōtum sine magno metu nauigantes, apud Mysos
amisisse Herculem, cuius discessu, etsi dolebant,
se tāti Herois præsidio & uirtute destitui, tamen
non ita consternantur, ut de mutando cursu nau-
gationis sue cogitent, sed procedunt ad Maryan-

I 5 dmeos,

dineos, ubi cùm à rege Lyco magnifice excipiuntur, ex hospitalitate inusitata leti recreantur, gaudium illud mox in mœsticiam acerbissimam commutatur. Nam ibi primum uatem suum Idmona, paulo pòst etiam sapientissimum & felicissimum Rectorem nauis, Tiphyn, ambos morte inopinata sublatos, amittunt. Quo demum tristi casu ita conturbantur, ut deliberationem instituant, an abrumpere nauigationem, "institutam ad petendum ueillus aureum, & relicta naui Argo, quisq; pro sua commoditate ad suos reuerti debeant. In hac fluctuatione animorum & quasi desperatione, fingit Poëta monitu Deæ Iunonis confirmatos Argonautas, substituto alio rectore qualicunq; ex suo cœtu, cui reliqui communicationem operarum suarum promiserint, prouexisse nauem in Colchidem.

Ita nostra Argo duriter afflita est, auocato hinc reuerendo uiro D. D. Iusto Iona, & euocato ad coelestem uitam prestanti Heroë Reuerendo uiro D. Martino Luthero, quo tempore et si fortissimo propugnatore sincere Euangelij doctrinæ priuata hæc Schola meritò uehementer doluit, ta nen cùm haberet adhuc aliquos fideles & discípulas & socios Lutheri superstites, Doctorem Bugenhagium, D. Crucigerum, D. Forsterum, & peritißimum rectorem nauis huius Philippum Melanthonem, minus adhuc sentire potuit

tuit iacturam & calamitatem illam suam. His
uerò etiam ante annos aliquot ereptis, & nunc
postremo gubernatore suo felici, & uigilanti et
fidi destituta Academia nostra, cladem acce-
cepit tantam, quæ meritò consternatos reddere
omnes reliquos nautas & uestores huius Cym-
be, & in dubitationem adducere posset, ab ijcere
ne remos & deserere nauim & abrumpere in-
stitutum cursum: an uerò tantæ molis & peri-
culi nauigationem porro continuare conari de-
beant. Multa sanè sunt, quæ nos grauibus de-
causis terrent, qui & imbecillitatem nostram
agnoscimus, & cernimus hanc nauim per acu-
tos & asperos scopulos non sine maximis labo-
ribus & difficultatibus propellendam esse, &
prospicimus non fallacia signa horribilium tem-
pestatum & procellarum, quas paulò post maris
tranquillitatem nobis turbaturas non mani for-
midine metuimus.

Sed nos in statione nostra retinet diuini
mandati & promissionis autoritas, quæ iubet,
ut in sua quisq; functione, non latè tantum tem-
poribus, dum faciles & suaves sunt opera, sed
asperis etiam & periculis subsistat, & in im-
posito munere non tantum diligentiam & fidem,
sed etiam tolerantiam et constantiam, cum forti-
tudine coniunctam, præstet. Sic n. inquit filius
Dei Luc. 9. Nemo mittens manum suam ad arae-
trum,

trum, & respiciens retro, aptus est regno D E L.
Et ad Ebraeos, Non deserentes congregationem
uestram. His & alijs mandatis Dei mouemur, ut
hanc Argo non deserēdam esse statuamus, quam-
uis & nostræ infirmitatis sensus, & imminentia-
um certaminum ac periculorum atrocitas, multa
nobis suggesterant, quorum consideratio meritò
nos turbat, quibus tamen rursus opponimus pro-
missiones certissimas Filij Dei, qui cùm nos in
hanc nauim collocarit, & remis adhibuerit, si-
cūt hactenus clementer nos iuuit, & protexit,
ita promittit etiam porrò nobis suam præsentia-
m & auxilium, inquiens: Manete in me & ego
in uobis. Item, Non relinquam uos Orphanos.
Item, Labor uester nō erit irritus IN DOMI-
NO. Item, uirtus mea in infirmitate perficitur.

His mandatis & promissionibus ueracis Dei
confirmati, deliberatione graui & diligentia ad-
hibita, distribuimus operas lectionum, sicut paulò
pōst exponemus, ita quidem, ut & plures addi-
derimus prioribus, & eas, quas Dominus Philip-
pus hactenus consueuit usurpare, aliquandiu ob-
eundas inter Collegas quosdam nostros partiti-
simus. Speramus enim illustrissimi Principis ac
Domini, Domini Augusti Ducis Saxoniae Electo-
ris, huius Scholæ clementissimi & munificentis-
simi nutritoris, cura & consilio, alium eruditio-
ne & ceteris donis excellentem uirum quesitum
iri, cui

iri, cui substituto in locum defuncti D. Philippi,
eiusdem operæ tutò & utiliter committi que-
ant. Interea uero donec talis aliquis idoneus in-
ueniatur, decreuimus ex re Scholasticorum fo-
re, si illas ipsas lectiones, quas Dominus Philippus
sustinuit, per nostros Collegas iuuentuti studio-
se proponi utcunq; curaremus, qui, quod bonos
& publicæ utilitatis amantes uiros decet, à no-
bis rogati, eò se adduci passi sunt, ut quamvis in-
telligerent se eadem dexteritate & felicitate &
fructu illas operas obire non posse, quo eas Do-
minus Philippus nobis præstilis, tamen pro sua
uirili operam darent, ut ordo lectionum hacte-
nus consuetus conseruaretur.

Quare quòd faustum sit ac salutare toti scho-
le, & in primis cœtui discentium, significamus
uobis ordinem lectionum publicarum, & qui-
dem illarum tantum, in quibus mutatio aliqua fa-
cienda fuit. Nam pomeridianæ fermè omnes
suo in loco & ordine & horis consistent.

Quod ad lectiones Domini Philippi attinet,
exorauimus clarissimum uirum, eruditione ac
uirtute præstantem, Dominum Vitum Orteli-
um artis Medicæ Doctorem, qui fermè quadra-
ginta annos in hac Academia priuatim & pu-
blicè artes dicendi & linguam Græcam profes-
sus est, Ut hora nona diebus Lunæ & Martis Di-
alectica

alectica, præcepta iuuenti explicit. Euripiis
interpretationem retinebit per alterum biduum
hora octaua consueta. Ad has lectiones superad-
det horam nonam post concionem die Mercurij,
qua proponet incipientibus discere linguant
Græcam, Grammaticam Domini Philippi, &
paululum in ea progressus, ut habeant audito-
res, exempla regularū, addet interpretationem
Græcè historiæ Diui Luce Euangelistæ, que in-
scribitur acta Apostolorum.

A Domino Pastore Paulo Ebero, quamuis
occupato gubernatione Ecclesiæ huius, impetra-
uimus, ut promiserit nobis se continuaturum e-
narrationem Epistolæ Pauli scriptæ ad Roma-
nos, hora nona dierum Iouis & Veneris. Et quia
scimus Lectionem matutinam diebus Dominicis
plurimum utilitatis auditoribus attulisse, &
eam ualde cuperemus etiam propter Scholasti-
cos peregrinos retineri, qui conciones germani-
cas non intelligunt, etiam illam aliquandiu in se
ut reciperet Dominus Pastor, nostris precibus
tribuit. Horum Collegarum nostrorum robur
corporis & animi, ut Deus confirmet, ut hos la-
bores, quos supra alios non leues publicæ uti-
litatis causa in se suscipiant, cum fructu audi-
torum sustinere possint, uos, ut pios discipulos
decet, Deum ardenter orabitis.

Præterea cùm Ethicam lectionem in Schola
retineri

*retineri maximopere sit necessarium, eam par-
tem Philosophiae explicandam demandabimus
Magistro Petro Vincentio, hora secunda diei
Mercurij.*

Chronicon, quod à Domino Philippo à con-
ditō mundo usq; ad Caroli Magni tempora feli-
citer deductum est, rogatus à nobis clarissimus
et eruditissimus vir, Caspar Peucerus artis Me-
dicæ Doctor, Domini Philippi Gener, Deo adiu-
uante pertexet, eiq; dictando tribuet horam no-
nam diei Saturni.

Hoc ordine distributæ sunt lectiones Domini Philippi, que et si longè dissimilibus Praeceptoris impositæ sunt, tamen ut speramus, non sine fructu audientur ab ijs, qui ex discendi amore, & studij diligentiam, & iudicij candorem, exerceantur non omnia excellentissima requirantem, sed contentam mediocritatem, ad eas lectiones audiendas attulerint.

Nunc reliquarum lectionum ordinem adiungimus, M. Sebastianus Theodoricus, cui illustrissimi Electoris uoluntate lectio Mathematica imposita est, primum librum Euclidis explicabit diebus Lunæ & Martis manè hora septima, qua & Doctor Paulus Crellius locos Communes enarrare solet.

Præterea, ut studiosa iuuentus plures lectio-
nes habeat, & ad rationem scribendorum ver-
suum

suum adsuefieri posset, impetravimus à doctissimo uiro doctore Iohanne Maiore Vallensi, ut L^{it}^{er} cani libros de bello Ciuali, gesto inter lulium Cæsarem & Pompeium, diebus Lunæ & Martis, hora octaua, iuuentuti explicet, Sed alterius b*idi*, hora septima interpretetur sapientissimi Iesu Syracide Græcas sententias, ab eruditissimo uiro Domino Ioachimo Camerario à mendis repurgatas & Scholijs illustratas.

Cæteræ lectiones pomeridianæ, Spherica, Physica, Theologica, Grammatica, & Rhetorica, nihil habebunt mutationis, quod ad horas & ordinem attinet.

Hæc erit series & ratio lectionum post hanc tristem mutationem, quas quidem ita ordinauimus, ut potuimus, ex qua ipsa tamen distribuitio ne liquido constabit auditoribus nostris, nihil nobis purius et optabilius esse, quam rectissime consuli studijs discentium, quibus etsi eos fructus polliceri à nobis non possumus, quos ex lectionibus Præceptoris, omni genere donorum excellentiissimi, feliciissimi, exercitatiissimi Doctoris, percipere potuerunt: Tamen fidem uobis nostram & in legendō assiduitatem, & alia officia, quæ à sedulis gubernatoribus in obsequentes discipulos profici sci & expectari debent, ita promittimus, ut speremus uos re ipsa experturos, nos iuuandi & fouendi huius cœtus Scholastici quam

quam cupidissimos esse, nec recusare uel labores
uel pericula, dum modo etiam lucem coelestis
doctrine & omnium partium Philosophiae, quæ
per suprà commemoratos Doctores singularia
DEI organa in hac Academia & Ecclesia ac-
censa est, illustratam pro nostra uirili ad poste-
ritatem transmittere possimus.

A uobis autem uicissim exigimus illa, quæ
sunt officia gratorum & morigerorum auditio-
rum, ut nostræ sedulitati uestra diligentia &
obedientia respondeat. Deinde ut gubernatio-
nem discipline, & publicæ tranquillitatis con-
seruationem morum uestrorum modestia facilem
reddat.

Videtis in qua moesticia omnes simus, non
tantum propter amissionem huius nobis carissi-
mi Patris, uerum etiam propter metum impen-
dientium malorum & mutationum, quas cùm
alia plurima signa minantur, tūm etiam hæc
ipsa talium bene meritorum & D E O caro-
rum hominum à nobis auulsio portendit. Noli-
te igitur carissimi auditores per D E V M, no-
lite nobis cumulare miserias, & uobis etiam ac-
cessere poenas morum feritate.

Seuerè etiam prohibemus, ne quid in ciues
huius Oppidi violentum moliamini. Audiuimus

K enim

enim quosdam ex uobis nescio quibus ciuibus minitari ob incertos sermones, quibus aliqui in cogitantiis dicuntur usi ante uel post mortem Domini Preceptoris, cum tamen de autore non constet, et nobiscum quidam fuerint, in quos suspicio aliquorum inclinare dicitur, qui sancte iurando suam nobis innocentiam probarunt. Et quænam est temeritas, coecis suspicionibus et incertissimis sermonibus uos credentes uelle iam hunc, iam alium innocentem, odio et iniurijs onerare? Vidistis eo die, quo funus ad templum Arcis deduximus, quam manifesta signa non simulati luctus ediderint ciues quoque, quos nequam existimetis tam ferreos esse, ut publicis et suis incommodis non afficiantur. Et si quis ex illis fuisset adeo incogitans, et tale quid inconsideratus dixisset, que ista crudelitas foret, eiusmodi temerariam uocem, ui ulcisci uelle, cum Magistratus officium in eiusmodi delicto requiri posset et debeat?

Quare sitis per Deum modesti, et adiuuante communem tranquillitatem, et iuste colite iuris hospitalia, que Deus seuerè requirit, et uiolantes ea horribiliter punit, sicut etiam Ethnici dixerunt:

Ζεῦς ἐπὶ οὐμάντωρ ἵκετά ωρ τε ξείνωρ τε
ξείνιος, εtc.

Scitis etiam mandato Illustrissimi Electoris
sancitum

sancitum esse, ne quid publicè hic edatur, quod
non prius iudicio gubernatorum Academie ap-
probatum fuerit, & huiusmodi scripta ferme ad
Dominum Philippum delata fuisse hactenus,
quod tamen ab aliquibus adhuc uiuente ipso ne-
glectum esse constat, qui quædam indigna edi-
tione, quædam etiam contumeliosa in uiros bo-
nos, nemini prius exhibita, ausi sunt in uulgo
spargere.

Prohibemus igitur serio, ne quis posthac ex-
cudi sinat quicquam, quod non prius Rectori,
quatuor facultatum Decanis, & pastori huius
Ecclesiæ perlegendum obtulerit, & illorum te-
stimonio approbatum uiderit.

Quod reliquum est, cum uerissimè dictum
esse statuamus à Propheta Ieremia: Scio D O M I N E, quod non est hominis uia eius, neq; ui-
ri dirigere gressus suos, Et illud Dauidis: Nijs D O M I N V S custodierit ciuitatem, frustrè
uigilat, qui custodit eam. Et illud filij Salomo-
nis: Ut oculus uideat, & auris audiat, D O M I N V S facit utrumq;: toto pectore oramus
Dominum nostrum I E S V M C H R I S T V M
crucifixum pro nobis & resuscitatum, qui di-
xit: Ego sum uitis, uos palmites: Sine me nihil
potestis facere, quiq; Cymbam Nohæ in medijs
fluctibus uasti diluuij periculoſe fluctuantem in-
ter procellas & scopulos rexit ipse ac prote-
xit,

xit, ut hanc nostram quoque Argo, quæ tot pre-
stantes Heros, monstratores non quidem aurei
uelleris, sed agni diuinitus misi ad tollenda pec-
cata mundi, uexit, & paulatim amisit, & nunc
etiam recens hoc fideli & perito gubernatore
suo destituta est, ipse clementer regat, conser-
uet, & propugnet aduersus omnia pericula &
incommoda, & pariter adiuuet pios conatus
docentium & dissentientium, ut hæc Ecclesia &
Schola diu sit templum DEI, in quo audiatur
incorrupta uox filij ipsius Domini nostri IESU
CHRISTI, & rectè inuocetur ac colatur uer-
sus Deus, et sit officina pietatis, modestiae,
castitatis, & aliarum omnium uir-
tutum. Date 23. die
Aprilis 1560.

DIXI.

ORATIO QVA

A VICE RECTORE

GEORGIO MAIORE S A-
cræ Theologiae Doctore, post obitum D.
Philippi Melanthonis, significata est scho-
lasticis Vuitebergensibus Illustriss: Princi-
pis ac Domini, D. Augusti Ducis Saxo-
niae & sacri Imperij Electoris &c.

optima erga Academiam
uoluntas.

V Trumq; prædicta vox diuina, & exoritu-
ras esse in genere humano maiores rerum
perturbationes, atq; opinionum & dogmatum
confusiones tetriores, sub extremam mundi ceu-
sathiscentis senectam, & tamen Deum ex reliqua
fece hominum usq; ad mundi finem, comparatu-
rum ministerio Euangelij æternam hæreditatem
Filio, et hanc umbraculo alarum suarum tectam
conseruaturam inter collisiones & ruinas impe-
riorum, & falsarum opinionum conflictus, ut sint
aliqui, qui coniunctis animis doctrinæ consensu,
& concordi inuocatione, quæ nitatur fiducia
Christi mediatoris, ac certa firmaq; spe æternæ
uite, ipsum colant et celebrent etiam in hac uita.
Vtrumq; euentu completri, certissimo arguento
appetentis liberationem, res ostendit.

Mimitantur & denunciant, imò penè inten-
tant orbi Christiano clades immensas, quæ p̄r
ter usitatum naturæ ordinem & cursum, in mul-
tis naturæ partibus confecta sunt prodigia ali-
quot annis.

Crescit Tyrannis apud hostes patefacte ue-
ritatis, quorum aliqui cùm dissimiles sint, diudum
detectas superstitionum fraudes & refutatas e-
uidenter, ea tamen saevitia retinere ac stabilire
nō possunt, & λανθάνοντες, aliqui profanita-
tem quam inuehunt augere conantur.

Quot & quam prestantes uiros studium &
professio agnitiæ ueritatis adegit ad rogos et in-
cendia in regno Gallico? Ad commemorationem
immanitatis suppliciorum, quibus pij excruciatii
in Hispania, tandem comburuntur, ita cohorre-
scunt mentes, ut penè exanimentur.

Recens in ea Celtiberorum parte, que Pyre-
neis montibus & Narbonensi Gallie uicina, à
ueteribus Gottis et Alanis Catalaunia nomen re-
timuit, & antiquitus ante Gotticas & Vandali-
cas irruptiones Castellanorum sedes fuit, supra
tria millia hominum in carceres detrusa, & ad
flamme atq; exustionis supplicium condemnata
perhibentur.

Quid dicam de manifestis furoribus eorum,
qui studia, consilia, & molitiones magno cona-
tu omnes dirigunt, tantum ad efficiendas distra-
ctiones

ctiones in Ecclesia maiores, depravatione So-
phistica explicata doctrinæ aut calumnijs
& insectationibus benè meritorum pretextu
quocunq; & quæ ut pestem inuestura esse in Ec-
clesiam nullus postea remedij sanabilem omnium
opinione citius, metui semper, ita prospicere eam
nunc mihi uideor et experiri, ἀναγκὴ γὰρ πότε
ἐκ τῶν φευδῶν ἀγαθῶν ἀληθεῖς σωβεῖαι
κακοῦ.

Quid uero de interitu dicam eorum, quo-
rum cura, uigilantia, fides et diligentia, normam
ueritatis coelestis, Dei benignitate, tutata est ha-
ctenus: prudentia uero studiū et sedulitas in om-
ni pietatis et officiorum genere erga quoscunq;
Ecclesiæ coniunxit atq; copulavit, præcisis aut
elisis atq; auersis auxilio diuino occasionibus
non necessiarum contentionum, aut hisce sup-
pressis uel dissimulatis silentio ac tolerantia?

Hos cum uideamus eripi nobis hoc turbu-
lento rerum statu, cogitantes illud, in quo dici-
tur, colligi iustos ne uideat uentura mala, non du-
bitemus certò impendere mutationes maximas,
quarum spectatores hos suos ministros esse De-
us non uult.

Quid existimamus portendere mortem opti-
mi uiri et omni cultu reuerentiæ dignissimi Phi-
lippi Melanthonis, patris & præceptoris nostri
colendiissimi, ut non dicam quantum eo extin-
do

Ecclesiæ rectè sentientes, quantum bonarum ar-
tium studia, quantum omnes nos presidium ami-
serimus, qui eum affectibus, cura, beneficijs uerè
patrem nobis: doctrinæ uero fideliſſima com-
municatione plus quam patrem fuisse experti
ſumus uniuersi?

Non libenter mali aliquidominor, sed me-
tuo, ne ut post mortem Lutheri Germania inte-
ſtimis concitata atq; concuſſa motibus, suo tandem
inundauit ſanguine, ſic Philippo ē medio ſubla-
to, procellis contentionum, quibus ex omni parte
doctrina petitur, Ecclesia impulsa & agitata,
naufragium faciat, & de doctrine luce ac ueri-
tate periclitetur. Certè enim uel ſola hic umbra
autoritatis pristinæ terruit multos quantumuis
feroces, & audaciam retudit ac repreſit cona-
tus eorundem, Multos lenitate flexit ſua atq; e=
molliuit comitate, multorum feruidos ac preci-
pites turbinū instar impetus, moderata aduersa-
tione mox inter initia ita attriuit, ut protinus
fathiscerent & collaborerentur: Studio uero tu-
endi ueras ſententias ſine acerba uel aduersatio-
ne uel aduersantium exagitatione, & precum af-
fiduitate ad Deum, que pro Ecclesia ſemper ex-
cubabant, fregit & elicit ſep̄e callide ſtructas et
fuco falſo exquifitè adornatas molitiones.

Inter hæc mala tamen, que augentur & in-
grauescant, indies ſparsa uere doctrine ſemina
ubiq;

ubiq; paulatim radicibus actis, serpunt magis atque magis & confirmantur.

Intuentes igitur in hæc futurarum cladum prævia signa, quæ sunt testimonia iræ diuinæ erga genus humanum propter restitutæ religionis contemptum, excusitemus animos ad precandum ardenter, certa fiducia promisse diuinitus protectionis & conseruationis Ecclesie.

Consideremus magnitudinem beneficiorum, quæ Deus per hæc duo op'ya & præcipua & ea sancta & salutaria Lutherum scilicet et Philippum, Christiano orbi impertuerit, cum his Doctoribus superstitionis pontificie tenebras depulit, & regni Pontificij incidit neruos, ac purioris doctrinæ lucem reduxit, auxit & fuit.

Demus etiam operam, ut quam hi nobis traxerunt doctrinam, eam tanquam sacratissimum ac inviolabile depositum custodiamus & excolamus, nec sinamus normam quadraginta duorum annorum indefesso studio elaboratam, & comprehensam ordine concinno, & perspicuo illustratam sermone, deniq; constantia confessionis et ardentibus fidei exercitijs comprobatam, petulantem corrumpi, et oremus Filium Dei qui ascendit in altum, ut det dona hominibus, ut ipse ueritatem vindicet ac tueatur suam, & alios idoneos doctores collocet in uestigia illorum, quos ex hac statione uelut ex acie euocatos in Ecclesiam

cœlestem transtulit, & hos instructos necessarijs
dotibus adiuuet ac gubernet sancto suo spiritu.

Mecum ergo preces & uota uestra coniuncte
gentes dicite :

TIBI æterne Deus Pater Domini no-
stri IESV CHRISTI, conditor cœ-
li & terræ & generis humani, unā cum filio
tuo coæterno & SPIRITU SANCTO,
gratias ago toto pectore, quod missis &
instructis his doctoribus ascendisti &
conseruasti in his terris lucem Euangeliū
tui, & huius ministerio conuocas, & com-
paras tibi æternam Ecclesiam : quodque
doctores ipsos rexisti Spiritu tuo sancto
& protexisti clementer hos nídulos, qui
Ecclesiae tuæ hospitia præbuerunt. Te-
que oramus toto pectore ardentissimè, ne
relinquas nos orphanos, neque destituas
nos, nec lucem doctrinæ tuæ in his regi-
onibus extingui finas, sed SPIRITUS
SANCTUS tuo regas, ducas, doceas &
confirmes nos, quos Rectore orbatos reli-
quos esse uoluisti, ut sanctissimi depositi
illibatae ueritatis tuæ simus & maneamus
custodes & propagatores perpetui, nec à
norina constituta uoce tua, & tuorum mi-
nistrorum opera declarata, unquam aut
disceda-

discedamus aut deſci nos patiamur, ut
opera noſtra te benedicente ſeruiat utiliter
Eccleſiae tuæ, & illuſtret gloriā tuam,
& conuertat ad agnitionem tui mentes
plurimorum.

SAncte PATER, collige tibi inter nos &
in hiſ regionibus æternam Eccleſiam,
& ſanctifica nos in ueritate tua, Sermo tu-
us eſt ueritas: coniunge animos noſtrōs
uinculo ueræ concordiae, ſcilicet conſen-
ſu de doctrina tua, & unius Mediatoris
IESV CHRISTI Filij tui agnitione &
fiducia, & mutui ac ueri amoris non ſi-
mulatis flammis & offiциjs ad tuæ doctri-
næ propagationem, ut ſimus unum in Te,
per & propter æternum Filium tuum Do-
minum noſtrum IESVM CHRISTVM,
λόγον Ιησού ἐκόνα σοῦ, crucifixum pro no-
bis ac reuſcitatūm.

PRæſta Pater æterne, ut illorū bonoruſ
ſiamus haeredes, quæ ut largiaris nobis
per Filium tuum IESVM CHRISTVM,
huius exemplo, poſtremo precatus eſt
præceptor noſter, ut perſeucremus in ue-
ra tui agnitione, ut maneamus concordes,
& ſiamus particeps æternæ ſalutis, Amen.

Hæc

HÆC præfatus sum auditores carissimi, ut in
hoc publico luctu, & hac tanta animorum
conternatorum obitu Patris nostri mæsticia, &
metu imminentium mutationum, erigamus &
confirmemus animos nostros, certa spe præsentia
diuine & auxilij diuini, ne frangamur conspe-
ctu horribilium distractionum, quæ malorum in-
geniorum petulantia excitatae, obruituræ uiden-
tur omnia, nec de posteritate desperemus, nec
proieclis remis Ecclesiam his lacerationum &
turbationum fluctibus permittamus, sed persis-
tentes in statione faciamus singuli suo loco of-
ficium nostrum fideliter ac sedulò, & Deum in-
uocatum affuturum atq; opitulaturum nobis, &
posteritatem aliquam conseruaturum certò sta-
tuimus.

Huius immense bonitatis & misericordiae
suæ, spem certam Deus nobis ostendit, in clemen-
tißima uoluntate & affectione erga Ecclesiam,
studia literarum, nos uniuersos singulari, deniq;
pia & summo Principe digna sollicitudine illue-
strißimi Principis ac Domini, Domini Augusti
Duci Saxonie, Sacri Romani imperij Electoris
&c. Domini nostri clementissimi, de qua ut
Celsitudo ipsius testaretur apud nos, & conser-
natos hac perturbatione animos nostros ut con-
solaretur atq; confirmaret, misit hoc cum manu
datis uiros clarissimos, nobilitate, uirtute, sapi-
entia

entia & doctrina excellentes, D. Erasmus à Konrīt, & D. Laurentium Lindemannum I. V. Doctorem.

Intelligit illustrissimus Princeps Elector pro excellenti sapientia sua, quem uirum amiserimus Philippo mortuo, Academiae, imò Ecclesijs harum regionum uniuersis Rectorem & custodem atq; excubitorem suum, & stabilitatis praesidum, & celebritatis decus, & splendoris sui nitorem, inq; rebus dubijs ac harentibus aut perturbatis ducem atq; interpretem, hoc tam incerto & fluctuante rerum statu, quo nunquam minus eo carere poterat.

Nobis uero Academiae alumnis, patrem & preceptorem: Doctrinæ cœlesti patronum in his terris suum ac uindicem, Ecclesijs coniunctis unius doctrinæ professione, & doctorem ueritatis, & Christianæ pietatis, humanitatis, moderationis, sanctitatis, tolerantiæ & omnium piarum uirtutum exemplum erectum esse intelligit. Quod cum dolorem ei pepererit et lucum ingenitem, atq; auxerit eam quam pro Ecclesia gerit sollicitudinem, multorum præstantium Principum exemplo, tamen excelsi animi robore & consolationum diuinarum præsidio dolori repugnans, in huius quasi feroce, orbitati Ecclesiærum & nostræ, quid uel opis adferret, uel adhiberet consolationis cogitare non neglexit, que optimi

optimi Principis pietas, ut est maxima, ita nullis
a nobis laudibus satis celebrari potest.

Nec est conuenientius quidquam tanto Principi,
quam affici iactura tali, quam ruina posset
consequi rerum præcipuarum, Ecclesiarum ac
doctrinarum, & uelut ex specula multò ante
prospectis tempestatibus que impendent, et que
rere remedia, quibus haec aut depulsa discutianam
tur, aut appulsa excipientur ac sustineantur, ne
improuiso et inopinato harum impetu uelut op-
pressa extinguantur, quibus nititur & consistit
præcipue salus uniuersorum, uera Dei agnitus,
& disciplina honesta ac legi diuinæ congruens.

Etsi itaq; optimus Princeps Elector Saxonia
Dominus noster clementissimus hoc publico &
communi luctu nostro, & hac iactura, quam
amissione Patris nostri fecimus, uehementer an-
gitur, Ecclesiæ & nostra causa, Ipsum enim
Philippum sine ulla dubitatione, scimus omnes ex
iniustorū & crudelium odiorum impetionibus
ad lætissimum Filij Dei & beatorum comple-
xum, & ex frementibus impetuosi maris instar
turbarum commotionibus, in quietissimam &
luce diuina plenam coeli sedem traductum esse:
tamen & de conseruatione ac propagatione do-
ctrinarum ad posteros se optimè sperare ostendit,
& suo exemplo, ac mandatis dulcissimarum
consolationum & clementissimarum significatio-
nium

onum, immo affectuum paternorum plenis, nos
quoq; in spem optimam erigit atq; inducit.

Pro qua tam insigni pietate & clementia Il-
lustrissime Celsitudini ipsius gratias quantas
possimus agimus, & oramus Deum toto pecto-
re, ut & ipsum illustrissimum Principem Elec-
torem, & coniugem eius illustrissimam, & lia-
beros & omnibus auctoritatibus eius ac missis & tactis in
gubernatione, & consiliorum socios atq; ad mi-
nistros negotiorum pertinentium ad salutem
publicam, clementer tueatur, regat ac custodiat,
& confirmet ipsis uires animi & corporis, ac
uitam proroget, & tribuat his terris cum saluta-
ri gubernatione salutarem pacem, ut quæ Dei
beneficio & protectione adhuc florem Ecclesie,
Scholæ, Ressub. doctrinæ, leges, iudicia, hone-
sta uirtutum exercitia & cultus, consistant atq;
conseruentur, & studio atq; industria eorum qui
præsunt aucta & amplificata crescant.

Significamus ergo uobis optimi auditores,
& luctum in quo est una nobiscum illustrissimus
Princeps noster Elector Saxoniae, propter obi-
tum carissimi Patris ac Praeceptoris nostri, &
spem eius de studijs in hac schola optimam, &
uoluntatem in his conseruandis clementissimam,
& uos hortamur, ut Deo una nobiscum de tali
eius affectione & uoluntate gratias agatis, &

pro

pro incolumitate ipsius & liberorum ardenter
uota faciatis.

De nobis pollicemur uobis eam, quam & Il-
lustriſimus Princeps Elector Saxoniæ, & fide-
liſſimi nostri Praeceptoris exemplum & noſtra à
nobis fides exigit, diligentiam & aſſiduitatem
in docendo.

Dabitur à nobis opera ſedulò, ut diligentia,
fide, operarum aſſiduitate, omnibus officijs hu-
manitatis, piaſe ſolicitudinis cura, partam atque
collectam hæreditatem Patris nostri, coetum ſci-
licet huius ſchole frequentiſſimum, hunc ergo ut
non diſipemus negligentia, aut toruitate aliena-
mus, ſed ſi augere non poterimus, conſeruemus
tamen ipſius exemplo & imitatione, recta ac ue-
ra de ipſius præscripto docendo, & operas aſſi-
due & inſtanter urgendo ac perſequendo, &
paterno complexu fouendo ac iuuando alumnos
noſtros, quo ad eius fieri poterit, ne degeneres
& tam præſtanti patre indigni habeamur.

A uobis, quos relictos post ſe commendanit
fidei noſtræ, uicissim petimus & requirimus, ut
eum quem prætitifis optimo Praeceptoris uero,
& diuino mandato debetis obedientiae & reue-
rentiæ cultum, nobis etiam præfetis, Quod ut
faciatis, ſpontè et alacriter multæ uos cauſe mo-
uere debent.

Primo

Primo autoritas mandati diuini, quo uos obligari ad obedientiam cum seuerissima grauiissimorum poenarum comminatione sape auditis. Nec dubitetis Deum licentiam, contumaciam, et petulantiam ulturum esse, etiam cum Magistratus aut non faciunt officium, aut impediuntur, ne exequi poenas et effrenem ferociam compescere possint.

Secundo Illustrissimi Principis Electoris Sa-
xoniæ uos moueat autoritas, Qui flagitat, ut his,
quos constituit ipse in hac Academia professores,
et præfecit studijs publicis ac disciplinæ et mo-
rum gubernationi, subiecti sitis ac pareatis, et
fungamini officio uestro diligenter. Non tu-
multuemini, non turbetis aut impediatis trans-
quillitatem aliorum, non sceleribus et flagitijs
polluatis hunc pulcherrimum coetum, in quo absq;
omni dubio multi sunt electi, et sancti, qui sunt
templa spiritus sancti, et spurcitie morum ac
ferocia et immanitate grauiissime offenduntur.
Promittit etiam Illustrissimus Princeps Saxoniæ
Elector non sese defuturum nobis autoritate sua
in disciplinæ defensione, et exequitione poena-
rum, si qui petulantius obedire recusauerint.

De uestra etiam salute et officio uestro, atq;
optimis parentibus uestris cogitate. Misisti huc
estis non ad luxus et helluationes, non ad ocium
aut licentiam omnium cupiditatum, non ad offi-

emam improbitatis, sed ad descendam doctrinam
Ecclesiæ, & purioris Philosophiæ, ad regendos ac
conformandos animi affectus, & hos honesta mo-
rum gubernatione effingendos ex doctrine pre-
scripto, ad exercitia uitæ innocentis & sanctæ,
ueræ iuuocationis, & gratiarum actionis erga
Deum.

In hanc ergo ut curam & cogitationem in-
cumbatis omni studio & contentione, exigunt à
uobis parentes uestri, patria & Ecclesia cui de-
stimamini, & cui opera uestra seruire debet, De-
miq; uitæ & conditionis uestræ ratio. Nec de uitæ
tantum flagitiose traducta, sed de iactura tempo-
ris cogitate uobis rationes Deo fore reddendas.

Tribuatis hoc pientissimis manibus optimi
Præceptoris uestri, atq; huius fuisse uos non tan-
tum ociosos auditores, sed asseclas & imitatores
probate effingēdis & exprimendis ut doctrinæ sen-
tentij, sic honestissimis, sanctissimis et castissimis
morib. eius, & lenitate ac māfuetudine eximia &
singulari ac propè diuina. Huius quotiescunq; uel
uultum animo concipitis, uel oculis imaginem in-
tuemini, cùm locum aspicitis, ex quo tot paternas
audiuistis commonefactiones uestri, existimate
hoc eum mortuum postulare, quod præcepit ui-
nus, Vos mortuo etiam debere quod uiuo præsti-
tisti.

Parcite

Parcite & nostris doloribus, quos ex hoc casu conceptos sustinemus tantos, ut si tantum funderemus lacrimarum, quantum aquæ uoluit Albus, explere eos non possemus, Hos' ne nobis exacerbetis.

Cumq; inter uos sint aliqui, quos hic non amor doctrinæ neq; discendi cura detinet, sed liberius & licentius uiuendi occasio, procul à parentum conspectu, & quorum uita, studium, & opera occupatur rebus minimè ordini nostro conuenientibus, illis edicimus, ut hinc discedant procul, & talem alibi potius quam in Academia nostra uitam agant, quæ non ideo tantum nocet plurimum, quod prouocat iram Dei, attrahit, accelerat & cumulat poenas publicas & calamitates, turbat tranquillitatem publicam, frangit & eleuat autoritatem legum, sed etiam quod multorum animos grauiter offendit morum dissolutione, quæ laxatae disciplinæ speciem præse fert, aliquos uero contagij horum infectos & pollutos corrumpit ut degenerent. Quod si comorati hic tales diutius fuerint, nec uitæ & morum emendatione præbuerint spem frugis melioris, nostrum erit perficere, ut i talibus Catharmatis hic cœtus expurgetur, ne pars sincera trahatur, et si optaremus eos memores pietatis & officij sui, diligētores esse in studijs & regēdis moribus. Modestis & honestis nec studia nostra, nec suf-

fragia & testimonia ubi cuncti fuerit opus deerint.
Hec commonefaciendi uestri causa dicere sunt
iussus.

Oro autem, Filium Dei Dominum nostrum
Iesum Christum, crucifixum pro nobis & resu-
scitatum, sedentem ad dextram Patris, & largien-
tem dona hominibus, ut misereatur nostri & le-
niat nobis aerumnas & sollicitudines nostras, ac
pericula, quae impendent, benignè amoliatur &
auertat, nec finat extingui lucem doctrinæ
sua, & regat nos, ut fiamus organa
& uasa salutaria nobis &
alijs.

D I X I.

SEQVNTVR
ORATIONES ALI-
QVOT RECITATÆ A PRO-
fessoribus Academiæ Vuitebergen-
sis, qui à morte D. Philippi in-
terruptas lectiones con-
tinuare cepe-
runt,

ORA

ORATIO RECI- TATA A VITO VVINS-

HEMIO ARTIS MEDICÆ DO-
ctore, cùm incoaret prælectionem
Dialecticæ die 29. Aprilis
Anno 1560.

A Pelles Veneris ἀναδυομένης, id est, è ma-
tri primum emergentis, caput, faciem et
pectus, paulò ante mortem quanta potuit diligen-
tia quam acuratisimè pinxitse dicitur, qui cùm
paulò post mortem obiisset opere adhuc imper-
fecto, non inuentus est post eum in omni posteri-
tate Pictor, qui huic operi manum admouere, et
reliqui corporis membra pingere auderet. Vide-
bor igitur ego fortasse impudens uel audax ni-
mis, qui mihi à senatu Academia hoc onus impo-
ni passus fuerim, ut post optimum et pientissimum
Præceptorem Dialecticam prælegerem, eo in
loco, ubi sepe uocem ipsius Scholastici cum ge-
mitu requirent, Et post tam excellentem artificem
eidem operi manum admouere, perinde est ac si
post Homerum Iliada canere, aut post Regem Da-
uidem Psalmos scribere uellem.

Intelligo et agnosco ipse, optimi auditores,
quantum et quam longè maius viribus meis o-
nus in me suscepimus, nec mea mihi imbecillitas

ignota est, commouet & perturbat me etiam locus ipse, ubi dulcis: Preceptor docuit, ubi κύριος ἀσπα ultimam & Cygneam uocem edit, cuius mihi memoria, triste desiderium, & quasi imago occurret, quoties huc ascensurus sum. Deniq; plurima sunt, que me reuocare & quasi retrahere poterant. Sed quid faciam? Primum autoritas Precepti diuini me onus hoc ut subirem mouit, quo iubemur uoluntati diuinae parere, suo quisq; in loco & statione, Cum igitur Deus Reuerendum Patrem & Preceptorem nostrum ex hac mortali Schola in illam suam aeternam Scholam euocauerit, nostrum est, id quod à Dominio factum est obedienter ferre, iuxta dictum, Humiliamini sub potenti manu Dei. Deinde sicut in acie fieri solet, ubi in cadentium loca & ordines succedunt qui superstites sunt, ne tota acies intereat, eodem modo & nostrum officium est, utcunq; sustinere ac fulcire rem inclimatam, ne tanti uiri & Dux nostri interitus nobis totius Schole atq; Ecclesiarum ruinam trahat. Etsi intelligimus quam ipsi longè impares simus, succedimus tamen, sicut sepe milites Gregarij in duum occumbentium locum, & quod possumus facinus, Et oramus Deum per Christum, ut labor noster non sit irritus in Christo, Et speramus uos quoq; pro humanitate uestra mediocritatem uel tenuitatem nostram boni consulturos esse.

Hac

Hac inquam fiducia hoc onus mihi à senatu
Academie imponi passus sum, quod ut sustinere
possim, uos unà mecum Deum comprecabimini,
ut ille spiritu sancto suo mihi clementer adsit, &
huic senili corpori uires sufficiat, ut utiliter Scho-
la & uobis inservire ualeam, Quod ut fiat faciat
Dominus & Redemptor noster Iesus Christus,
Amen.

Et quia, ut instituti nostri memores simus, de
hoc libro quem explicandum in manus sumimus,
& de Dialectica nobis hoc in loco dicendum est,
primum de multiplici utilitate huius compendiij
pauca quedam, ut potero dicam, quamuis dolore
& recenti luctu multum impedior, sed tamen hoc
silentio prætereundum non erat, ut adolescentes
agnoscant quantum memorie huius Viri debent.

Extant ab Aristotele scripti in Dialectica li-
bri multi, qui communi nomine & Titulo in-
scribuntur Organum logicon, quorum alij de a-
lijs artis partibus agunt, sed cum in his tantum
sit caliginis & tenebrarum, ut superior ætas,
que Aristotelice doctrine penè plus quam uerbo
Dei dedita fuit, se inde euoluere non posset, ac-
cidit, ut multi huic malo mediri, & his tenebris
lucem aliquam afferre conarentur. Hi uero cum
linguarum & dicendi artium adminiculo desti-
tucentur, & in Barbarico cœno sepulti, ac

infantes essent, nec scribendi aut dicendi usum ullum haberent, non modo hoc non potuerunt efficiere aut consequi, Aristotelicas tenebras ut illustrarent, sed et has ipsas tenebras ipsi maioribus tenebris et ambagibus inuoluerunt atque obscurarunt, Ita accidit ut riui fontibus magis turbidi et limosi essent.

Hoc in numero cum alijs multi, (sunt enim haec precipua Scholarum doctrina eius aetatis) tum et Tartarcus recensetur, eum ut praesentem Deum haec Schola ante aduentum Philippi coluit, De quo ut uenustè ita uerè lusit quidam.

Tartara quod uincis et coeuae nubila mentis,
Nomen conueniens ergo libelle tenes.

Reuera enim densa caligine et tenebris plus quam tartareis inuoluti sunt illi commentarij.

Accidit igitur in Scholis tunc uersantibus, quod accidere necesse fuit, ut cum totam uitam in hac penè sola arte consumerent, ad eius cognitionem tamen nunquam peruenirent. Sed in puerilibus et spinoisis altercationibus Scholasticis tempus sine fructu terebant. Cumq; proprium sit huius artis officium, has duas uirtutes ut instruat, nempe ut iudicium formet, et fontes inuentionis ostendat, ipsi utraq; hac uirtute penitus destituebantur: Ad iudicandum enim magis inepti erant, quam uel ulli idiotae, inuentionis autem ne nomen quidem norant. Inanibus tantum rixis inter

inter se certabant. Socrates ne an Plato curreret,
ita miserè tota illis uita labore inani sine fructu
consumebatur. Ut taceam, quod ex ore reuerendæ
memoriae Doctoris Martini Lutheri (qui in do-
ctrina Aristotelica, ut quisquam aliis peruoluta-
tus erat,) audiui, multa esse in Organo quæ pa-
rum utilitatis haberent, quod utrum ita sit, in pre-
sentia non dispuco: De argutijs & spinis tam Or-
gani quam commentariorum loquor.

Iam ex his tenebris & difficultatibus, pro se
quisq; perpendat, quam operosum & difficile fu-
erit Reuerendo Domino Praeceptori artem hanc
eruere, atq; in hanc lucem, in qua nunc beneficio
Dei eminet, proferre, quare nisi ingratissimi su-
mus, quo crimine nullum grauius est, iuxta Mi-
mographi dictum. Ingratum dicens crimen omne
dixeris, fateri nos oportet. Quod si nullo alio be-
neficio nos & Doctrinarum omnium studia affe-
cisset Reuerendus Pater & Praeceptor, quæ quod
uel unam hanc disciplinam, Dialecticam dico, cæ-
terarum omnium ut administricem, ita & guber-
natricem in tam luculentum, dissentibus commo-
dum, & obuium compendium, atq; in unum quasi
corpus nobis contulit, & hanc lucem huic regimæ
& gubernatrici discipline præbuit, quæ ante in
tenebris, ut dixi, plusquam Tartareis, Deum im-
mortalem, quam alta & obscura sedebat. Si nullo
inquam alio beneficio nos Praeceptor affecisset,

tamen uel ob hoc unum beneficium ei non posset
pro merito gratiam referre tota in aeternum po-
steritas. Et quae lux in reliquis doctrinis praecepit
in sacra uel secuta sit, uel similiter eluxerit, ui-
derunt & agnouerunt omnes pij ac boni. Hac
igitur beneficia diuina agnoscere, hisq; gratis ani-
mis reuerenter frui debemus, ita tamen, ut etiam
(quod proprium est Gratitudinis officium) au-
toris tantorum beneficiorum primum Dei opt:
Max: Patris Domini & Redemptoris nostri Iesu
Christi, Deinde & ab eo fabrefacti Organi, Prae-
ceptoris nostri memoriam, ea qua pios & gratos
discipulos decet Reuerentia, pietate, & benevo-
lentia, colamus.

Agnoscunt hæc multi alijs in locis uiri doctio
boni, proque hoc beneficio, quod Aristotelici pe-
lagi fluctibus crepti sunt, Deo gratias agunt &
fruuntur hoc beneficio diuino ea, qua bonos ac
pios decet, pietate atq; gratitudine.

Sed sunt & alijs, qui ne quidem, si rumpantur,
ista negare possunt, fruuntur & ipsi his donis ac
beneficijs, sed armis iisdem, quibus ab eo instructi
sunt, contra autorem hostiliter utuntur, sicut ipse
uiuus, subinde dicere solebat, quod olim misera di-
cebat Aquila, cum sagitta confixa esset, Agnosco
pennas meas in uulnere meo.

His quid nos precemur aliud, quam quod ho-
mines

Mimes Christianos, si modo iij esse, qui dicuntur, uolumus, decet, & oportet, Nempe, ut Deus eos cle-
menter conuertat, dona Dei ut agnoscant, & ut
ijs una nobiscum animo grato, piè ac reuerēter ua-
tantur, & horum donorum fontem atq; autorem,
Deum una nobiscum in sancto & pio consensio
doctrinæ colant ac confiteantur in aeternum, in
Christo & per Christum aeternum aeterni Dei fi-
lium. Hoc & ego illis opto & precor à Deo per
Christum Amen.

Absoluti iam, optimi auditores, primam par-
tem propositionis meæ quantum in hac animi mei
perturbatione, & temporis huius angustia fieri
potuit, promisi enim me dicturum de libri huius,
quem prælegere debeo, utilitate, & autoris erga
nos beneficijs. Nunc restat, ut & de materia libri,
hoc est, de eo quod agimus, nempe de Dialectica
aliquid, dicamus.

Dialectica non tantum commune ceterarum
disciplinarum omnium Organon est, Quæq; cæ-
teras artes suis Methodis includit, & ut artes
sint facit, sicut de ea Cicero dicit, sed est omnino
illa communis naturæ & mentis humanae uis,
de sermone & rebus rectum uerumq; iudicium,
instituens, & inter se conuenientia iungens, ac
pugnantia separans, qua mens humana, si sana
est & sapit, ceu duce & Magistra ac guber-
natrice

matrice utitur in dinoſcenda de rebus omnibus ueritate, & refutanda falsitate.

Hæc iudicium informat, & ordinem instituit, quo iudicio & ordine omnes sana mente prædicti homines, cogitationes, consilia & actiones omnes gubernant, Hæc illis in cogitando Dux, in deliberando norma est, quæ in decernendo & statuendo sequantur.

Hac duce qui destituuntur, non mirum est, si monſtrosas, & ab humano ſenſu longè abhorrentes cogitationes habent, si Ἀλογο, hoc eſt, à ratione & ſenſu humano deerrantia ſuſcipiunt, mouent, & moluntur. His aliud, qua cerebrum ſanum, quod precemur, non habemus.

Cauſas effectrices Dialectices, ut & cæterarum disciplinarum fecerunt tres. Nempe, ingenium uel naturam, Id eſt, donum Dei. Deinde doctrinam seu institutionem, ea ut dux ita & imitatrix eſt naturæ. Ex iudicio enim optimorum & præstantiſimorum ingeniorum, omnes artes natæ ſunt, ut uerè dixerit Plato: Artes domi noſtre natæ eſſe, in ingenij uero Deus hanc lucem accedit & ea excitat, et ſi ut uerbi ſui, ita & multarum artium humano generi Deum ipsum doctorem ac monstratorem fuiffe credo. Quod & Aratus confeſsus eſt, cuius uerſus ſubijcio. Plurima mortales fugiunt incognita mentes, Quæ Deus æternus nondum patefecit in arte.

Hoc

Hoc duce mox eadem manifesta in luce patebunt,
Quæ nunc sub densa caligine mersa premuntur.
Hic genus humanum, magno complexus amore,
Vndiq; conspicuum sese dedit atq; per omnes
Naturæ partes ostendit plurima signa.

Sed hunc ordinem tamen Deus instituit &
conseruatum uult, nempe ut ingenia institutione
ac doctrina excolantur & excitentur, hoc cùm
sit, tunc ipse dat incrementum. Accedit deinde quæ
inter causas effectrices tertio loco recensetur,
usus & exercitatio, ea si non ἀλογος τρισηνή est,
Sed à doctrina regitur, in agendo rectitudinem ef-
ficit. Ingenium itaq; à Deo petendum est, & id
quod contigit, doctrina, cultu, studio ac medita-
tione excolendum, & exercitatione confirman-
dum. Ad communem uitæ institutionem ista per-
tinent. Nos qui in schola uersamur, & discenti-
um studijs inseruimus, ad ea quæ artis & doctri-
nae sunt in præsentia nos conferemus.

Ars ipsa autem, meo iudicio proprius aut mea
lius describi non potest, quam apud Ciceronem in
Bruto descripta est. Quem totum locum, quia
nulde illustris est ponere hic libuit. Sunt autem
hec uerba. Sic enim Brute existimo iuris Ciuilis
magnum usum & apud Scæuolam & apud mul-
tos fuisse, Artem in hoc uno, quod nunquam effe-
cisset ipsius iuris scientia, nisi eam præterea didi-
cisset arte, quæ doceret rem uniuersam distribuere
in par-

in partes latetem explicare definiendo, obscuram
explanare interpretando, Ambiguam primum
uidere, deinde distinguere, postremo habere regu-
lam, qua uera & falsa iudicarentur, & quibus
propositis quae essent, quae non essent consequentia.
Hic n. attulit hanc artem omnium artium maximam,
quasi lucem, ad ea que confusè ab alijs aut responsa
debantur aut agebantur, Dialecticam mihi uidea-
ris dicere, inquit, Recte inquam intelligis. Hac te-
nus Cicero, qui quantum huic arti tribuat uidea-
tis, erunt autem nobis ista inter prælegendum se-
pè iteranda ac inculcanda, quare his nunc non
immorabor, ad illud tempus ea reseruabimus. De
ordine quo hæc ars traditur, pauca quædam ada-
ijciam, ut facilius discentes eidem, & formam
quandam illius animo atq; cogitatione concipere
possint.

In parte aliqua huius artis discenda pueru-
mihi Dauentriæ obtigit Præceptor uir Doctiss:
& opt: Senex Bartolemeus Colonensis. Ille hoc
unicè studebat, ut ad similitudinem Grammati-
ces, quæ nobis iam notior erat, Dialecticæ tracta-
tionem conformaret, Et ex duabus his artibus,
quantum fieri posset, quasi unam efficeret, Quod
utrum rectè fieri debeat, aut possit, in presentia
non disputabo, nos tunc, ut pueri, cum quasi ad
nota deduceremur, adplaudebamus. Sed utar
tamen exemplo & similitudine petita ex Gram-
matica,

matica. Ut enim prime etati, que ad Gramma-
maticam descendam adhibetur, proponuntur
primum Elementa prima singulae ac simplices li-
teræ, earum figuræ & potestates prius mox & or-
do & cognationes pueris inculcantur. Ex lite-
ris deinde docentur necesse Syllabas, Ex Sylla-
bis dictiones, & porro ex his orationem, Quæ si
pura, perspicua & certa est, ambiguitate omni
exclusa, & sensum mentis quam proximè atq;
exactissimè exprimit, tunc ea, quod ad Grammati-
cam rationem attinet, optima esse iudicatur, &
huc usq; procedit Grammatica. Vtrum mens in
iudicando uel pronunciando de re ipsa à ueritate
aut ratione recta deerrauerit, non curat, sed tra-
dit sermonem à se iam fabrefactum sorori sue Dis-
lecticæ examinandum, retexendum & refor-
mandum. Illa eodem modo sermonem à Gram-
matica acceptum, ut censuræ suæ ceu Lydio lapidi
recte subijcere possit, rursum in minutæ partes,
hoc est, in simplices uoces resoluit, Ab his exem-
pto sororis Grammaticæ incipiens, earum natu-
ram, uim, potestatem, cognationes, discrimina,
atq; disidia quam exactissimè inquirit atq; ex-
cutit, id sit per prædicabilia & prædicamenta,
que ostendunt ordinem & potestatem simplicium
uocum. Prædicamenta diuersos omnium rerum
& uocum ordines tradunt, Prædicabilia eiusdem
ordinis seu familiæ uoces rursum distribuunt, &
ostendun

ostendunt quæ latius, quæ minus latè patent, hoc
est, quæ plura quæ pauciora significant, quæq;
inter se necessariò, quæ non necessaria lege coa-
harent. Iam uoces simplices atq; adeo
res per illas significatas, ita certo ordine distri-
butas & examinatas, rursum alteri censuræ sub-
iicit Dialectica. Eius censuræ gubernatrix est de-
finitio. Illa nouam lucem his addit, et si opus est, ad
sororem suam diuisionem eas transmittit, ubi si
quæ latius patent distribuuntur, atq; hac quasi
~~προπατερενεσική~~ preparatas uoces, ducunt
Dialectica ad Methodum, priusquam ex his ser-
monem connectat. Methodus autem campus &
quasi palestra est, in qua definitiones & diuisi-
ones exercentur. Per metas & spacia huius cam-
pi ordine certo ducuntur uoces, ut num quid ada-
huc in his inexcussum sit adpareat. Et hæc nobis
primi libri materies ac quasi farrago erit. Ab
hac simplicium uocum censura & explicatio-
ne progressa Dialectica, tunc primum inter se
connectere uocabula docet, & extruit proposi-
tiones, in quibus partium connexio & genus
prædicationis, ut dicitur, accuratè obseruandum
est. Nam partes in affirmatiuis cognatas esse
oportet, neq; satis est id scire, sed & quo gradus
cognitionis inter se contingent, excutiendum est:
In negatiuis contra inter se dissidere aut pugnare.
Non enim idem est si dicam, Asinus non est equus,
& nis

*Qui contra leges non est iustitia, Hæc pugnant,
illa dissident: Ita singule orationes seu propositio-
nes per se primum excutiuntur, mox inter se &
conferuntur, sanguinuntur ac refinguntur, que nostræ
operæ erunt in secunda parte huius libri, sed non-
dum integræ orationis corpus habemus, uerum
exquisitam tantum partium censuram atq; ex-
plicationem, ex quibus ut in uvæ &c. sit, primum
maiora membra, tandem integrum corpus extru-
itur. Progreditur igitur Dialectica ab his mem-
bris minoribus ordine ad maiora, & quasi ab ex-
iguis fontibus aperit & diffundit sese in amplis-
simum flumen, Congregat inter se, & quasi ad
colloquium conuocat plures propositiones, sed
non ita ut illæ temerè concurrant, is enim ebrio-
rum aut mente deerrantium sermo est, uerum
certo loco, numero, ordine & lege eas conuenire
oportet, ut inde extruatur legitima argumenta-
tio, cuius quæ species, quæ uis, quæq; leges sint, suo
loco, nempe in tertia parte huius libri explican-
dum ueniet, Et tunc nobis altera pars Dialectices,
nempe ea quæ nuptiæ vocatur absoluta erit.*

Sed restat adhuc illa pars, que argumento-
rum materiam, uim & neruos suppeditat, nem-
pe εὐπετικὴ siue inuentrix, ea fontes ostendit, ex
quibus materia argumentorum hauritur, atq;
hæc iucundissima est consideratio, uidere ex qua
M parte

qua parte propositionum sumta sit probatio, &
qua lege, gradu, & ordine cum ea parte cognata
sit in affirmatiuis, & contrà quomodo dissideat
uel pugnet in negatiuis. Hic nobis sèpè respe-
ctandum erit ad fontes, hoc est, ad ἀνόλυτον.
& ea que libro primo, Secundò & tertio tra-
dita sunt. Est uero inueniendi ratio & locorum
doctrina exactè explicata in quarto libro, cùm
ea tractatione tamen non pigebit conferre To-
pica Ciceronis, & eruditissimum librum Rodol-
phi Agricolæ de inuentione Dialectica. In fine au-
tem huius operis falsorum argumentorum refuta-
tio docetur, ea est quasi exercitatio quædam, qua
ostenditur, qui sit præcedentium Præceptorum
usus, in iudicando pariter & inueniendo.

Habetis iam, optimi auditores, hac breui com-
memoratione expressam, & quasi oculis subie-
ctam totius huius utilissimæ artis atq; omnium
caterarum artium parentis, exiguum quandam
formam, eidem siue cylylon, quales forma para-
ue ædificiorum proponi solent, ex quibus tamen
utcumq; iudicari potest, qualis ipsa futura sit struc-
tura. Iam uestrum erit officium, si studijs uesti-
ris, imo si saluti consultum cupitis, hanc artem
primum ut ametis, eius præcepta & leges serio-
atq; exactè discatis, & eam ducem ac gubernac-
tricem uobis non tantum in studijs uestris & in
omni genere doctrinæ diligatis, commune enim
h.e.c

hec omnium disciplinarum ὅργανον est, sed ut
et in cogitationibus, consiliis et actionibus omnibus,
per totam uitam sit hæc uobis regula et ca-
non iudicandi, pronunciandi, statuendi et decer-
nendi de rebus omnibus. Nulla enim magistra et
gubernatrix melior ut studiorum doctrinæ, ita
sensuum et cogitationum omnium. Deinde De-
um unum cum mecum toto pectore orate, ut ille clemen-
ter mihi docenti et uobis discentibus adsit, ut la-
bor meus et uester sit honori Deo, et Christo
Redemtori nostro, salutaris Ecclesiæ, Reipublicæ,
quæ in plurimis hominibus et nobis ipsis.

Quod ut fiat, faciat Dominus no-
ster Iesus Christus. Amen.

D I X I.

PRÆFATIO IN
LECTIONEM CHRO-
NICORVM PRONUNCIATA
a Caspary Peucero Artis Medicæ
Doctore.

SÆPE audiuitis optimi auditores, in scri-
ptore historico quocunq; requiri σύνεσιν τω
λατινών καὶ διάφανην ερμηνευτικήν, que
duo multa complectuntur, ut iudicio sit prædictus
exactio, ut prudenti ac solerti obseruatione con-

M 2 sideret

sideret, ac discernat momenta, occasiones, causas, & uniuersim temporis actus omnes rerum & negotiorum, ut loca peruestigarit rerum gestarum, atq; explorata habeat tempora, ut personarum naturas, ingenia, & mores aestimare, & ex ijs alia, quæ expressa non sunt, argutè ac de extre coniectari norit, regaturq; non affectuum impetu, sed recti, constantisq; iudicij norma, ac deligat insignia & necessaria, prætereat obscura, quæ ut aliqua notatione celebrentur, digna non sunt. Deinde ut cognitas res atq; animo conceptas exponere posse significanter, perspicue, diserte, oratione rebus accommodata. Polybius his addit ut totam omnium temporum historiam animo comprehensam & uelut ante oculos, & in conspectu habeat, ut fiat historia & & & adiutor, integro profectoq; corpori similis. Eos, qui partes tantum ex historijs decerpunt, ait similes esse ὀνειρῶντας, id est, somniantibus, nec magis statuere & pronunciare de rebus posse, quam de elegantia & pulcritudine, uel perfectione corporis alicuius pronunciant, qui disceptas ac dispersas partes seorsim contemplantur, fabrica integri corporis, & compositione nunquam uisa.

His omnibus scitis excelluisse patrem & praceptorum nostrum carissimum Philippum Me lanthonem p.i.e & sanctæ memorie, cui utinam eo usq;

eo usq; Deus uitam prorogasset, donec incoata
à mundi exordio Chronicorum seriem, & ad
Caroli magni res gestas perductam feliciter,
pertexuisset. Res loquitur scriptorum idem te-
stimonio conuincente, qui conferatur ei copia &
uarietate doctrine, cognitione propè exacta hi-
storiæ omnium temporum, exquisiti iudicij recti-
tudine & grauitate, orationis disertæ atq; ex-
plicatæ facilitate, uix reperiri, ut taceam de cæ-
teris uirtutibus, quibus eminuit, & nobis pralu-
xit.

De Platone Aristotelem dixisse memorant.

Nulla ferent talem secla futura uirum,

Hoc uerius de nostro dicere Præceptore
possimus, cuius utinam cogitationes & scripta,
que ardenter pietatis, diuinæ lucis ac sapientiae,
solidæ eruditionis, moderationis eximiae, summæ
perspicuitatis, & consolationum efficacissima-
rum plena esse, tot annis nostra edocti experien-
tia didicimus: Utinam illa inquam, legere nobis
plura diutius & frui uerè cygneæ uocis uiuo ac
gratiissimo concentu licuisset. Platonii sunt: μα-
κέπιοι οἱ ἔωντες τῷ εἰ τὸ σωφρονῶντα
σόματον οἴντων λόγων. Quanto nos fuimus
beatores, dum compellantem nos & docentem
uoce præceptoris nostri Filium Dei, audire con-
cessum fuit. Sed emigravit ex hac fragili & ca-
duca uita ille in æternam, postquam certamen de-

certauit bonum, cursum suum peregit, fidem seruauit, ornandus corona iusticiæ, quæ illi in coelo reposita est. Et singulari consilio, ac misericordia Deus hunc ministrum et operemque in terra suum crudelium odiorum impetitionibus, et iniustarum calumniarum iniquissimis insectationibus, et commotarum turbarum quasi fluctibus, denique ingrauescentium in dies singulos operum laborum, et rumnarum ac solicitudinum oneri, quæ omnia incredibili, ac inimitabili tolerantia sustinuit, his ergo subtractum DEVS trans tulit in coelestem sedem, ubi in sinu Abrahæ, in letissimo complexu filij DEI Domini nostri Iesu Christi, quem in hac uita ardenter coluit, constanter confessus est, cuius nomen, gloriam, meritam, ac beneficia studio omni ac contentione illustrauit, ad quem, hoc ipso duce preces ipsius et uota praestante, spe, fiducia, ac leticia plenus, hoc carcere corporis solatus, commigravit. In huius (inquam) ubi complexu sine omni dubio, a curarum omnium impeditione liber, pro perpetuis eternis aeterna fruitur leticia pro exhaustis odij perfunditur flagrantissimo sensu amoris diuini: pro Sophistarum intricatis praestigijs, quibus extricandis et refutandis occipatus fuit, colloquitur cum FILIO DEI, et beatis de admirando consilio diuinitatis patefacto in missione FILII, et de admirando opificio naturæ

ture, quæ colloquia toties & tanto cum desiderio expetiuit, deniq; ubi pro conuiciorum, & calamitarum debacchationibus, quæ nobis obstreput, audit dulcissimum ἀκρόαμα decantante il lud choro Ecclesiæ cœlestis, de quo prædixit Daniel propheta. Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stellæ in perpetua æternitate: quam & inter nos bonos omnes improbitatem & virulentiam calumiarum, quibus hactenus immerito laceratum uidimus, nunc magis detesturos, Et si quæ ex harum aspersione nomini eius adhæserunt maculæ, eas gratam memoriam illustrium meritorum potituram atq; obruituram confido, οὐδὲ γὰρ τὸν ποῖον τὴν κετονὸν. Neq; ipsos credo hostes tam immanes futuros, ut quem patientissime omnia tolerantem ferre in uiuis non potuerunt, ei beatam quietem post mortem inuideant. Sed ad nostra re deo. Amisit ergo Academia Rectorem suum, de quo sapientum iudicia fuerunt, ibi futuram fuisse scholam, ubicunq; is substitisset, sicut de Scipione iudicatum scribitur, Imperium ibi fuisse futurum, ubi Scipio aut natus esset, aut rerum suarum collocasset sedem. Et amisit eum tali tempore, quo exposita iniurijs plurimis, uelut nauis in medijs tempestatum fluctibus, calumiarum procellis exagitatur & concutitur.

Etsi autem nos remiges reliqui nec proiectis
remis stationem deseremus nostram, nec deposita
gubernationis cura Academiam, quantum ad nos,
conuelli sinemus, ac disiici illorum inuasionibus,
a quibus petitur, tamen nostrae nobis imbecillitate
tis conscijs, quam simus huic nostro Rectori dis-
similes, quam impares tantæ moli gubernationis
intelligimus. Distribuimus operas morte in-
terruptas, ut quod humeris ipsius incubuit onus,
quodq; Atlanteo robore sustinuit solus, subea-
mus ac præstemus multi, collatis ac coniunctis
operis & consilijs ad fulciendam scholam, ne que
ipsi innixa, suffulti ipsius constitit, ac floruit, ip-
so amoto fathiscat ac corruat. Sed uix magno co-
nat, et non nisi D E O iuuante assequemur,
quod solus ipse nauit atq; effecit. Non deerimus
tamen fide, diligentia atq; imploratione auxiliij
diuini, uel glorie Dei ac ueritati, uel communi-
utilitati, uel officio nostro, uel saluti ac studijs ue-
stris. Idcirco ne in hac perturbatione publica
desponderetis animos, & de studijs desperaretis,
mature operas ab ipso relictas persequi atq; ur-
gere decreuimus, daturi operam, ut fide, diligen-
tia, atq; assiduitate sarciamus, que ingenij usu
rerum, copia & uarietate doctrine consequi ne-
quimus. Confidimus D E V M uel uotis ipsius
ac precibus postremis ac perpetuis, quibus scho-
lam & Ecclesiam hanc Deo commendauit, tri-
buturum

buturum, ut labores nostri ipso benedicente ac di-
rigente ornent gloriam Christi, utiliter seruant
Ecclesiae, & profint plurimis.

Cessit autem ex ea partitione decreto &
mandato senatus Academiae mihi pars operarum
penè difficilima, cura scilicet pertexendi seriem
historiarum in Chronicis, quæ reliqua est, cuius
rei cùm magnitudinem mecum perpendo, & meo
me pede metiens ad illa uires meas comparo atq;
examino, à quibus uel annalium notatorem in-
structum esse oportere suprà ostendi, & uos om-
nes præceptorem & Patrem meum carissimum
paratißimum fuisse scitis, uideo me onus multò
maiis uiribus meis subiisse. Accedunt ad difficul-
tatem pericula, quæ tanto obijcentur maiora,
quanto tractatio nostra tempora proprius attige-
rit, ut nihil dicā de rerū obscuritate, & scriptorū
negligentia, qua factum, ut de præcipuis & maxi-
mis rebus penè nihil nisi coniecturis explicari
possit. Etsi igitur maluissēm non suscipere ope-
ram hanc, quam ceptam postea cum meo dede-
core & damno schole publico de manibus de-
ponere: Tamen ne uiderer defugiendo aut re-
cusando partem publicorum laborum meæ uo-
luisse consulere tranquillitati & ignauiae, expe-
rii decreui, quid in hoc genere possim præstare,
& confido, uos omnes quibus fidem meam &
studium probare cupio, hoc inserviendi uestris

commodis qualemque studium meum in optimam partem candidè interpretaturos esse.

Incoata esse meministis tertiam partem Chronicorum à mentione translati à Græcis imperij ad Reges Francorum, cui mutationi occisionem præbuit, seu ignavia Græcorum Principum, seu Exarchorum Tyrannis, seu uicinorum regum imperij sedem appetentium machinationes, seu ut potius reor, ambitio & auaritia Romanorum Pontificum, inhibantium ijs, que de imperio Romano post electos Gotthos nondum à Longobardis occupata erant. Superbiam suis, & antecellendi, ac dominandi cupiditatem infinitam in Pontificibus Romanis, inde usq; ab ijs temporibus, quibus eorum autoritas aliqua esse cepit, Imperatoribus ad fidem Christi conuersis. & horum ambitione & astu ex lacerationibus ac ruinis partim Ecclesiarum Orientalium, partim Imperij Romani raptam potentiam, paulatim creuisse magis magisq; ipsis primo Principatum inter Episcopos, & in uniuersas orbis Christiani Ecclesiæ dominium sibi arrogantibus, mox & impese ex ruderibus lacerati ac distracti imperij instruentibus atq; armantibus, historiæ docent. Cū enim in Nicena Synodo decretum esset, ut Alexandrinus Ecclesiarum in Africâ, Antiochenus Asiaticarum, Romanus Occidentalium inspactor

Spector esset, atq; gubernator, & adiunctis his
esset Hierosolymitanus, qui Palæstinae præsideret,
Tandem uero Constantini decreto accessisset ad
hos & Byzantinus: His ergo ita constitutis mox
Romanus turbata æqualitate rem eō deduxit, ut
nihil, quod à ceteris deliberatum esset & sanci-
tum, ratum habere uellet, nisi ab ipso esset præ-
cipue approbatum, & paulo post motis ab Arrio
certaminibus de Filio DEI, & orientalibus Ec-
clesijs hac contentione conuulsis, ac distractis,
hanc autoritatem ex illis dissidijs auxit atq; con-
firmauit, donec tandem Mahometico furore O-
rientalibus oppressis, ac penè extinctis, Bizanti-
no soli de principatu litem mouere cepit, quam
assentiente & suffragante imperatore Phoca ob-
tinuit. Ita incitati Romani Episcopi ruentium
in Asia atq; Aphrica Ecclesiarum interitu, &
fiducia elati autoritatis acquisitæ, speq; huius
confirmandæ & potentiae amplificandæ, de trans-
ferendo ad se se dominio in omnes orbis Christi-
ani Ecclesiæ, & hoc in suos usus conuertendo, ex-
emplo ueteris forme Romani imperij cogitare,
idq; ut consequerentur, nihil non moliri atq; ex-
periri ceperunt. Adeptum tandem domini-
um & rapam cum hoc potestatem imperandi
ceteris, & quem pro arbitrio statuendi sanci-
endiq; contulerunt eō, ut ministerium Euange-
lij in Monarchiam politicam distinctam ab Im-
peratoris

peratoris potentia commutarent, & sapienter
ac piè constitutum, distributumq; conuenienter,
& ad conseruationem puritatis doctrinæ & gu-
bernationem disciplinæ seuerioris directum pul-
cerrimum ordinem prime Ecclesiæ, huic suæ Mo-
narchie stabiliendæ, tuendæq; accommodarent.
Constituerunt ergo quasi Monarcham orbis Chri-
stiani Romanum pontificem, frustra reclamanti-
bus, & refragantibus cæteris Episcopis, & Ro-
manum iniuste hoc ius, & hanc potestatem usur-
pare contendentibus. Subiecerunt autem huic Ec-
clesias aliarum gentium orbis Christiani, distri-
butas uelut in ἐπαρχίας seu prouincias, & re-
ligione Iurisiurandi eidem obligarunt ad fidem
& obedientiam. Proximi fuerunt pontifici uo-
cati Patriarchæ, qui ut hodie apud Turcos Bel-
lerbeij, uices gesserunt absentis pontificis extra
Europam in reliquis orbis terrarum partibus,
Asia atq; Europa.

Aphricanus Alexandriæ, Lybicas & Agyptias
procurauit, uocatus διερμηνος κριτης.
Antiochenus Asiaticas, quantum scilicet de his re-
liquum fuit sub Mahometici regni iugo. Bizan-
timus Ionicas, & reliquias Asie littoralis. Hiero-
modo, quo Europeas is, qui se supremum ponti-
ficem constituebat, sicut ad Turcas prouincias in
Europa administrat Bellerbeus Europeus, in Asia
Asiaticus,

Asiaticus, in Africa Aegyptius, quem post destruētum Sultanorum regnum Selymnus collocauit in urbe Memphi. In harum partium prouincias collocarunt μητροπολίτας, quos Archiepiscopos vocarunt, ut Romani olim proconsules, aut prouinciarum duces, uel comites, Persæ Sapras, Turcæ Bassas. Quorum si plures requireret prouinciae amplitudo, unum eorum εξαπέχεσse esse & primatem, alium quempiam legati munere fungi uoluerunt, qui ceu questor adesset proconsuli in prouincia. Metropolitis suberant Episcopi, ut hodie in regno Turcico Bassis parent Sansachi. Horum διοικήσεων ad certas prouinciarum regiones astricta & particularium distincta tractuum limitibus, comprehendebat impositos his χωρεπισκόπους, Presbyteros, Archidiaconos, Diaconos, ὑπδιάκονους, ανεγνώσκους, λαχτάρας, ἐπορκισάρας, θυρώρας, ὑπηρέτας & totam reliquam iερατικὴν τάξιν, constitutam ad hoc, ut administraret τὰς πόσικας. Sed has ex primæ Ecclesiæ constitutione appellations solas retinuerunt, officijs ipsis & ministerijs in abusum conuersis.

Omnibus his addiderunt tandem numerosa agmina monachorum & sacrificulorum, quasi exercitus quosdam comparatos ad custodiendas, inq; officio continendas prouincias, & ad eas leges in singulos exequendas, quæ autoritate pontificum

tificum latē erant. Summo pontifici senatum
Cardinalium certa officiorum distinctione, Epi-
scopis collegia Canonicorum adiunxerunt, ex
quibus legerentur successores. Et hanc ut tue-
rentur maiestatem, terruerunt Principes fulmi-
ne anathematis, & munierunt sese opibus ac po-
tentia, pertractis ad se, aut fraude uel pretextu
quocunq; occupatis prouincijs. Deniq; eō pro-
gressi sunt audacie & impudentiae, ut fingere
non sint ueriti, concessionibus imperatorum sese
usurpare potestatem, quam exercent, contra om-
nium historiarum annotata, & diuina constitu-
tione pontificum maiestatem complecti regna
mundi & potestatem habere eripiendi imperia
Monarchis, & tradendi eadem alijs pro arbitrio,
contra expressas & euidentes prohibitiones
diuinas.

Hinc natæ disputationes & de potestate pone-
tificum, non solum in Ecclesiis, sed & imperia
mundi, & de iure dominij politici, quod praetextu
fictarum donationum iactitant, que & to-
tum commouerunt orbem Christianum, & totius
turbatam Germaniam concusserunt atq; af-
fliixerunt, commissis inter se Principibus, ut frans-
gi potentiam, & labefactari tandem autoritatem
necesse fuerit. Testantur id historiæ bel-
li Henricorum, tristis seruitus imperatorum Sue-
uicorum, Ludouici Bauarici certamina. Conten-
tiones

tiones de primatu pepererunt stulte & ambiti-
ose κανονικού potentiae politicae, quod uel er-
zore & ignoratione discriminis inter ministerie
um Euangelicum & potestatem politicam, uel
ambitiosa malicia finixerunt oportere talem in
Ecclesia Monarcham esse, qualis esset in imperio,
& cundem oportere esse instructum potentia at-
que autoritate tali, qualis illius esset, & eodem
consistere hunc loco oportere, quo ille, & quo-
cunq; is translatisset imperij sedem, eodem alteri-
us sedem hac ipsa translatione trahi atq; colloca-
ri. Victor Papa primus circa annum nati sal-
uatoris ducentesimum Ecclesijs Orientalibus
nouas ferre leges, & has si recusarent, minitari
anathemata ausus fuit. Huic acriter restitit
Ireneus Episcopus Lugdunensis auditor Polycar-
pi, qui Iohannis Euangelistae discipulus fuerat.
Postea Synodus Nicena autoritate & dignitati-
bus exequauit Alexandrinum, Antiochenum &
Romanum, & singulis certarum Ecclesiarum in-
specctionem commendauit.

Hæc æqualitas conseruata est usq; ad tempo-
ra Mauricij & Phocæ imperatorum, quibus qui-
dam Iohannes Patriarcha Constantinopolitanus
ex uita monastica simulatæ humilitatis commen-
datione cœctus ad Episcopatū, non contentus suo
loco & munere, se διαμενιόp, dici & cæteris
superior esse uoluit. Huic cū se opponeret Pelagi⁹

& Grec⁹

¶ Gregorius Magnus, assensit tamen Mauricius Imperator, prestigijs eius persuasus, & omnes
μενικὸν eum declarauit. Cui renunciationi cum
reclamarent Pelagius II. & Gregorius Magnus,
Phocas, qui Mauricium interfecit, metuens defe-
ctionem Italiæ ab Imperatoribus Græcis, titulum
hunc Gregorio detulit, et si is eum non agnouit.
Eundem titulum eodem tempore simili loris pre-
textu sibi uendicauit Episcopus Rauennæ, eo
quod grassantibus in Italia Gotthis, & Roma à
Gotthis capta ac uastata, Valentinianus Junior
Imperij sedem fecerat Rauennam, quam & missi
à Græcis Imperatoribus Exarchi ad Italiam de-
fensionem contra Gotbos & Longobardos mu-
nierunt. Sed hoc oppresso mox idem certi-
men post Gregorij mortem sub Bonifacio III.
Circa annum Christi 507. recruduit & uer-
bentius exarsit, inter Romanum & Constan-
tinopolitanum, cum quidem causam cognoscen-
te & disceptante Phoca decretum factum est, ut
titulum δικαιομενικὸν usurparet Romanus Epis-
copus.

Hoc freti decreto Pontifices Romani, paulatim
augere magis magisq; potentiam suam ce-
perunt, usi occasionibus, quas irruptiones Gothi-
cæ ac Longobardicæ, ac Italiam dilacerationes pe-
terunt. Nam cum missus in Italiam ab Impera-
tore Constantinopolitano Theodoricus Gottho-
rum

rum Rex ad expellendum Odoacerum non aude-
ret inuadere Romam, quam Odoacer tenebat, sed
subsisteret Rauenna, & Roma subinde dominos
mutaret, alijs alios excutientibus, Romani pon-
tifices hac occasione paulatim sibi adiunxerunt
& deuinxerunt ciuium animos, pertaos tam
crebrarum & periculosaarum mutationum, quos
fractos calamitatibus respicere ad ipsos, & ex
ipsorum consilijs pendere animaduertebant. Ita
factum, ut cum autoritas Pontificum inualuisset,
post deuictos, domitos & oppressos ope Longo-
bardorum Gotthos, Romani consilio & hortatu-
ac ductu Pontificum neq; Exarchis pareret, neq;
Longobardos admitterent, sed utrisc; uterentur
ut socijs. Sed cum uexarentur ab utrisq; & Lon-
gobardi exarchis tandem electis occuparent quæ
ipsi possederant, & appeterent regnum Italie ac
dominium urbis Romæ, tandem pontifices metu-
entes potentiam & minas ac machinationes Lon-
gobardorum, & cupientes, que his occasionibus
sua fecissent, non munire tantum, sed pluribus ad-
iectis augere, attraxerunt Francos contra Lon-
gobardos. Primo ergo Pipinus rogatu pontificis
Hadriani & Romanorum ingressus in Italiam, pa-
cem fecit inter pontificem & Astulphum Regem
Longobardorum, quem coëgit Romanis cedere
de ijs, quæ Exarchis eripuerat, quod hoc potissi-
mum consilio factum existimo, ut essent muniti-

ores atq; confirmatores aduersus imminentem
& infestum ipsis Longobardorum potentiam.

Postea cum Desiderius ultimus Longobardo-
rum Rex non desineret bello laceſſere & preme-
re Romanos, Carolus Magnus idem primò fecit
quod pater, & Vrbem Romam ingressus, patrici-
orum numero à Pontifice Stephano aſcriptus eſt,
ſed cum uiolatis foederibus repararet bellum De-
ſiderius nec quiesceret, reuersus Carolus ſecundo,
hunc acie uictum & captum abduxit. Eoq; Leo-
diu m relegato in exilium, in quo mortuus eſt, ex-
archatum Pontifici restituit. Tum primum Ponti-
fices, qui res Ecclesiasticas ante procurarunt ſo-
las ceperunt cum Ecclesiæ administratione ali-
quam politice gubernationis partem coniungere.
Sed Iuris in urbem Romam & imperium Roma-
num nec habuerunt quidquam, nec ſibi uendicau-
runt, nec uel tranſulerunt, uel transferre in Ca-
rolum potuerunt, cum Græcorum Imperatorum
legati molitionibus pontificum aduersarentur, &
conarentur prohibere, ne in Italianam Francia aſ-
ſilia pertraherentur.

Verūm cum Græcus Imperator Constantinus
agente id matre Irene,* ex transactione Carolo
ceſſiſſet Imperium Occidentis, & Nicephorus
Imperator post Irenen ſublatam eadem pacto
atq; conuenta renouaſſet, tūm demum Carolus
diadema ornatus à Pontifice factus eſt dominus,
& Vrbis

¶ Vrbis Rom.e, & Itali.e, & titulum imperato-
ris usurpauit, non ex Pontificis seu renunciatio-
ne, seu diadematis impositione, sed iure belli &
transactionis. Quos bello defenderat ac seruarat
rogatu Pontificis, ab ijs spontanea deditio[n]e ac
subiectione susceptus, dominium eorum obtinuit
iure belli, idq[ue] confirmavit concessio ac consensus
Imperatoris Græci, qui cum antea uerè Dominus
fuisse[t], Iuri suo renunciauit, idq[ue] libere in Caro-
lum contulit, cum quidem retrahere ad se[m]e] amisa-
& recuperare desperaret, quod se imparem
potentiae Fracice esse intelligeret. Hec cum ex hi-
storijs manifesta sint, commentitia esse, & falsa
qua Pontificie potestati excusandæ uel pingendæ
potius prætexuntur, non est dubium.

Quæ de Constantini donatione finguntur, im-
pudentiora sunt, quam ut refutationem increau-
tur, cum multos post Constantimum Imperatores,
& horum duces alij exarchos Romanam tenuisse
constet, nec dominij Pontificum ulla uspiam fiat
mentio.

Primum inter Episcopos tuerunt sola Pho-
ce Imperatoris concessione, quem & Nicena Syro-
dus expresso decreto prohibuit, & multi ex Epi-
scopis Romanis ante Bonifacium recusarunt,
quod fas non esse faterentur, ut se quisquam
Ecclesiæ caput & principem constitueret.

N 2 Nec

Nec Græce Ecclesiæ unquam agnouerunt Episcopum Romanum tanquam ὄικος μεγικόν, nisi illis 58. annis, quo Galli occupato Byzantio Græcum imperium gubernarunt, à Comnenis sublati usq; ad Michaëlem Paleologum.

Commenta de donationibus Pipini, Caroli Magni, Ludouici Pij, deq; collato in Pontifices im-
perio urbis Romæ & Italie, similiter historiarum consensu redarguuntur. Constat enim Lotharium Ludouici Pij filium nouos in urbe Magistratus creasse, cum immunitatibus à patre & suo concessis ciues abuterentur, & rexerunt ac constituerunt Italiam successores Lotharij ex eadem familia, & post eos Ottones & alij. Imò cum Pontifices noui crearentur, constat electionem non fuisse ratam, nisi eam Imperator approbasset.

Quod uero ex constitutione Ottonis tertij obiicitur, non fieri Imperatores, nisi consecratos & diadematè imperatorio ornatos à Pontifice, nihil patrocinatur commentitiæ potestati Pontificum. Nam Ottonis constitutio ius & potestatem eligendi omnem designatis ab ipso electoribus attribuit, qui non tantum Regem Germanie, ut Pontificij assentatores falso fingunt, sed Imperatorem Romanorum eligunt. Pontificis consecratio nihil aliud est, nisi electi renunciatio, & testificatio, quod legitimè & secundum leges electus fit.

Non

Non tradit Pontifex imperium electio impe-
ratori, sed hoc ei legitimè traditum esse testatur
ab ijs, penes quos est electio, Sicut Episcopus Re-
mensis non tradit regnum regi Galliae, quòd ac-
cipit nunc Iure successionis, sed iusta & legitima
cum successione regnum capessere, sua consecra-
tione profitetur. Neq; electio est pontificis, sed ut
dixi, renunciatio, qua electio publicè declaratur
orbi terrarum, & eam quidem habent nullo Iure
diuino, sed humano prorsus, id est, primorum in
Occidente Imperatorum beneficio & concessio-
ne, qui uel religiosa moti de primatu, quem ia-
starunt Pontifices, opinione uel reuerentia urbis,
que sedes fuisse Imperij tot annos, uel eò moti,
quod ad defensionem urbis, & Italiæ assertionem
contra Longobardos optima spe & opinione de
ipsis invitati essent, à Romano Episcopo potius
quam alio hanc fieri renunciationem uoluerunt.
Hæc monui paucis, ut in historijs talia conside-
rentur contra Pontificum figmenta, inter quæ gra-
uissimum est, & in Deum contumeliosissimum,
quod Clementina Pastoralis & constitutio Boni-
facij expressè affirmat, Pontificem mandato di-
uino, armatum esse ea potestate, qua possit trans-
ferre imperium pro arbitrio ad quoscunq;, quo
figmento Pontifex Rodolphum Sueviam ducem,
cuius cadaver Mersburgi sepultum est, impulit
ad bellum mouendum Henrico IIII. Ex cuius

Sorore natus erat, missō ei diademe cum tali ins
criptione.

Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho.

Sed hæc prolixius persequi desinam, & in
ter prælegendum de singulis dicendum erit accu
ratus.

Oro autem Deum æternum patrem Domini
nostrī IESV CHRISTI, ut in hac orbi
tate clementer respiciat nos, & tueatur ac foue
at hos coetus Scholasticos, & adiunet ac dirigat
conatus nostros in explicatione necessariae do
ctrinæ, ut opera nostra seruiat utiliter glorie
ipsius, Ecclesiæ & Reipublicæ, per & pro
pter IESVM CHRISTVM fili
um eius Dominum nostrum, cruci
fixum pro nobis ac resus
citatum. Amen.



ORATIO

ORATIO PETRI

VINCENTII VRA

TISLAVIENSIS HABITA VITE
bergæ, cum post obitum Reuerendi uiri

D. Philippi Melanthonis ex Silesia

reuersus rursum publicas le-
ctiones incoaret.

Redeundi mihi longo interuallo tanquam ho-
spiti ad intermissas aliquandiu publicarum
lectionum operas, breuiter quædam ab hoc loco
et tristi tempore nostro minimè aliena præfari
necessæ est, ut et officium meum Academie ostendam,
et studium uoluntatemq; meam omnibus uo-
bis probem:

Ἐπ παρὸς ἐσλόπη πίματα οὐπ

Δύο δέουνται βροτοῖς

Ἄδαντοι, Verè recteq; dixit de inæquali et
momentanea malorum euentuum cum bonis ui-
citudine, ac rerum humanarum inconstantia,
et uetus et sapiens Poëta Pindarus. Quod me,
ut hoc tempore cogitarem, cum multa communis
uite tristia exempla, tūm paucorum dierum ani-
mo meo per acerba nuper monuit experientia.
Eram ante Mensem, ut scitis, in patriam profe-
ctus, partim rerum necessiarum cauſa, partim
(dicam enim ingenuè) ut ueterum et dulcissimo-

rum amicorum complexu, quorum, præsertim
in ætate ingrauescente, iucunda consuetudo non
immerito pars quædā felicitatis existimatatur, nō=
nihil recreatus, ad pristinas in Academia operas
faciendas redirem alacrior. Sed ô rem miseram
et omnium lacrimis et oratione deplorandam.
Hanc prauam leti temporis usuram, quasi è ue=
stigio consecuta, acerbissimi casus tristissima fa=ma
excepit, et tanquam inopinata calamitas sic me
oppressit, ut in animo meo, ne sensum quidem ul=lu=rum iucundæ in Patria peregrinationis reliquum
fecerit. Vix enim limites patriæ urbis egressus
eram, cum tristissimæ literæ de periculosa febri
Reuerendi et clarissimi uiri Præceptoris nostri
uiro D. Caspero Peucero artis Medicæ Doctore,
Rectore nunc Academiæ, genero illius et come=patre meo carissimo. Hæ cum quasi πρόσωποι
mali grauioris, quod impendebat, non leuiter ani=mu=mum meum uerberassent, quod uitæ sensis conse=eti et ætate et laboribus, uehementer timerem,
Ecce eodem die, summa celeritate, quasi altera
tempestas, fama de obitu secuta est, que ut im=prouisum et atrox fulmē adeò deiecit et obstupe=fecit omnes sensus meos, ut ab eo die ne nunc qui=dem me colligere potuerim. Hærebam initio du=bius animi, non solùm quid esse plerunq; soleret
fama, Tam facti prauiq; tenax quam nuncia ue=r*i*, ut

ri, ut ait Virgilius noster, Verum etiam ac multo magis, quia credimus difficulter & tarde, nec sine metu tamen, quæ credita ledunt, secundum alium Poëtam. Festinabam igitur quanta poteram itinerum contentionem, ut, si quod ardentibus uotis optabam, ea fama mendax fuisset, concepto apud animum grauiissimo metu quam primum liberarer. Sed proh dolor, quo prius accessi, hoc uaniorem non iam famam, sed meam dubitationem deprehendi. Tum quæ animi consternatio, qui pauor & aegritudo, qui luctus & stupor me inuaserit, quam miserabilis huius urbis aspectus, quam tristis introitus, quæ lacrimæ meæ fuerint, quantum doloris & mœsticie, nunc etiam animo meo circumferam, equidem fateor me dissimulare studuisse, ne de summa Reipublicæ, cuius incolumitatem DEO curæ deinceps fore, & optimus & confidere debemus, desperare cuiquam uiderer. Sed tandem opprimenti doloris magnitudine imbecillitatem animi mei sentio. Nec iam illius beati patris & præceptoris nostri uicem doleo, cui post tot annorum labores, ærumnas, pericula, ualentudinis imbecillitatem, addo etiam Sycophantarum in postremo quasi actu uitæ rabiosas insectationes, quæ in hac hominum peruersitate sunt magorum uirorum, & benè de Ecclesia & Republica meritorum usitata præmia, felix & tran-

quilla ad portum melioris uitæ, ubi lœto Dei p^{re}
tris & Filij ipsius Domini nostri I E S V C H R I=
S T I & spiritus sancti conspectu, ac sanctorum
omnium optata consuetudine fruitur, de hoc ca=
lamitoso seculo emigratio potius gratulanda est,
Sed partim nostra orbitate, qui ab illo fidelissimo
Præceptore tanquam altero parente docti atq;
educati, & saluberrimo doctrinæ, pietatis, & op=br/>timarum artium quasi pabulo enutriti sumus,
partim uero Reipublicæ & Ecclesiæ cum primis
iaætura, quam fecit illa amissò hoc Duce, & im=br/>pendentium malorum, que obitus talium guber=br/>natorum sequi solere multa uetus tatis exempla
docent, luctuosa cogitatione non possum non com=br/>moueri.

Amisimus enim nostrum & Ecclesiæ huius
temporis decus & præsidium unicum, studio=br/>rum, doctrinæ gubernatorem cum nullis aut cer=br/>te paucissimis retro seculis conferendum, προ^{στ}
άτιλ Lutheri fidelissimum & sapientissimum,
& post illius obitum in Ecclesijs, quæ Augusta=br/>nam confessionem amplectuntur, publici consilij
Ducem placidum & salutarem, inuicta animi
magnitudine, uirtute & patientia, que in eo si=br/>gulare Spiritus sancti donum erat, superantem,
& rabiem, sed etiam perfidorum discipulorum
trans-

*transfuge Staphyli & similiū Sycophanticas
flagellationes.*

Amisimus prōh dolor felicissimum in Ecclesia
atq; constantissimum interpretem, propagato-
rem & defensorem doctrinæ Christi, cuius lucem
ministerio Lutheri his mundi postremis tempo-
ribus Deus immensa bonitate rursum accende-
rat. Sophistes profligatorem ferè unicum &
ueritatis partim Monachorum hypocrisi, partim
Antinomorum confusis clamoribus oppresse uin-
dicem exercitatissimum & acerrimum, & ex-
pli catorem maximè perspicuum. In Scholis ue-
rō linguarum & omnium optimarum discipli-
narum atq; artium excitatorem & illustrato-
rem. In priuato autem coniunctu patronum,
Patrem, Præceptorem, Collegam, & amicum be-
neficium, pium, fidelem, mansuetum, hospita-
lem, hilarem tūm sui ipsius, tūm omnium que
in potestate habebat liberalissimum communi-
catorem, complectentem quotidie assiduis &
sanctissimis precibus ac gemitibus ad D E V M,
sparsam toto terrarum orbe sanctam Ecclesiam,
& paterna benevolentia & omnibus humani-
tatis officijs ad extremum usq; huius caducæ &
fragilis uitæ Spiritum nos omnes ac singulos
prosequentem. Hæc tot & tanta bona unius
mortæ nobis erupta esse meritò dolemus, & qui-
dem tali tempore, quo illis carcere omnū minimè
posse

posse uidemur, labascentibus passim doctrinae stu-
dijs & crescente indies illiteratorum & Sophis-
starum petulantia atq; rabie, & impendentia
bus tristissimis certaminibus, que confusiones Im-
periorum, & Reipub: Christianæ deformem uad-
stitatem atq; ruinam attractura esse, dubitari non
potest.

Hec uerè sunt non iam, ut ait Pindarus, ἐπ
παρ' ἔθλῳ πύματα δύο, sed potius Ilias &
immensa quædam colluuios malorum, quæ cùm
uideantur ferè ineuitabilia, ut non modo sapiens
ter & quemadmodum monet idem Poëta κόσμῳ
Φέρειν, & in iisdem, ut bonos decet, τὰ ναλά
ἔξω τρέπειν, Sed etiam piè, & admodum Deo
placentem, ut par est facere Christiana pectora,
sustinere possumus, reprimamus iam quantum
possimus ingentem animi nostri dolorem atq;
mæsticiam, & consolationibus diuinitus propo-
fitis ericti, non de remedij impendentium cala-
mitatum, que uix ulla apparent, sed qualicunq;
leuatione cogitemus. Nec eò solum, quod sapiens
& antiquissimus scriptor Homerus dixit:
ἢ τις πῆχεις πέλεται κρυεροῖο γόοιο
ῶς γαρ ἀπεκλώσαντο θεοὶ δελοῖσι βρο-
τοῖσι
ζώειν ἀχνυμένης.

Sed multò magis admoniti de clementissima
uoluntate Dei ex doctrina Ecclesiæ, que cùm
concedat

concedat Christianis luctum mediocrem eorum
causa, qui ex confortio uitæ huius ad cœlestem
consuetudinem euocati sunt, uerat tamen moero-
re contabescere, tanquam τοὺς μὲν ἔχοντας εἰλ-
πίδα, ut inquit uox Apostolica: colligamus de-
inceps nos, ac primum omnium memores simus
gratitudinis, quæ Deo debetur, quod reuerendum
uirum Præceptorem carissimum nostrum tanta
ingenij præstantia, eruditionis & doctrinæ copia,
iudicij rectitudine, eloquentiæ suauitate, pietate
erga D E V M, & erga homines beneficentia
& comitate, & infinitis alijs uirtutibus præcla-
rè instructum atq; ornatum his postremis tem-
poribus clementer excitauerit, in hac tetraopi-
nionum confusione, ad instaurandam cum reue-
rendo Patre Martino Lutheru doctrinæ in Eccle-
sia puritatem, & ex magna scribentium uarie-
tate & dissimilitudine, certum, illustre & ex-
plicatum doctrinæ de Deo corpus contexendum,
& ad illustranda studia linguarum & artium
optimarum, quæ sunt tanquam fideles pedisse-
que ad explicationem doctrinæ de Deo ncceffä-
rie. De hoc summo & peculiari beneficio, quod
Deus huic mundi extremæ ætati per hunc uirum
tandem concessit, uel potius benignè largitus est,
de collecto inquam, atq; composito corpore do-
ctrinæ, utcunq; hoc allatrent ingrati Sycophan-
tie, atq; interdum suggillent etiam quidam scioli,

non

non aliter atq; bonos pinnos lacerant mordaces
catelle, ut de doctrinis alicubi Plato eleganter
dixit, si qua erit pia & erudita posteritas, quem-
admodum fore confidimus & optamus, ea & be-
nignè iudicatura, & tota mente & coniunctis no-
biscum iudicijs & uoluntatibus, Deo gratias sedu-
lo actura est.

Deinde retineamus grata mente memoriam
ingentium beneficiorum, quibus hic uir Pater &
Præceptor carissimus noster annos quadraginta
duos, non solum Ecclesiam & Scholam huius op-
pidi, sed etiam totam Germaniam patriam no-
stram, atq; adeo omnes Europe Ecclesiæ Deo
dante, indefessis laboribus, uigilijs, lucubrationi-
bus, docendo, scribendoq; adfecit, iuuit, prouexit,
erudit, consolatus est, monuit & confirmauit.

Hanc uero ipsam gratitudinem, ut dixi, ad
Deum autorem referamus, nec aliter statuamus,
quam ipsius inexhaustæ misericordiae & erga
genus humanum & Ecclesiam postremi tempo-
ris immense benignitatis præstanißima dona fu-
isse, hæc duo illustria & salutaria organa, Luthe-
rum atq; Philippum, quorum ministerio fidei in-
stauraretur lux & puritas doctrinæ in Ecclesiæ
Monachorum & Pontificum Sophistica & Ty-
rannide obscuratae, & tantum non extinte:
Exuscitemus nos etiam illorum exemplo, ut cun-
ingenij

ingenij donis, que aliter alijs à Deo, ut ipsius propria esse agnoscantur, distribui humano generi solent, illorum pares nequaquam esse possumus, siquidem ut ait Homerus noster:

Ἐντωρέου τάντας θεοὶ χαριέντα δίδοσι,
τανδράστηρ ὄντε φύκη. ὄντε ἀρ φρένας ὄντε
ἄγορκτηρ.

Diligentiae tamen & assiduitatis imitatione uel saltem uoluntate & mediocri conatu uera, recta, utilia docendi & discendi, quam proxime fieri potest, nos ad illorum industriam accedere, & pulcherrimum depositum patrum nostrorum fideliter custodire, & integrum atq; incorruptum ad posteritatem transmittere studuisse, omnibus appareat. Quia in re cùm eorum præceptorum, qui sunt superstites, & secundum communem omnium præceptorem piæ sanctæq; memoriæ Philippum Melanthonem de meis auctoris auditores, atq; adeò de totius Ecclesiæ studijs iam pridem bene meriti sunt atq; merentur, solicitude, diligentia, suscepiti labores, uigilantia & assiduitas, sint in conspectu, æquum est & iustum, eos qui discendi caussâ huc accesserint, sedulitate, modestia uitæ, equanimitate & honestissimam uoluntatem, & eorum in docendo omnibus officijs excitare industriam, nec

nec morose & cum Dei contumelia requirere
eam perfectionem & copiam doctrinæ, que in
Philippo fuit Dei donum peculiare. Cuius
quemadmodum diuinam ingenij uim & eruditis
onis multiplicem uarietatem, delectum & suauis
tatem rerum tradendarum & explicandarum,
felicia deniq; dona prestantissimarum uirtutum,
gratiam & autoritatem optare impunè cuius
uis licet, ita ab ijs, in quorum Deus ea non uoluit
potestate esse constituta, sed ut Paulus inquit, ad
mensuram certam distribuit atq; concessit, ad
amissim paria exigere, & aspernari docentium
suo loco mediocritatem, ea uero barbarica & in
Deum, ut dixi, contumeliosa morositas futura es-
set, à qua bonos omnes, doctrinæ, pietatis, uirtutis,
communium studiorum & humanitatis aman-
tes, & quod æquissimum est, acerbissimi luctus
nostrí socios, confidimus, ut par est, auribus, oratione
atq; animis alienos esse, debere quidem omnes,
quibus sana mens est, certò scimus. Deniq;
in hoc sedulitatis proposito etiam diuinis pro-
missionibus confirmati, erigamus nos ad spem, ne
que infelicis neq; pœnitendi prouentus laborum
nostrorum, quos dirigit Deus, & gubernabit
procul dubio etiam in hac imbecillitate ingenios
rum nostrorum, & prouehet ad nominis & Ets
angelij sui gloriam, & multorum hominum ac
nostram ipsorum salutem, quemadmodum con-
fidere

fidere nos iubent hæc diuina dicta, quæ sœpè re-
peti auditis, Ex ore infantium & lactentium per-
fecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas
inimicum & ultorem, Et ad totam Ecclesiam per-
tinet consolatio dicta à Paulo: Virtus mea in infir-
mitate perficitur. Propagabit igitur Deus ueram
doctrinam & conseruabit Ecclesiam etiam repu-
erascentem in sua quasi senectute, Sicut dulcissi-
mè in Esaia dicitur, Qui portamini in utero meo,
usq; ad senectam & usq; ad caniciem ego baiula-
bo, ego feci & ego feram, ego portabo & salua-
bo. Excitabit etiam ex nostro cœtu, & alijs
pia & erudita ingenia destructura inimicum &
ultorem, hoc est, contradicturna Diabolo & orga-
nis eius Apostatis, Sycophantis, & calumniatori-
bus, Et è nostra ac totius uisibilis Ecclesie socie-
tate extruet templum sanctum suum, nec sinet
labores nostros cum invocatione & fiducia uni-
geniti filij sui Domini nostri Iesu Christi, sedentis
ad dextram aeterni Patris, & hominibus dona-
dantis suscepitos, irritos aut inanes esse in Domi-
no.

Hæc breuiter uolui prefari meo loco, cùm
post reuersionem è patria mea, & à luctuo-
so reuerendi & dulcissimi nostri Praeceptoris o-
bitu, qui etiam hoc nomine, quod in absentiam
meam incidit, acerbiorum mihi attulit animi
dolorum, ad usitatas prælectionis publicæ ope-

O ras redi-

ras redditurus essem, ut ostenderem me & societate lucius cum Ecclesia & Schola, & uoluntate faciendi meum officium loco meo, & spe atq; firmissima fiducia Dei inter nos praesentiae & efficacie, uobiscum coniunctum esse. Palam enim profiteor me agnoscere hoc singulare DEI beneficium, pro quo etiam toto pectore quotidie ei gratias ago, agamq; dum uiuam, quod me huius Ecclesiae & Scholae, in qua scio doctrinam Euangeli incorrupte, integrè, rectè, pure & explicatè tradi, iuxta consensum Propheticum & Apostolicum, Symbola & Augustanam confessionem Imperatori Carolo exhibitam, Anno 30. quod inquam, eius me coetus ciuem esse uocuerit, meq; nominatim alienum esse & abhorere sine ulla dissimulatione profiteor, ab Idolatria coetus Pontificij, à fanaticis opinionibus Antinomorum & Enthusiastarum, à Seruerti & similiu eius in filium Dei blasphemia, & ab offendente Deum horribiliter ac conscientiae diccam grandem impingente Apostasia Staphylia, & ab affectata Flacij zuvora maxima negli dixit
sacra, quæq; secutæ sunt has subinde & continuo obrectationibus & maledictis, denique ab omnibus qui dissensiones non necessarias, odia, lites, tumultus & bella iniusta concitant & immani furore gerunt cum adficta Dei Ecclesia.

Oro

Oro autem filium Dei Dominum nostrum
Iesum Christum, ut inter fatales ruinas Imperio-
rum & pericula postremi temporis, quæ impen-
dent maxima atq; difficilima, & certamina di-
ra sycophantarum, Ecclesiam suam & hanc Scho-
lam clementer respiciat, consoletur in hac orbi-
tate, seruet, defendat & gubernet, memor dubio
procul certe & dulcissima promissionis suæ,
cum dixit: Non relinquam uos Orphanos, & eius
quæ in Psalmo expressa est his uerbis, Psal. 90.
Cum ipso sum in tribulatione, exaudi eum,
& liberabo eum & ostendam illi salutare me-
um. Hac uera & firmissima consolatione freti,
& confirmati in spe & fide intuente filium Dei
mediatorem & liberatorem Dominum nostrum
Iesum Christum, cum Davide clamamus. Psal. 65.
Exaudi nos Deus Saluator noster propter adni-
randam iusticiam tuam, ô spes omnium finium
terre & in mari à longè. Qui confirmas montes
in uirtute tua, armatus potentia, Qui compescis
frenitum Maris, & sonum fluctuum eius & tu-
multum populorum.

Huic igitur uero omnipotenti, eterno, soli,
Triumphant & benefico Deo, labores & studia
nostra committentes, deinceps ad intermissiones præ-
lectionum in Schola publicarum operas redditu-
ri sumus, & cras iuuante Deo orationis Mure-
niane expositionem continuaturi, Die uero pro-

ximo Louis, Homeri octauum Iliados librum interpretabor. Et quoniam Ethices lectio absenti mihi decreta est, breui etiam in ea re, de qua tamen cum Praeceptoribus & Collegis antea colloqui uolo, obedientiam erga Illustriſſimum Principem Electorem Saxoniae nutritum Ecclesiarum Scholarum, Dominum nostrum clementiſſimum, ac Senatum Academiæ, & uoluntatem iuandi communia studia pro mearum uirium tenuitate uobis omnibus probare studebo.

D I X I.

PIO LECTORI S. D.
Paulus Crellius D.

QVOD in symbolo profitemur, Credo esse Ecclesiam sanctam Catholicam, id toto pectore adfirmo, & amplector uniuersam doctrinam traditam in scriptis Propheticis & Apostolicis, & in Symbolis, & Filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum, crucifixum pro nobis & resuscitatum oro, ut me Spiritu suo sancto gubernet. Cum autem sciam uoce Euangelij colligi aeternam Ecclesiam & non aliter, seruio in ministerio Euangelij in Templo & in Schola iuxta uocationem, & oro Filium Dei, ut ipse sit effi-

fit efficax docentium uoce, sicut scriptum est: Eu-
angelium est potentia Dei ad salutem omni cre-
denti. Nec profectò deterreor à docendo stolidis
conuicijs fanaticorum hominum, qui dicunt nos
esse doctores Literæ, se uero doctores Spiritus.
Et si scimus sola litera, seu sola uoce docentis, sine
spiritu sancto non reddi uitam hominibus, tamen
ministerium externum & cogitationem Literæ
necessariam esse manifestum est, quia scriptum
est: Fides ex auditu est. Ac magnum decus esse
statuo, nos dici doctores Literæ, ut Paulus inquit:
Ego plantavi, Apollo rigauit, Deus incrementum
dedit. Si Enthusiastici illi sine ministerio, sine uo-
ce & cogitatione doctrinæ uolunt nasci Ecclesi-
an, πρότυφω μένοι sunt. Hinc est illa au-
dacia fingendi monstrosa deliria: Omnia bona &
mala fiunt necessario. Noua obedientia non est
necessaria. Renati placent Deo etiam ruentes in
scelera contra conscientiam. Lex diuina moralis
non est immota sapientia in Deo. Haec paradoxa
sciunt grata esse suo theatro, quod uult laxari di-
sciplinam, ac reipsa delent Literam, quæ est uox
Dei scripta per Prophetas & Apostolos. Sciamus
autem uelle Deum, ut sonet in Ecclesia doctrina
per Prophetas & Apostolos scripta, & studia
amemus, & Deo gratias agamus, quod se immen-
sa bonitate patefecit, non aspernemur Filium Dei
Legatum proferentem Euangeliū ex sinu æter-

ni Patris, & simul petamus, ut ipse sit efficax
sua uoce, & confirmet quod in nobis operatus
est.

Cum igitur ad p̄electionem delectus sum,
DEO iuuante cras hora septima, in auditorio
ueteris Collegij incoabo repetitionem Locorum
Theologicorum, quae est uelut κατάχρονη,
in qua prodest iunioribus quasi summam doctrinā
næ proponi. Anno 1650. Die 25. Mar-
tij, quo die Filius Dei Dominus noster IESVS
CHRISTVS ante annos 1526. in
cruce pro nobis uictima factus est, qui
est יהוָה לְךָ בָּן. Et scribitur eo
die creatos esse Adam &
Euam ante annos
5522.



ORATIO

ORATIO RECI TATA A PAVLO

CRELLIO SACRAE THEOLO-
giae Doctore & Professore in Academia
Vuitebergensi, die 26. Martij, cum inco-
ret publicē praelectionem Locorum

Communium D. Philippi

Melanthonis, Anno

1560.

NISI tu Domine præcedas nos, ne educas
nos de loco isto, inquit Moses ingressus dif-
ficilimum populi ducendi & docendi curricu-
lum. Fatetur uir Sanctissimus & sapientissimus,
nullam sine Deo seu magnam seu paruam functi-
onem felicem esse aut salutarem. Ac res cogit
idem fateri omnes, qui aliqua in uocatione serui-
unt ac præsunt. Tanta est enim negotiorum in
omni uita uarietas, tanta periculorum & cura-
rum moles ac magnitudo, tanta hominum infir-
mitas, tantæ Diabolorum insidiae & machinatio-
nes, ut uniuersa sapientia, industria & diligentia
humana, impar sit & insufficiens immenso tar-
tarum rerum oneri, imò accidenti in singulis fun-
ctionibus, quæ ne quidem prospici possunt. Ac pla-
nè fit quod Ieremias inquit: Scio Domine, non est

O 4 hominis

hominis via eius, nec uiri dirigere gressus sua
os.

Quare & ego ingressurus iam curriculum
docendi, ad quod immensa bonitate diuina per il-
lustrissimum Principem Electorem Augustum
Saxonie Ducem &c. Dominum nostrum clemen-
tissimum, consentientibus inclite Academiae &
Præceptorem ac Patrum omni reverentia cul-
tum dignissimorum suffragijs uocatus sum, pre-
metior animo meo militiæ & uocationis huius
amplitudinem, quam scio ac fateor solis uiribus
humanis sustineri ac regi non posse. Ac unus
omnium maximè mihi tenuissimi projectus mei
in studio amplissimo & difficilimo & imbecil-
litatis multiplicis conscientia, uehementer hanc sta-
tionem meam, in quam infans & balbutiens ad-
huc colloco, pertimesco. Ac multis de causis
magnopere doleo, hoc me tempore produci in
publicum, quo sarapta haec nostra fidelissima do-
ctrina coelestis custos, & artium omnium honestas-
rum μυρμήιον & Gymnasium ornatissimum
periclitatur horribiliter, cum propter domestica-
cos hostes multiplices, homines plus quam in-
fernali rabie furentes & ardentes, tum propter
externos eius oppugnatores, potentia, malicia,
uersutia, instructissimos, & præsidij atq; admis-
ticulis omnibus, quibus crudelitatem & Tyrani-
nidem accidunt ac muniunt, terribiles. Quos
omnes

omnes domesticos & externos, armat & incitat
hostis alius multò terribilior Diabolus, tanquam
Leo rugiens, non solum uniuersam Ecclesiam,
sed hanc imprimis Scholam & Academiam cir-
cumiens, querens sicubi deuorare ac deglutire
eam data occasione possit. Et rugiens nunc eo
horribilis, & apparatu ac conatu maiore quam
unquam antea grassans, quia imminente ac pro-
pediem affuturum iudicij nouissimi diem pre-
sentit ac reformidat. Tali inquam tempore &
inter pericula tanta, Ecclesia uniuersæ, schole ta-
men nostræ præcipua, infantulum me ac balbu-
tientem produci in stationem difficilimam pluri-
mas ob causas uehementer excrucior. Ac fatum
Academie nostræ tali tempore acerbissimum, ea
qua debo affectione, deploro ac doleo. Quod
scilicet breuißimo annorum interuallo quo mihi
uiuere hic contigit, tot viros præclarissimos, de
Schola hac, omnibusq; nobis & Ecclesia uniuersa
optimè meritos, Lutherum, Crucigerum, Pome-
num, Ionam, Forsterum, Milichium & alios ami-
simus. Quorum sepulera ac tumulos quoties affi-
cio, cogito magno & inenarrabili cum dolore
meo, quanta non solum decora, sed bona incom-
parabilia Schola hæc, & Academia nostra ami-
serit. Et quanquam immensa Dei bonitate Präce-
ptores ac Patres, pietate, doctrina, sapientia &
virtute excellenti præstantes adhuc superstites

O 5 habemus,

habemus, & hac me consolatione utcunq; erigo,
quod horum autoritate ac præsidio Scholæ no-
stræ communitas ac decus fouetur & custoditur,
Tamen senes Præcepiores partim ætate, partim
laboribus, curis, doloribus & ærumnis ingentibus
penè confessos quoties intueor, non possum non
ingemiscere, et paulo post secutura pericula no-
stra & Scholæ nostræ uehementer metuere. Nam
conferens utrorumq; superstitum ac demortuo-
rum Præceptorum ora augusta ac ueneranda
cum uilitate & imbecillitate mea & aliorum,
qui uel in loca demortuorum sufficiuntur, uel ui-
uentibus tanquam Ædæscator in Collegio augu-
stiſſimo adiungimur, planè obſtupesco & penè
extinguor dolore.

Prodeo igitur tali tempore non fiducia aliqua
doctrinæ uel sapientiæ exultans, quæ in periculis
tantis Scholæ & Academiæ huic præsidio eſſe
poſſit, sed conſternatione & dolore ingenti tre-
pidans, curriculi instituti diſſicultatem & ærum-
nas præmeditor.

Fuit autem obtemperandum mihi, & Deo
uocanti, & mandato Illuſtriſſimi Principis, &
autoritati Patrum ac Præceptorum cariſimo-
rum, quorum apud me reuerentiam non minus
quam periculorum respectus, aut rerum qua-
rumcunq; consideratio ſemper ualuit, ac Deo ita-
uantre in omni uita mea ualebit, In quaſi quid
uſquam

usquam erit, quod uel placebit uel proderit alijs,
id ita mihi erit gratum, si ipsis placuisse ac graz
tum fuisse, eorumq; auspicijs profuisse alijs intel-
lexero. Cumq; antea etiam uocatus ad ministre-
rium Euangelij non minus difficile ac laborio-
sum, reipsa compererim uerissimum esse, quod in-
quit filius Dei, Sine me nihil potestis facere, ma-
gis me erigo hac consolatione, quod & sedens ad
dexteram aeterni Patris, filius Dei subinde dona-
dat hominibus, Apostolos, Prophetas, Pastores
& Doctores, Et quod horum ministerijs adest,
& in hac militia inuocantibus se non solum spi-
ritus sui sancti auxilium benignissime promittit,
sed peti etiam præcipit, sicut scriptum est, Quan-
to magis Pater celestis dabit Spiritum sanctum
petentibus & Petite & accipietis. Hoc ingens bo-
num nisi peculiariter ministerio Euangelij ad-
ditum esset, certum est tantam eius amplitudinem
esse, immo immenitatem, ut sustineri nullis uiribus
humanis posset.

Vt igitur regi & iuuari se petiuerunt Pro-
phetæ, Apostoli, Pastores & Doctores omnes,
quorum labores Ecclesijs unquam salutares fu-
erunt: Ita & ego nunc aeternum Patrem do-
mini nostri Iesu Christi, una cum Filio suo domi-
no nostro Iesu Christo conditore & custode Ec-
clesie uniuersæ, & ministerijs Evangelici Recto-
re, uotis

re, uotis & gemitibus ardentissimis oro, ut sua
me bonitate uocatum ad militiam ministerij am-
plissimam, & fiducia sui auxilij unica iam pro-
ductum, Spiritu suo sancto regat & gubernet, &
uas misericordiae & organum salutare faciat, ut
& doceam, & faciam ipsi grata, & studijs di-
scentium & uniuerse Ecclesiae ac Schole huic
profutura. Te fili Dei domine Iesu Christe, crus-
cifixe pro nobis & resuscitate, Emanuel dilectissi-
mè, qui propter te & propter gloriam tuam ex
ore infantum & lactentium regnum aeternum
& iniuctum tibi preparas, ut spiritum superbis-
simum inimicum & ultorem diabolum destruas,
oro genitibus non simulatis, quorum tu inspecto-
ac iudex es, Fac cum seruo tuo secundum miseri-
cordiam tuam, & iustificationes tuas doce me, rea-
ge & confirma cor & animam meam, Spiritu
sancto tuo, ne in furores Epicureos aut Fanaticos
ruam, guberna studia & cursum uitæ meæ uni-
uersum, ut tuæ gloriae & multorum saluti seruat,
adesto uerè infanti ac balbutienti mibi, & pro-
pter tuam gloriam Diabolos odio tui furentes, &
in genere humano horribiles nominis tui blasphemias
spargentes à me & ab uniuersa Ecclesia
tua depelle, & furores eorum omnes destrue, Et
uoce Euangelij tui Ecclesiam aeternam, semper
tibi inter nos collige. Propter te domine Iesu Chris-
te, & propter gloriam tuam facito haec, sicut pro-
missisti

misiſti inquiens, Propter me, propter me faciam,
ut non blaſphemem, & gloriā meā non dabo
alteri.

Hæc uota primum omnium fieri à me hoc
tempore ac loco iuſtissimum eſt, quæ ut uos quo-
que qui nunc conueniſtis ardenter mecum facia-
tis, quanto poſſum ſtudio ac contentione, uos obte-
ſtor.

Nunc de lectione quæ Praeceptorum conſilio
iuuncta ac commendata mihi eſt, breuiter quæ-
dam iuniores monebo.

Vt in omni ſtudiorum genere utiliſſimum eſt
iſſufieri diſcentes ad certam aliquam & expli-
catam doctrinæ formam, quæ quaſi σωματο=
ποικιλίσα perpetuo animis eorum infixa ſit &
obuerſetur, & initia, progreſſiones ac metas do-
ctrinārū monſtret, quam intuentes uelut ædi-
ſiſi ideam ac formam ordinatam, mox membra
ac partes omnes agnoscant & animo complectan-
tur, ita & in doctrinæ cœleſtis propagatione &
perceptione, docentibus & diſcentibus ſummope-
re neceſſarium eſt, talem aliquam ſimplicem cer-
tam & perſpicuam doctrinæ methodum tenere
ac diſcere, quam intuentes omnium doctrinæ cœ-
leſtis partium ortus, progrefſiones, ac metas mox
perſpiciant, & ſit in diſjudicatione controuerſia-
rum uelut norma ac lapis Lydius, ad quem ſen-
tentiae & opiniones omnes dirigantur & exa-
minentur.

Hæc

Hec res quantum utilitatis contineat, & quam
dulce discendi & docendi est, ac compen-
dium sit, eloquentia nulla exponi potest. Sem-
per igitur in Ecclesia tales aliqui libri eruditii
seruati ac propagati sunt, quibus doctrinae cor-
pus integrum traditum est, & membra doctrin-
arum, que in scriptis Propheticis & Apostoli-
cis traduntur, ordine distributa, ac perspicuo &
simplici orationis filo exposita sunt: & quidem
Symbola initio hoc consilio condita sunt, ut sum-
ma doctrinæ animis includi possit. Postea aliij
longiores summas tanquam Methodos scrip-
runt, ut olim Methodius Lyciae Episcopus, &
postea Damascenus, Lombardus & aliij. Talis
est & locorum Theologicorum liber in hac A-
cademia, à Reuerendo & clarissimo viro Prece-
ptore nostro dilectissimo Philippo conscriptus,
omnium articulorum fidei ac confessionis no-
stræ doctrinam exponens, ordine ac perspicuita-
te tanta, & genere orationis adeò proprio &
simplici, ut uix aliud scriptum humanum, hoc
in genere conferri ei, aut cum fructu maiore pro-
poni aut disci possit. Huius libri lectionem,
Præceptores reuerendi & Collegium Theolo-
gicum amplissimum, mihi hoc tempore iniunxe-
runt, ut in hac tristissima opinionum confusione,
crescente indies Sycophantarum & Diabolo-
rum rabie, animi discentium non solum ad cor-
pus do-

pus doctrinæ integrum cognoscendum inuitentur, sed etiam ad eam doctrinæ formam assuefiant, quæ reuera est ὑγιεινόντων λόγων ὑποτύπωσις. Et Dei beneficio annos amplius triginta, magno cùm fructu & emolumento piorum in hac Academia & Ecclesia sonuit, ac sine ulla dubitatione consensus est dulcissimus, cùm Catholice Ecclesiae Dei doctrina expressa in scriptis propheticis, Apostolicis & Symbolis.

Vtrunque autem scitis præcipi diuinitus, & ut dictum est, utilissimum esse uestris studijs, Nam cùm inquit Paulus, Oportere Episcopum verbum Domini operatore, hoc ipsum postulat ac præcipit, ut corpus doctrinæ integrum intelligat ac comprehensum animo circumferat: Is qui docere alios debebit, rectè distribuat partes, & singulas aptè proponat, & dextrè ad eas res accommodet, de quibus uox diuina loquitur. Nec solum docentibus hoc præcipitur, sed omnibus qui castra Ecclesie comitantur, & in his cura aliqua salutis suæ adficiuntur. Cùm enim doctrinæ cognitione, uelut armis Ecclesie proprijs & unicis, pugnandum sit aduersus diabolos, & sophistas à Diabolis agitatos, infeliciter ac magno cum periculo suo pugnæ ac discriminationis momentum expectabit aut subibit is, qui fundamentum doctrinæ coelestis integrum non agnouit

agnouit aut didicit. Non potest autem agnoscere
fundamentum, nisi immensitas illa doctrinarum
ordine tradatur & percipiatur. Præterea &
præceptum Petri uniuersale est, & tam ad docen-
tes quam discentes pertinet. Parati estote ad redi-
dendam rationem eius quæ in uobis est spei omni-
poscenti uos. Manifesta est igitur & necessitas
& utilitas cognoscendi doctrinæ cœlestis summam
ac methodum ordinatam. Nam quas reddit fidei
ac spei suæ rationes is, qui initia progressus ac me-
tas doctrinæ non didicit. Et in lectione seu cogita-
tione scriptorum diuinorum, tanquam in ignoto
nemore ignarus uiae locorumq; oberrat.

De altero itidem membro expressum & ma-
nifestum est Pauli præceptum, ὃ πεποιησθε εἰς
ὑγιανόντων λόγων, ως πάντες εμοὶ οὐδεσας. Id
uero præceptum quam necessarium sit ac fructus
osum discentibus, nulla humana oratione exponi
potest. Amissa enim sana & probata doctrina
forma, lucem uniuersam scriptorum Propheticorū
& Apostolicorum amitti certissimum est.
Cogitemus saltem retro, quantæ in Ecclesia tee-
nebræ, quantæ superstitiones fuerint, ac cumus
latæ sint, regnante barbarica illa & prodigiosa
Scholasticorum & Monachorum Sophistica, ac
quæ paulò post barbaries seu postliminio in Ec-
clesiam redditura sit consideremus, si regnum in
Ecclesia obtinebunt φλυαροί illi νοέσει λύροι
Schola

Scholæ nostræ flagellatores. Ne igitur lucem do-
ctrinæ coelestis barbaries ineruditæ & Sycophan-
ica nobis obnubilet aut totam eripiat, singuli
quanto possumus studio formam docendi sanam,
probatam & eruditam retinere & infigere ani-
mis nostris, & propagare ad posteros conemur.

Agnoscamus etiam immensa bonitate diuina
hanc illustrem sane doctrinæ formam compre-
hensam in locis Theologicis, huic postrema se-
nestæ Ecclesiæ donatam esse, ut retineri lux do-
ctrinæ tanto facilius posset. Nam q[uod] Chrysostomus
in enarratione præcepti Paulini, quod citauimus,
inquit, ἐνετυπωσάμενονα σοὶ τῆς ἀρετῆς,
ἥδη θεῷ δοκούντωρ ὀπάντωρ, ωμόρ τινος
κάνονα οὐχί ἀρχέτυπον ὑγιαινῶν λόγων ἐις
τὴν σὴν φυχὴν ἐγκεκολαφώε: Id & de his
nostri locis Philippais uerissimè dici potest. Pro-
fectò enim norma sunt & archetypus omnium,
qua de Deo, aut de pietate dicere homines, conue-
niens ac iustū est. Ac si quis alius liber humanus,
certè hic doctrinæ coelestis explicatæ & ordine
traditæ thesaurus canone Ecclesiastico, ut Lu-
therus piissimæ memorie iudicauit, dignissimus
est.

Cogitabitis igitur iuniores uestris potissimum
studijs ac commodis consulere præceptores, qui
lectionem locorum uobis proponunt. Nam et si
P ea per-

ea perspicuitate scripti sunt, ut sine interprete
legi possint, Tamen monere rudiores de ordine
membrorum et partium precipuarum in singulis
locis, eosq; uelut inuitari ad lectionem utile est
et necessarium. Accidit enim ferè optimis quia
busq; libris ac scriptis, quod rebus bonis omnibus
euenire in genere humano solet, ut citissime
memoria eorum intercidat et evanescat, ^{απτι-}
^{κοροπ γερη νοη οιλονευορ το διω δινθρω}
^{πωρ γενθ.} Ac uidistis ipsi annis proximi,
quanto conatu ac molimine Osiander, Staphylus
et Flacius et colluuiis Thersitarum his duci-
bus suis et calumniarum χοραγωγοῖς applau-
dens, delere memoriam ac lectionem locorum
Communium, uel saltem iniuisam ac suspectam e-
am reddere studuerint. Sed fremant licet et rum-
pantur illæ uiperæ, nos tamen Deo iuuante exclu-
ti nobis lectionem et amorem tanti thesauri non
patiemur. Quod ut uos quoq; faciatis, qui do-
ctrinae coelestis ueritatem expeditis et amatis,
omni ego studio propter gloriam Dei et salutem
uestram uos oro atq; obtestor.

Fortassis ridiculus uideor, quod furiarum il-
larum et διλασσόμεν Staphyli et Flacij menti-
one, auribus uestris molestus sum. Nec enim dubia-
to indignos eos, iudicari à uobis, quorum sal-
tem nomina aures bonorum et eruditorum of-
fendant. Et ipsa sibi ueritas instar est MY-
riadis

riadiis testium, nec defensione operosa indiget.
Viuit enim ac uincit, etiam si calumniarum pro-
cellis duriter concutiat. Fatoe or hæc ego, Sed
malo ineptus uideri, quām ueritati suffragium
honestum & debitum meo loco non tribuere, aut
calumnias & mendacia horribilia istarum, quas
dixi, furiarum tacendo probare uideri. Nec
ego nunc locorum Theologicorum uel defensi-
onem uel laudem instituo, quos scio & inui-
ctos esse genuina sua firmitudine ac robore, &
non infantili balbutie nostra, sed summorum o-
ratorum eloquentia ornari oportere intelligo.
Itaq; ne incep̄t̄ aut tenuiter & locos ipsos, & con-
siliūm Praeceptorum ornando, deformare po-
tius, quām laudando commendare discentib;us
uidear, prolixiore hac de re oratione non utar,
Unicō tamen hoc addito, quod usus discendi me
edocuit. Ita in doctrine cœlestis studio unus-
quisq; uestrum prosecisse se plurimum existi-
met, si scripta Philippæa, quorum ceu copie cor-
nu & fons uberrimus sunt hi ipsi loci Theolo-
gici, ita ei placebunt, ut quo legat s̄epius, tanto
ea amet & legat impensius. Nam quibus in ui-
ta mea lator ego ac delector maxime, Ut hoc
bono lator unicè, quod doctrinæ cœlestis uerita-
tem D E I beneficio agnoui, Ea ego omnia qua-
lia cunq; aut quantulacunq; sunt, ut scio
esse tenuia, infirma & infantilia omnia,

ubertim mihi post scripta Prophetica & Apo-
stolica, tum uia Preceptorum carissimorum in
hac Schola uoce, tum lectione potissimum horum
locorum suppeditata esse fateor. Ac lectionem sa-
cerorum librorum non solum difficultem, sed penè
infructuosam futuram mihi fuisse agnosco, nisi
scriptis ac monitionibus Philippeis iter ad eos
compendiosum & aditus expeditus monstratus
esset. Idem non dubito testaturos esse bonos & pia-
os omnes, qui non populari aplausu, non inani-
& falso doctrine supercilio ac fastu, non calum-
niarum malevolentia aut fascino dementati, Sed
uera doctrina instructi, experti & amant ueria
tatem, & aliquo cum fructu Ecclesijs ac Scholis
docendo seruiunt.

Quare & uos laboris & studij uestri emolu-
mentum idem habituros esse non dubitate, si scri-
pta Philippaea, & hos ipsos locos Theologicos
tanquam præ cæteris Thesaurum eximum ama-
bitis ac legetis assidue. Nec à lectione horum uel
calumnijs, uel molestia, uel cupiditate quacunq;
abduci uos permittetis.

Vt autem intelligatis quid & adferre uos ad
omnium Scriptorum diuinorum, & horum loco-
rum lectionem ac studium oporteat, quidq; ex-
pectare ab interprete quocunq; debeat, Erat
potissimum Epiphanij dictum uobis propono,
quod est regula interpretationis rectissima. Sic
enim

enim, reprehendens ludos intempestiuos Origenis omnia transformantis in allegorias, inquit: τὸ θεῖα πίματα δὲ πάντα ἀλληγορίας δέ ται, ἀλλὰ ὡς ἔχει, θεωρίας δὲ δεῖται, νοῆς οὐδέποτε, εἰς τὸ εἰδένειν ἐνάσκη ὑποθέσεως τῶν δύων μηρῶν. Non gignit Ecclesia doctrinas, aut Articulos fidei nouos, non traditos scriptis Propheticis & Apostolicis, immo ne potest quidem, Quia ut Deum facere, aut mutare non potest, ita & articulos fidei condere aut mutare Ecclesia nequit. Accipit igitur Articulos fidei & doctrinam traditam diuinitus, & confirmatam il lustribus & admirandis testimonij, & comprehensam scriptis Propheticis & Apostolicis. Horum scriptorum sermonem interpretatur Ecclesia, ac uelut Grammatica est inquirens & eruens cuiusq; loci natuam sententiam, congruentem naturae uerborum & phrasis, & cæterorum locorum de rebus iisdem collationi. Inquit igitur Epiphanius in plerisq; retinendam esse hanc unicam sententiam, quam gignit natura uerborum ac phrasis. Quia enim diuinitas immensa bonitate patefacta est misso Filio, qui est κός & orator eterni Patris, & patefacta est ideo, ut in ea Deus agnoscatur, inuocetur & celebretur: Certe igitur, firmæ & immota noticia de Deo, de essentia eius, de uoluntate, de lege & de propagationibus tenendæ sunt, nec articulis fidei ua-

rie quasi forme induendæ sunt ludis allegoriarum, ne certitudo amittatur. Nam etsi interdum & allegoriae dulces sunt, nec diffitendum est plurimarum rerum imagines elegantissimas in scriptis Propheticis & Apostolicis contineri: Tamen & modum earum esse oportet, & prudenter adhibenda est, ut concinnæ sint & locis conuenientibus accommodatae. Nam uerissimum est, quod dixit uetus, etiam melle inmodico augeri bilem, seu ut rectius Græcè dicitur, νέον γαρ τὸν μέλιτ^η τὸ πλεον δέ τι χόλι. Nec cuiusvis est artificis dextrè allegorias tractare, aut uidere, quo in loco quomodo deceant. Sed ante hanc inuestigationem seu uenerationem umbrarum, prior est, ac potior cura aut consideratio alia, uidelicet natuæ sententiae iuxta uerborum & phrasium naturam inquisitio. Ideo sic orditur præceptum Epiphanius, τὰ θεωρία
ματαὶ δὲ πάντα διληπίας δέσται, διδαχές εἰχει. Sed addit Epiphanius in inuestigatione huius natuæ sententiae Grammaticæ, speculatio latione & sensu opus esse, ut quæ cuiusq; loci propositi uis sit intelligi poscit. Θεωρίας δὲ δέσται νέον τιθίσσεως εἰς τὸ εἰδένειν ἐνάσκη ὑποθέσεως τὴν δύναμιν. Existimo nominari θεωρία ap considerationem ordinis & distinctionem membrorum in toto corpore doctrine, sicut Dialectica tradit Definitiones & Divisiones, & dis-

¶ discernit connexiones fallaces à ueris & ne-
cessarijs. Scitis enim has artes uicinas ac cognata-
tas esse Grammaticen & Dialecticen, & mutuas
ad inuicem opera tradere. Grammatica sermo-
nis & phrasium naturam ac proprietatem in-
quirit. Dialectica acceptum à Grammatica fer-
monem proprium & simplicem rebus quasi ad-
plicat, & distinctis rebus seu numeratione nomi-
na diuersa & definitio[n]es attribuit, querit mem-
bra, partes, causas, effectus & alia que accedunt.
Deinde in ratiocinando componit coherentia,
& distrahit diuersa. Hunc docendi modum
nominat Epiphanius θεωρίαν, eumq[ue] necessarium
esse in plerisq[ue] scriptorum diuorum locis ad-
firmat. Ac manifesta est necessitas. Quia ideo
indidit Deus naturis intelligentibus numerorum,
ordinis ac consequentiarum noticias, ut & dis-
cernere res, & disponere aut contexere ordine
possent. Et ipse inenarrabili misericordia se pa-
tesfaciens, doctrinam hoc modo tradidit, quia dis-
cerni eam, & ordine doceri homines uult. Nam
ideo instituit & seruat ministerium Euangelij, ut
sua doctrinae uox ordinè tradatur & enarre-
tur rudioribus, uult et docentem & discentem in-
telligere aliud legem esse, aliud Euangeliū. Ac quid
sit Lex, quid peccatum, quid Euangelium, quid gra-
tia, quid fides, uult ex sua uoce quam tradidit
& patefecit, disci & doceri ordinè. Non uult

in unum quasi chaos misceri hæc omnia. Ma-
nifestum ergo est harum uocum distinctionem &
enarrationem necessariam esse. Et quidem no-
strorum temporum certamina magis id ostend-
dunt, in quibus compertum est multorum secul-
lorum tristes tenebras fuisse, quia Ecclesia lin-
guam suam penè dedidicerat & obliterata erat, seu
ut Euripidis uerbis utar, Βεβερεποταλ ονομασ-
τητα εν Βερεποιο. Et nunc uideremus quanta
sit huius seculi insulsa, quanta dogmatum im-
manitas ac barbaries paulatim in Ecclesiam ira-
repat: Quidam adeò nunc lepidi sunt, ut delicia-
rum suarum causa quas admirantur, adfirmare
non erubescant nusquam in uoce diuina de co-
gnitione uerbi scriptum esse, quod nihil est ue-
nustius aut concinnius dictum, quam si uerbum
magica quadam uirilis efficax esse adseuerent, ut illa
apud Virgilium φαρμακευτός, Ducite ab urbe
domum mea carmina ducite Daphnem. Aut Fria-
gidus in pratis cantando rumpitur anguis &c.

Ita subinde discedunt, à simplici & nativo uo-
cis diuina intellectu innumerabiles, qui portenta
opinionum commiscuntur, & his bella Eccle-
sijs pijs inferunt. Sunt igitur tales refutandi uoce
docentium, qui quidem iuuabuntur maximè for-
ma illa docendi, quam nominat Epiphanius θεω-
ρία, iuuabuntur & discentes, quia doctrinam
celerius

celerius arripiunt ordinè ac perspicuè exposi-
tum. Complectende sunt autem sub hac docendi
forma, & coniungendæ, linguarum cognitio, Di-
lectica, & aliæ doctrine, sed ita ut metæ seruen-
tur, ne à nativa sententia scriptorum Propheti-
corum & Apostolicorum nec à Symbolis disceda-
tur. Hæc enim omnia non sunt ambigua & intri-
cata, Sphyngos enigmata, non Sibyllarum re-
sponsa, ut uel intelligi nequeant, aut allegoriae his
ceu diuinatione adfangere oporteat, sed exhibito
iudicio communi, & doctrinarum forma usitata,
& collatis congruentibus testimonij, ac locis,
conspici & intelligi à non stupido possunt: Et est
in his certitudo comprobata & confirmata ad-
firmans & illustribus testimonij diuinis, quæ
ideo addidit Deus patefactioni uerbi sui, ut certo
agnosceretur, & iuxta hoc traditum uerbum ce-
lebraretur.

Nec sunt audienda blasphemiae & contume-
liose uoces Satellitij Pontificum, ineptum & ri-
diculum esse à Scriptura petere certam sententi-
am, de difficultibus religionis controuersijs, tales
uoces non dubitemus attrahere poenas totis gen-
tibus, ideo & auersemur eas, & ea qua dictum
est consideratione certitudinem uocis diuinæ in-
quiramus, & inuentam constanter tueamur.

Est hæc consideratio, prima & potissima, sed
postulat Epiphanius & sensum, id est, pectus

quod in uera conuersione sensit ea, de quibus uox
diuina loquitur, sensit timorem & consolationem,
sensit mortem & uitam, denique quod intelligit
uera pietatis & iuuocationis exercitia. Et haec
pars in utrisque docentibus & discentibus necessas
ria est, & simul ad lectionem & studium uocis
diuinae adserenda. Non discimus quid sit dolor, p^{as}
uor, mors, consolatio, fides, laetitia, uita, nisi in
exercitijs iuuocationis & poenitentiae uerae: Si-
c ut scriptum est, Qui non est tentatus, qualia fecit?
Prophani qui nec expauescunt cogitatione ira-
Dei, nec in ueris doloribus eriguntur consolatio-
ne, non intelligunt, neq; dicta de ira Dei & de ti-
more, neq; consolationes, neq; fidei & uite mo-
tus. Ac ueluti surdis dulcissimae cantuum harmo-
niae, ita prophanic & & & & doctrina erudita oc-
cinitur. Ideo & Paulus præcipiens in lectione at-
tentionem & assiduitatem, hanc ipsam partem
plurimis in locis adiungit. Quia haec experien-
tia nisi cum lectione coniungatur, frustra lectio
ac cogitatio suscipitur. Aut, quod prob^h dolor hoc
nostro seculo fieri cum magno Ecclesiarum detri-
mento ac pernicie uidemus, totus ille apparatus
quem lectione sacrorum librorum, male, liuide
& inquietæ naturæ prophane compararunt, ser-
uire horribilibus earum furoribus & cupiditatib-
us prætextu pietatis ac religionis cogitur. Hinc
enim sunt horribilia illa omnium in Ecclesia tem-
porum

porum certamina, ac nostri quidem seculi tetera-
rima, quod religionis obtentu spurcissimi syco-
phantē linguas suas uenū non pecuniae, sed libidi-
nibus potentum prostituunt, aut religiones infle-
ctunt quocunq; ferri cupiditates eorum uident,
quibus assentantur. Tales si iuxta Epiphanij,
aut Pauli dicta uerae invocationis & pœnitentiae
exercitia, si sensum aut gustum aliquem timoris
& irae Dei, si consolationis, leticie & uitae degua-
stæ rudimenta, ad professionem doctrinæ cœle-
stis adferrent. Aut si qua tantarum rerum ini-
tia aliquando delibata non obruerent horribi-
libus contra conscientiam sceleribus, minus Ec-
clesia detrimenti caperet.

Sed nolo uulnera nostra attrectare ac res-
fricare, potius hortabor iuniores, ut præcepta
Pauli sepiissime hac de re repetita intimis cordi-
um penetratibus insigant. προσέχε τῇ δια-
νοίᾳ, τῇ ἀγαλμάτῃ, τῇ διδασκαλίᾳ, 1. Ti-
moth. 4. & ad Colossenses tertio capite. Habitetur
sermo Christi in uobis opulenter, cum omni sapi-
entia, docentes & commonefacientes uos mutuo.
Et Syracidis capite quinto, Quæ mandata sunt
tibi, hec reverenter cogita. His diuinis præcepti-
onibus commonefacti, ne prostituamus Diabolis
studia, pectora aut linguas nostras, sonantes uocis
diuine professionem, sed pretextu atq; oblietu hu-
ius in-

ius indulgētes furoribus horribilibus, quo uel nos
stræ uel aliorum nos cupiditates quasi captiuos
abiciunt, adseramus pectora ardentia timore
Dei, fide, inuocatione, & spe auxilij diuini, ac
quæ docendo profitemur, aut discendo appetimus
exprimere re ipsa studeamus, quantum in hac tan-
ta infirmitate nostra possumus, & misceamus stu-
dijs nostris uota & gemitus assiduos, & re-
gi, gubernari ac protegi nos petamus. Deniq;
procul sit à coelestis doctrinæ studiosis cupiditas
iniusta ac temeraria quæcunq;, præcipue autem
secutura prophanitas religionis professionem ue-
nalem circumferens, & cupiditatibus quorum
cunq; eam prostituens.

Ita uidetis sapienter ab Epiphanio in docente
uiam docendi, & in utroq; docente ac discente
pectus docile & pium requiri. Simul igitur in-
telligitis quid & expectare uos ab interprete sa-
crarum literarum oporteat, & quibus quasi
εφοδίοις ad has operas discendi ac cognoscendi
doctrinæ coelestis uocem accedendum sit. De pri-
ore, quod maximè ad docentem pertinet, cum
conscius mihi sim imbecillitatis meæ multipliciis
& infantie etiam, quæ non est par oneri iniun-
cto, non possum profiteri aut polliceri, nisi hoc
unum, præstitum me, Deo iuuante, re ipsa, ne
assiduitatem, ne diligentiam, ac fidem in me di-
scentes desiderent. Et quam à Præceptoribus ca-
rissimis

rißimis uox̄ Thodidactis accepi doctrinam,
ea recitare fide conabor, qua me in discendo ad-
iutum esse memini, & quotidie adhuc iuuari ac
prouochi intelligo ac fateor.

Scio explicationem dogmatum Ecclesiæ pro-
pter multas causas opus esse difficilimum, et
quoniam necessarium est, tamen plenum esse in-
gentium periculorum, propter quæ scio multos
ab his castris, & ut dicitur, εξω βέλος procul
abesse malle, quia simul à multis & diuersis ho-
stibus ardentibus odio & furore, Academiarum
militia oppugnatur. Sed erigo me fiducia
auxilij & præsentiae filij Dei, & in his castris
Academie nostræ quamvis infans & balbutiens
periclitari malo, in qua scio Dei beneficio hæc
magna bona esse, ueritatis inquisitionem, defensio-
nem ac propagationem necessariam, & deinde
candorem iudiciorum & dulcem concordiam
omnium docentium. In tali schola cum Dei
beneficio doctrina cœlestis propagationem ad-
iuuare meo loco, & uelim & officijs ac pietatis
ratione debeam, ac sciam nullum aliud in Ecclesiæ
maius scelus esse, quam ludere fingendis opinio-
nibus nouis, & discedere à Prophetica & Apo-
stolica scriptura, & consensu ueræ Ecclesiæ Dei,
sequar Deo iuuante huius Scholæ nostræ do-
ctrinam, quam sine ulla dubitatione sentio con-
sensum esse Ecclesiæ catholicæ Christi, & erudi-
torum

torum & piorum omnium omni tempore, Cumq; propter multas alias causas uenerari me hanc Scholam tanquam matrem, eamq; & vtiπελαργον officijs omnibus iustissimum sit, ab hoc me proposito tuendae eius consociationis, cupiditate nulla abduci patiar. Hac uoluntate rectissima & iustissima accedere me ad docendum certò sibi persuadent omnes, qui me audituri sunt, Quibus ut dixi præter hanc uoluntatem piissimam polliceri aliud nequeo, quam fidem & assiduitatem talenti, qualis requiri ab homine potest. Sicubi autem operi imposito infirmitas mea succubuerit, reuerenter iam oro & obtestor omnes, ne ab hac quam professus sum curriculi mei meta proposita, discessurum me in omni æternitate existiment. Profiteor me esse ciuem Ecclesiae & Schole nostræ, quam censeo uerè esse Ecclesiam Dei, & uera animi pietate eam ueneror, nec me ab ea unquam in docendo seiuangam. At quomodo curriculum docendi subire ac sustinere me posse sperem, non profiteor, nisi quod hac me consolatione sustento, Non erit labor uester inanis in domino. Huic ego uite & ministerij mei cursum commendô, Et pios ac doctos, ut candide de laboribus nostris iudicent, reuerenter oro.

De posteriore, quod postulat Epiphanius, hoc est, de sensu & experientia ueri timoris DEI, & uerarum

uerarum consolationum facerem insulse & inepa-
te, si hoc loco gloriose multa profleret, sed cum
& hanc partem in docente requirat Epiphanius,
in uox diuina locis innumerabilib. aliud de me
no adfirmo, quam detestari me toto pectore furo-
res Epicureos, fanaticos & Profanos omnes, eos
autem maxime, qui pietate esse somniat religionis
futiliē professionem, Ac subinde has uoces repe-
to, Fac Domine cum seruo tuo secundum miseri-
cordiam tuam & iustificationes tuas doce me,
Expecto dominum & spero in eum, Expectauit
anima mea in uerbo eius à custodia matutina usq;
ad aliam.

Hec ideo commemoror, ut cogitent iuniores &
ipsoſ uoluntate eiusmodi instructos, ad studia do-
ctrine coelestis accedere oportere, quam niſi ad-
ferant, paruo cum fructu suo in his uerſabuntur.
Utrungs autem bonum, doctrinam & pectus do-
cile, cūm tribuat Filius Dei λόγος & orator
eterni Patris, qui uoce Euangeliū Ecclesiam æter-
nam ſibi in genere humano colligit, ac ipſe doctor
est cordium fidissimus & ueracissimus, toto eum
pectore oro, ut omnes nos & in docendo &
discendo regat, gubernet, protegat, Et in men-
tibus noſtris, non ſolum doctrinæ lucem accendat,
Sed ueram etiam iuocationem & poeniten-
tiam, timoris & consolationis ſenſum confirmet
ac prouehat. Cumq; in agone ſuo precatus
ſit ipſe,

fit ipse , Pater sanctifica eos in ueritate tua,
sermo tuus est ueritas , sunt et unum , sicut nos
unum sumus, Adiungo ad huius nostri pontificis
uota & nostros gemitus, cumq; iterum oro, ne sis-
nat Euangelij sui lucem inter nos extingui, nec in
furores Epicureos aut fanaticos ruere nos pa-
tiatur , Sanctifica nos in ueritate tua Do-
mine Iesu Christe, Sermo tuus est
ueritas, Amen.

D I X I .

SIGNIFICATIO P V.
BLICA DE LECTIO N E ETHI-
ces ad studiosos auditores in Acade-
mia Vuitebergensi.

C R A S ubi cœli medio regressus
Phœbus ad Nerei properabit undas
Umbra Gnomonisq; notabit horæ

Signa secunda.

Quod scholæ iussit, sacer ordo, nostra
Me Magistratus, licet arduum sit
Et meas uires superet tenellas,

Ethica tradam.

Sic onus dorso positum recurvo
Sæpius latus male fert Asellus
Sed tamen nutu domini potentis

Iussa facebit.

Et levat

Et leuat pondus studiosa pubes,
Deditum uerè tibi pectus à quo
Semper optatis tua preferuntur

Commoda nostris.

Sed prius mos est aliquid monere
Cum nouæ nobis operæ incoantur
Et solent dici pia corde & ore

Vota precesq.

Ergo quod faustum uelit esse Christus
Patris aeterni λόγος atq; imago
Pauca præfari statui modestè

Tempore dicto.

P. Vincent. Vratis.

PETRI VINCEN_{TII} VRATISLAVIEN_{SIS}
ORATIO, HABITA IN I.
tio lectionis Ethicæ, Vuitebergæ.

Anno 1560.

QVOD M. Cicero narrat se paulò post
mortem Carneadis obambulantem Athe-
nis in Academia solo conspectu eius exedra, in
qua ille docuerat, mirificè commotum esse, non
solum quod nota illius imago animo obuersare-
tur;

tur: Sed etiam quod à sede ipsa tanti ingenij magnitudine orbata, uocem illius requiri putaret, id ego cùm plurimis uestrum adfirmare uerissime possum, multò magis accidere nobis, ut quoties ad prælectionum publicarum operas accedimus, & nostri auditorij intuemur parietes, intra quos reuerendum & clarissimum uirum D. Philipum Melanthonem, tot annos cum singulari felicitate & fructu Ecclesiæ doctrinam, et alias uita utiles artes ac studia tradentem & explicantem audiuimus, loca iam ipsa tanti uiri uoce & donis orbata, quasi mesticiam ostendere suam, & illius nobis erepti triste desiderium subinde res nouare & acuere uideantur.

Nam huc quoties ingredimur, quid aliud cogitare possumus? quam nos cum grauiſſimo animi nostri dolore & ingente Reipublicæ clade amisisse, non modo, quod de Carneade memoria proditum est, ingenij amplitudine, dicendi suauitatem, eruditionis copia & uarietate, iudicij reuertitudine, præstantiſſimum uirum & Stoicorum deliriorum profligatorem acerrimum, in quibus omnibus, cum Attico Carneade Philippo nostro similitudo minimè obscura fuit: sed quod est multò amplius, amisimus ex uere Ecclesiæ & nostro coetu virum Dei, unū cum Lutherο excisatum diuinitus & singularibus donis à spiritu sancto instructum & mirifice ornatum, ad uere deo

de Deo doctrina, quæ superstitionibus Monachorum & pontificiæ colluniei Tyrannide, multos annos oppressa latuerat, salutarem in Ecclesia postremi temporis instaurationem, & fructuam ad posteros propagationem. In quo quidem opere, omnium difficilimo atq; maximo, præcia pùè hunc nostrum Præceptorem Luthero sanctæ memorie fidelem προσάτῳ, διαδόχῳ, νοῦ ὑπερποντίῳ fuisse, & quidem in singulari Christianæ cùm prudentiæ, tūm moderationis, καὶ προότητος studio atq; conatu, & sancto & salutari usq; ad extremum uitæ spiritum, licet omnes non hypocrite solum, sed etiam Sycophantem tremant, & agnoscere nos oportet & palam fateri. Sed de hac re alio loco & tempore, & ad aliud quasi auditorium, uel oratione uel scriptis acturi sunt, quos oportet, omnes & suo loco singuli: Cùm Cynicos quosdam allatrade solitos aliunde ex tutis receptaculis, tanquam fimo proprio, inconditis procul rictibus uiuum hoc Dei organum, ne quidem defuncti sanctissimis pepercisse, fuerit animaduersum atq; compertum.

Nunc ad nos ipsos hæc mihi instituta oratio est, qui cùm discendi studio inflammati, ad uocem præstantissimi uiri, docentis intra hæc ipsa Schole subsellia, conuenire frequentes soliti simus, et si luctus nostri socios omnes feremus

bonos, ubiq; terrarum habenuit: nos tamen potis-
simus de quotidiano aspectu eius loci, in quo duos
& quadraginta annos ille ex omnibus nationibus
multa hominum millia de Dō, piē, utiliter, &
cum orationis uiuæ, ac gestuum summa suauita-
te, erudit, & omnibus simul philosophie parti-
bus, omnibus disciplinis, & linguis, deterso supe-
riorum temporum squalore, & barbarie explo-
sa, lucem optatam attulit, grauius commoueri ne-
cessē est. Verē enim & hoc dixit Cicero tantam
uim admonitionis messe in locis, ut non sine causa
ex his etiam à sapientissimis hominibus memoria
ducta sit disciplina. Non igitur mirum uideri cui
quam debet, si & suspiria nostra & gemitus &
signa alia se penumero animaduertuntur ex hoc
loco, declarantia illius ex consuetudine nostra
sublati & graue & iustum desiderium.

In quo cūm uoluntati Dei, qui illum, post feliciter consummatum sanctissime functionis sue
in hac uita curriculum, ad Academiæ coelestis
exoptatissimam consuetudinem transtulit, necesse
sit nos obtemperare, reprehendendi non sumus,
quod mœsticie communis & desiderij remediat
querimus, non solum quibus dolorem aliquo mo-
do leuemus, queq; illius absentis dulcem & nobis,
& auditoribus nostris memoriam faciant, & semper
ipsius partem meliorem, que animi est atq;
ingenij,

ingenij, quasi in conspectu ponant, sed etiam quæ ad doctrinæ studia longè latèq; propaganda idonea sunt, & fructuosa, & cum utilitate profectuæ que dissentium coniuncta.

Huius generis est continua lectio ipsius scriptorum, quæ nobis reliquit in omni genere doctrinarum, plena ingenij, pictatis, eruditionis, iudicij, suavitatis, & eloquentiae cuiusdam Xenophonæ, deniq; eiusmodi, non solum quæ ad immensa multiplicis doctrine in omnibus disciplinis uolumina studiosis patefaciant aditum, sed etiam quibus progrediendi rationes in doctrinarum amplissimis spacijs, & ad scopum eruditionis in Ecclesia uitaq; communi utilem, accommodati regressus methodo expeditissima commonstrentur: Et quidem omnia hæc admirabili ingenij sagacitate, iudicij rectitudine & explicationis facilitate cruta, distincta, atq; declarata ad cum modum, ut mens auida doctrinæ, nisi plena sit eadem uel stuporis, uel malicie, nihil amplius requirere posse uideatur.

In his igitur uiuit & superstes est nobis etiam in hac uitæ consuetudine Philippus, nobiscum loquitur, nos erudit, monet, consolatur, tantoq; nobis consiliorum, cogitationum & iudicij de multis dogmatum controversijs communicatione proprietor futurus est, quanto maiore sedulitate, studio, & contentione discendi eius eru-

ditissima & sanctissima scripta coluerimus, O
rissima lectione familiaria atq; domestica nobis se-
cerimus. Horum enim ductu & uiuo quasi ma-
gistro habituri sumus aditum, non solum ad co-
gnoscenda omnium magnarum disciplinarum quod
artium, quarum in uita est aliquis usus, penetra-
lia, sed etiam ad intelligenda doctrina de Deo, &
eius uoluntate Ecclesiae tradita, in scriptis Aposto-
licis & Propheticis, sacrosancta mysteria.

Quare & Illustrissimi Principis Electoris
consilium, & senatus Academiæ decretum, de
continuatione earum lectionum, quas hoc ipso
in loco publicè proponere reuerendus D. Prae-
ceptor solitus fuit, laudandum est, non modo quod
pristinus studiorum in Schola ordo moesticie no-
stræ aliquam adferat leuationem, Sed etiam quod
hoc modo discentium doctrinam de DEO, &
artes Philosophicas, quæ sunt utiles & necessa-
rie, ad multarum in uita maximarum rerum ex-
plicationem, studijs & utilitati recte sapienterq;
prospectum esse atq; consultum appareat.

Cum autem in eodem senatus consulo, quod
de lectionum distributione publicatum est, abu-
senti mihi, & ut scitis, in patria tum tempore
ris peregrinanti, demandata sit explicatio pul-
cerrime partis Philosophie, que de fine conditi-
generis humani, de uirtutum actionibus, & ha-
rum

rum moderatione iusticid, quam non minus ue-
rè quam eleganter dixit Aristoteles, Hespero &
Lucifero formosiorum esse, dulcissimè disputat:
Volui declarare hoc loco, me, et si ingenij mei &
eruditio nis, si qua est, tenuitatem, ne quaquam pa-
rem esse amplissimarum rerum, quæ in philo-
sophia morali tradantur, explicationi, facile a-
noscam: nihilo minus tamen uoluntati, primum
Illustrissimi Principis, deinde reuerendorum
Præceptorum & Collegarum, quos omnes &
singulos, ut debedo, & ueneror & amo, in eo,
quod aliter se nolle sèpè iam ostenderunt, pro-
uiribus obtemperaturum esse, nec tam meæ im-
becillitatis, quam obedientiæ, & cum hac con-
iunctæ publicæ, non dico utilitatis, quæ haud scio,
an expectari illa à me in hac mea mediocritate
possit, quam necessitatibus habiturum esse rationem.
Quod eò dicendum mihi publicè existimauit, ut
constaret omnibus, me non aliqua fiducia ingenij
aut instituto proprio meo, sed officio, & ea, qua
Academiae obstrictus sum, fide, adductum hoc onus
atq; laboris non ex meo, sed Reipublicæ necessario
tempore suscepisse.

Vt autem initium sit auspiciatus, cùm, ut à
Platone grauissimè dictum est, omnium rerum
dicendarum & faciendarum principium, à
DEO proficiisci debeat, primum omnium ar-
dentibus uotis, & toto pectore inuoco te omnia

Q4 potens,

potens, uiue, & uerissime Deus, aeternus pater Domini nostri Iesu Christi, cum filio tuo coetero Domino nostro Iesu Christo crucifixo pro nobis, & resuscitato & Spiritu sancto tuo, fons sapientiae & salutis, sine cuius numine, nihil est in homine, ut cum ministerio doctrine & non aliter colligas tibi Ecclesiam ex toto genere humano, nostri etiam miserearis propter unigenitum filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum, & accendas in nobis ac serues perpetuò lucem uerbi tui in his regionibus, & in hoc cœtu nostro, ac regas studia doctrinae & labores nostros, & efficias pro immensa bonitate, & Κλαυθρωπία, ut aliqua tibi à nobis grata fiant & puritas doctrinae Euangeli & optimarum artium studia, à Praeceptoribus nobis tanquam nobilissimum depositum fideliter tradita & relictæ, cum gloria & celebratione debita, sanctissimo & aeterno nominis tuo transmittantur ad posteritatem, cum huius & nostri omnium salute aeterna, & quædam in hac etiam uita studijs necessaria εὐχεία & tranquillitate.

Deinde & adolescentia commonefacienda est de hac utilissima & necessaria doctrina parte, inquirente ultimum finem conditi generis humani, & explicante eruditè admodum causas, partitiones & officia uirtutum & discernente actiones iustas ab iniustis, eam nequaquam tradi uel

di uel consilio uel studio abducendi iuuentutem
à reliqua Philosophia, aut confundendi dogmata
philosophica cum doctrina Ecclesiae, aut reuo-
candi ad rationis humanae normam Euangeli, ut
sepe inerudit clamitant, sed hoc agi, ut dedita stu-
dij doctrinæ adolescentia sciat ad Physicen
& Mathematica studia hanc eruditorem Philo-
sophiam, tanquam exædificationem quandam do-
ctrinæ liberalis, quæ hominem à rerum extra se-
positarum contemplatione, quasi domum ad sese
reducat, adiungendam esse, quod apud Græcos,
primus omnium inter Philosophos rectè & sapi-
enter uidit, ob hoc ipsum, ut arbitror, non imme-
rito præ cæteris sapientissimus, etiam oraculi iu-
dicio declaratus Socrates. Quid enim utilitatis
habitetur effet, omnes omnium rerum caussas in
natura ingenij sagacitate subactas & perspectas
tenere, ipsius autem ingenij atq; adeò hominis, &
earum, quæ huic attributæ diuinitus sunt uirium
ignorare & negligere ultimam caussam & usum
quod uerè effet foris sapere, domi despere, &
philosophari ad exemplum eorum hominum, de
quibus dicitur: φάσκοντες ἐναντι σοφοί ἔμω=
πάνθησαρ.

Deinde nec Euangelium nec Legem Dei &
Philosophiam ita misceri uolumus, quemadmo-
dum malus sepe multa iura confundit cocus, ut
in Comoedia dicitur, quod ἀπαιδευτοί & li-

literarum ojores inconcinnis s^ep^e clamoribus
contumeliosè de studijs nostris uociferantur ad
uulgas. Scimus enim nos etiam confusionem ho-
rum generum patere horribiles errores, idem
tamen sobriam horum eruditamq; collationem,
generibus doctrinæ singulis recte intelligendis,
et multò magis perspicuè, quā ab indoctis fieri
possit, discernendis, plurimum lucis adferre, et
ob hoc ipsum necessariam esse docentibus et dis-
centibus, et affirmare possumus, et contendere
debemus.

Eruditè autem monstratis discriminib; quod
fieri necesse est, eluescit sua sponte et confici-
tur Philosophiæ de moribus laus et dignitas, que
multò maxima et euidentissima est, cum intelle-
gitur eam uerè partem esse diuinae Legis, seu ut
Paulus ad Rom. grauiissimè nominat, τὸν δι-
καίωμα.

Vix Plato et Aristoteles uel ullæ philosopho-
rum literæ, sic unquam philosophiam ornarunt.
Quod cuiusmodi sit ut intelligatur, discriminem te-
neri oportet, et propriæ metæ in singulis doctri-
narum generibus considerandæ sunt. Quotidie
uerò auditis Euangelium esse, promissionem Dei
gratuitam, de condonatione peccatorum, que mul-
ta et magna in hominibus esse, sicut et poenæ,
Philosophia etiam aliquo modo intelligit, tametsi
remedia ignoret, et de reconciliacione cum Deo,
de ini-

de instauratione humanae naturae, de Dei communi-
catione, quæ incoatur in nobis dato & effuso in
nos sancto Spiritu, deniq; de iusticia uita & le-
titia in Deo æterna, positam quidem longè supra
vinnem humane rationis captum atq; intellectum,
sed patefactam tamen & ex sinu arcanae sapien-
tie æterni patris, reuelatione filij ipsius unigeniti
domini nostri Iesu Christi, facti hominis nostra
causa, allatam, & accipiendam fide gratis, sine
uirtutum aut dignitatis nostræ respectu.

Hæc esse aliena à philosophia, & tanquam
barbara uerba, nec de iusticia & beata uita, ut
quidam grauis Poëta dixit, sic loqui solitos Qui-
rites, quamvis omnem illi Græcorum ingeniosissi-
morum hominum sapientiam ad se transferre
studuerint, manifestius est, quam ut indigeat longa
declaratione.

Porro Legem DEI, quæ propriè sic uoca-
tur, in explicatione dogmatum Ecclesiæ, constat
esse doctrinam nihil promittentem gratuitum,
sed seuerè præcipientem toti generi humano
obedientiam perfectam ad amissim, ut dicitur,
& congruentem ad normam mentis diuinæ, re-
quirentis omnium in homine uirium interiorum
& exteriorum integratatem, perfectionem &
innocentiam, tūm erga Deum ipsum, tūm etiam
ad homines, ac denunciantis iram & horribiles

pœnæ

poenias non obedientibus ad omnem æternitatem.
Sed cum conditione tamen præstitæ eius, que rea
quiritur, obedientiæ, præmia bonis pollicentem.

Sic utriusq; doctrine consideranti & intelli-
genti discriminem, facile iam appareat, cum quo ge-
nere adfinitatem aliquam habeat philosophia,
quaæ cùm ab Euangelio alienissima sit, ut dictum
est, neq; enim uel unigenitum filium Dei nouit,
uel hominum indignorum adsumptionem diuinam
adprobationemq; intelligit, quomodo ad alterum
genus doctrinæ quadret, uidendum est. Propius
autem & quam rectissimè intuentibus hoc to-
tum quod Philosophia moralis nominatur, mani-
festum est nihil esse aliud, quam Legem naturæ,
ab ingeniosissimis hominibus animaduersam atq;
ordine explicatam. Lex autem naturæ, est noti-
ciarum, diuinitus in hominum mentes sparsarum,
lumen discernens honesta & turpia seu uirtus-
tes & uicia, pro facultate humane rationis, seu ut
loquimur, quoad usq; haec in præsenti statu pro-
gredi potest.

Fuerat quidem tota Lex diuina hominum
initio conditorum impressu mentibus. Sed post
tristem lapsum, de quo nos erudierunt Prophe-
tica literæ, degenerante in magnam imbecillitæ
tem hominum naturæ, caligo quedam mentes op-
presit, qua hæ impeditæ ad illam, perfectæ obe-
dientiæ cordis & omnium uirium in homine er-
ga Dei

24 Deum, intelligentiam nequaquam sese attollere possunt.

Atq; ea causa est cur denuo Lex diuina, in rupi Sinaide inter horrenda tonitrua, absidente & audiente infinita hominum multitudine, postea latita sit. Mansit tamen in hominibus illud naturale de honestis actionibus iudicium seu noticia, quam vocamus discriminem honestorum & turpium, nascentis cum hominibus, quod ipsum est Lex naturae & Legis diuinæ quedam pars. Nec imbecillis humana natura, qualis nunc ante nouam in membris uerbo Euangeliij, & à Spiritu sancto accentuam lucem esse deprehenditur, habet ullam dotem præstantiorem, quam has ipsas noticias discernentes honesta & turpia, quæ eruditissimum uestigium Dei sunt in natura, & qualis ille sit, alliquid modo ostendunt. Nam perpetue & certæ noticie que lucent in mente, & iudicant sapientiam, iusticiam, castitatem, beneficentiam, ueritatem, res bonas & expetendas esse, & contraria his noticijs mala esse & destruere naturam, ideoq; uitari debere, nequaquam casu oriri, aut ex Democriti atomis confluere potuerunt. Sed causam præstantiorem esse necesse est, uidelicet mentem aliquam eternam, quæ & ipsa sit sapiens, uerax, benefica, iusta, casta, auersatrix & uindex scelerum, Cum fieri non posset, uel ut causa toto genere effectu sit deterior, uel etiam ut melior natura à deteriore oriatur.

Hec

Hec ita sunt plana atq; perspicua, ut si quis
reclamet aut aduersetur, cum non sanum esse ho-
minem, non sanus iuret Orestes, ut Horatius ait:
Quod si natura hominis integra mansisset, tum
uerò in nostra mente plenius reluceret Deus, &
mens prædicta noticia puriore & integriore, esset
multò illustrior Dei imago: Vnde intelligi potest
magnam esse dignitatem hominis, cùm ostenditur
humanas mentes ita conditas esse, ut sint speculum
in quo Dei sapientia, nempe hæc Legis æterna &
immota sapientia, quasi irradiata resulgeat. Quæ
quidem nunc in humano genere, et si tristi cali-
giniis cœno conspersa, pristinam lucem & claris-
tatem nequaquam habet: non tamen in totum ex-
tincta est. Sed manent noticie aliquæ communes
quæ sunt lux illa naturæ, de qua dictum est, hono-
stas actiones discernens a turpibus, quam philo-
sophia explicat, & ad actiones hominum in con-
muni uita aptissimè studet accommodare.

Non igitur philosophiam cum Euangelio colle-
fundimus, sed hanc illius ancillatricem esse osten-
dimus, seruientem utiliter in declaracione Le-
gis nature, quæ est pars Legis DEI, quam non
uult abolitam Euangelium, sed potius stabilitam,
sicut dicitur in Paulo: Fide legem stabilimus. Et
ipse Dominus inquit. Non ueni soulere Legem,
sed implere. Hæc alibi copiosius declarari solent,
sed

Sed hoc loco breuiter attigimus, ut iuniores considerent doctrinarum discriminā, & cogitent hanc præcipuam & ueram laudem esse philosophie moralis, quod fit pars Legis diuinæ, ac legem Dei, fontem esse ac scaturiginem huius doctrinæ: Cuius quidem riuos quod alijs puriores deduxerint, alijs minus puros, id impedire nos non debet, quo minus statuamus, in ciuilis uitæ statu, à quo dum uiuimus excludere nos non possumus, nisi humanitatem omnem exuere uelimus, uerissimum esse, quod de hoc toto genere doctrinæ in Platonis Timœo grauiſſimè scriptum legimus: οὐ τὸς Αἰλοσοφίας οὐ μεῖζον αγαθὸν, οὔτε καλόν εργάσια ποτὲ τῷ συντῶν γένει διωρκηθέρν έκ δεῖ.

Nam quod ad sectarum diſſidia, ac diſſentientes, & ut plurimum plenas absurditatis sententias attinet, clare adſeueramus nos nequaquam philosophiæ nomine complecti, omnes omnium opinioneſ, quas uel in hac, uel in alijs partibus philosophiæ qualibet ſecta pro libidine finxit, ſed eam tantum ſententias pro philosophicis agnoscimus, quæ demonstrationibus fulciuntur.

Vt enim in alijs artibus ſunt principia & demonstrationes, quæ nullis poſſunt uerborum preſtigijs infringi aut labefactari. Ita & in philosophia morali ſunt certa & immota principia,

principia, ut uocant, practica nata cūm homi-
num mentibus, ex quibus firmæ deducuntur de-
monstrations de hominis natura, fine, & aetiori-
bus. Vtq; sit in Medicina & ceteris artibus, ita
in philosophia morali assumi interdum probabis-
les rationes solent, quæ cuiusmodi sunt, & quantu-
m ualeant, iudicare artifices debent.

Hæc initio duxi monendos esse studiosos ado-
lescentes, Primum, ne cogitent se p̄electione hu-
ius partis philosophiæ de moribus abduci à re-
liqua philosophia. Sed moneri potius hanc mitti
orem doctrinam, quæ à morum suavitate ἡδονὴ^h Græcis nominata est, & legum, iuris, æquitatis,
uirtutum deniq; omnium fructus ostendit, & ad
ueram humanitatem uel sola quasi Χειραγωγὴ^h,
alijs præstantissimis artibus addendam esse, &
eam cum Ecclesiæ doctrina nequaquam pugnare,
sed cum sit particula legis diuinæ de honestis ac-
tionibus in ciuili consuetudine uitæ, dignissimam
esse hominis cognitione & studio. Eruditam au-
tem harum doctrinarum collationem, non esse do-
ctrinarum confusionem, sed prudenter usurpatam
singulis adferre plurimum lucis. Nec uolo nunc
plura præfari.

Nam de utilitatibus huius dulcissimæ eruditio-
tissimæq; partis philosophiæ suo loco inter pre-
legendum copiosius dicendum erit. Nunc tan-
tum hoc addo, non mihi uel hominum appellatio-
ne, uel

ne uel uitæ usura dignos esse uideri, qui has eru-
ditas, de summo bono seu hominis fine & de uirtu-
tum humanarum actionibus & officijs, disputa-
tiones uel negligunt oscitanter, uel morose fasti-
dunt, cùm non magis, quam Cumanus Asinus, in-
telligent præcipuum uitæ decus & ornamentum.
Verissimum est autem quod de hac philosophia
parte rotundè satis uerèq; dixit Aristoteles, cùm
ait: ἀριστοτέλης περὶ τοῦ θεοῦ καὶ γνῶσις τοῦ
τοῦ μεγάλου εἰδήσεως.

Cum uero usitatum & studijs in commune
utile sit, omnium artium præcipuos locos metho-
do comprehensos, idoneis atq; in cōmuniis uitæ usu
positis exēplis illustratos, initio proponi adolescen-
tibus, rectissimè me facturū putau, si primum om-
nium elementa Ethices, quæ his proximis annis
magno cum iudicio & eruditione conscripta &
edita, à Reuerendo viro D. Philippo Melanthone
circumferuntur, enarrarem.

Hic enim libellus non solum ad Aristotelicas
disputationes, quarum methodum autor potissi-
mum sequutus est, lectorem præparat, sed etiam
questiones explicat, tūm nostris temporibus ap-
tas, ac moribus utiles, tūm profuturas ad forman-
da de multis communibus negotijs iudicia, & iu-
uentutem ad studium Iuris Ciuilis, & eam par-
tem Theologie, quæ de disciplina & ciuilibus of-
ficijs concionatur præparaturas.

R

Ego

Ego uero et hunc et alios plerosq; Praeceptoris postremos ingenij foetus etiam hoc nomine pluris facio, quod ab eo iam sene scripti et editi, tanquam nunc vero et per me, magna suauitate, perspicuitate et iudicio, quo prædictus fuit autor non solum natura, magno et admirabili, sed etiam etate iam et rerum maximarum usu confirmato, explicitent quasdam horum temporum disputaciones, cum ingenti studiorum ad posteros etiam utilitate.

Nam si quis ita morose et stolidè ineptit, ut nihil existimet interesse ad difficilimarum aq; obscurissimarum controversiarum explicacionem, utrum primus ingenij quasi impetus, an iudicij, etate, eruditione, pietate, ueritatis amore et studio, ac longo rerum usu confirmati, adferatur consideratio, is sane ov προς λύρας suis quamdiu uoleat fruatur uere Stoicis, hoc est, ineptissimis delirijs.

Sanis dubium esse non potest, quin ut ferrum usu splendescit, ita omnes discipline, et earum partes obscuriores, usu et confirmatae etatis longa consideratione, tractationeq; οντωνοι κατω εσπαμενου, ut Plato facere præcipit, lucem accipiunt ac melius illustrentur.

Itaq; Carneadis illius Attici iterum recordor, cuius initio orationis mentionem feci, de quo cuncte gloriaretur, nescio quis, se multos annos Car-

neadent

meadem audiuisse, argutè & sapienter subiecisse
alius fertur, non quād diu audisset, spectandum
esse, sed an senem audisset, cū iam Carneadis di-
putationes non ad ostentationem & captandos
plausus comparatae essent, sed, ut loquitur Plu-
tarclius, πρὸς τὸ άγθοντον οὐκ οἰνώνυμον, hoc
est, ad utilitatem, & rerum explicationem.

Proderunt, autem hi libelli plurimum studio-
sis adolescentibus, etiam propter methodi & Dia-
lecticarum præceptionum, in materijs iucundissi-
mis, proposita exempla: In dicendo autem & scri-
bendo h.ec tota de moribus doctrina, cū sēpē ne-
gocia in huius artis locos communes incurant,
eloquenti.e studiosis multa egregia orationis li-
mina suppeditatura est.

Quare quantum possum studio, benevolen-
tia, fide, animi contentione, tantum hortor &
moneo, ut iuuentus Scholastica hanc doctrinam
ameret, & hos ac similes sanctissimos Philippi la-
bores in sinu foueat, & in his potissimum uiri
summi & ad doctrinam de D E O, ac ueram
atq; Ecclesiæ utilem philosophiam, à supersticio-
nis & barbariei squaloribus vindicandam excita-
ti diuinatus, ac de Ecclesia & tota posteritate præ-
clare meriti eruditissimis monumentis meliorem
Philippi partem, ingenium, & eruditionem, sa-
pientiam, φιλανθρωπίαν, Nestorem dicendi

docendiq; suauitatem, & perpetuum in tota ipsius
uita de Ecclesia & studijs discentium benè merenti
di propositum, & ad Dei gloriā, inde usq; ad
primis annis directam uoluntatem sibi tanquam
in uiua imagine putet ab oculos atq; in conspectu
positam.

Horum assidua lectione non modò desiderium
illius, quod in terris reliquit, non solis nobis, sed,
ut multorum quotidie Principum, Ecclesiarum,
ciuitatum, Academiarum & præstantium uiro-
rum literæ consolatorię ad nos, ad declarandum
mœroris societatem, undiq; missę ostendant, bonis
omnibus in tota Germania grauissimum reliquit,
quantum quotidianus orbitatis nostræ conspectus
sinit, solemur & leuemus, sed confirmemus
etiam animos nostros: ut erecti conscientia cogni-
tæ ueræ, utilis, & salutaris doctrinæ ad omnes ui-
tae casus, illius sanctissimi Praeceptoris exemplo
parati, Ecclesiæ & Scholæ in uera simplicitate
seruientes, neq; pericula necessaria formidemus,
& Sycophantarum obtrectationes atq; calumni-
as, quarum foecunda est huius corruptissimi secu-
li licentia, fortiter contemnamus, ut sedulos in sta-
tione sua ueræ & incorruptæ doctrine propagan-
tores & fidos Ecclesiæ ministros, eruditio-
piae, uel potius eruditæ pietatis yvxo'is alios
decere omnes intelligimus.

Adiungant

Adiungam autem Elementis Ethicæ doctrine
enarrationem textus Aristotelici in ijs libris,
quos ad Nicomachum filium scripsisse putatur,
eruditissimis & utilissimis, ne quid in hac etiam
parte desiderent solidæ eruditionis studiosi. De
quo consilio nostro alibi erit copiosius dicendi oc-
casio.

Nec de mea persona faciam multum uerbo-
rum. Est enim nota uobis omnibus tenuitas mea,
de qua, quod unum iuuante Deo possum, sedulita-
tem, diligentiam & fidem in docendo meam, audi-
toribus polliceor.

Nunc aeternum patrem domini nostri Iesu
Christi coniunctis uotis uobiscum animisq; arden-
ter oro, ut Ecclesiam & hanc Scholam seruet
etiam in hac orbitate sua, & excitet salutares do-
ctores, & ipse studia doctrine gubernet, & in his
regionibus & inter nos perpetuam sibi Ecclesi-
am colligat, propter sanctissimi nominis sui glo-
riam, nec sinat fieri uastitatem in his terris, in
quibus et si magnæ partis hominum ingens & sce-
lerata ingratitudo est, quæ Dei immensa bonitate,
patefacta in Euangelio abutitur εἰς ἀτέληαν,
ut Apostolos loquitur, qualis & in Iudea fuit
Christo & Apostolis docentibus, certum est ta-
men multos esse uere Ecclesiæ ciues, & uiua
membra recte Deum inuocantia, sicut ostendit in

Ecclesijs & schola nostra sonans incorrupta nox
Euangelij de qua scriptum est, Verbum meum non
redibit ad me vacuum. Et filius Dei inquit, Vbi-
cunq; erunt duo aut tres congregati in nomine
meo, in medio eorum sum.

Huic unigenito filio Dei λόγῳ νοῇ ἐνόψῃ
αἰδίῳ αἰδίῳ πατέρῳ, homini factō propter salu-
tem nostram, sedenti nunc ad dextram aeterni pater-
ris, ut det dona hominibus, & simul in Ecclesia
præsenti & potenter efficaci inter nos, usq; ad sea-
culi consummationem, ei, inquam, sit laus, honor,
gloria, triumphus & celebratio infinita, cum co-
aeterno patre & spiritu sancto, unico & soli, ue-
nanti ad gloriam suam & generis humani
salutem Deo, & nunc & in tota
aeternitate. Amen.

D I X I.



ORATIO

ORATIO FVNE-

B R I S IN O B I T U M I N -
COMPARABILIS VIRI, D. PHI-
LIPPI MELANTHONIS, habita in Academia
TUBINGENSIS, 15. MAJ. A IACOBO HEER-
BRANDO, Theologiae Docto-
re, & Professore in
eadem.

Conuenimus Magnifice Rector, Generosi Co-
mites, & Barones, Senatus amplissime, Or-
natissimaq; Concio, ad Tumulum honorarium
Domini Philippi Melanthonis, qui Mense præteri-
to ex hac misera & ærumnosa uita deceßit, eamq;
feliciter cum illa beata, & perpetua commutauit
(sicut ad nos nona huius Mensis prescriptum est)
iusta ei facturi, & exequias postremumq; hoc pi-
etatis officium præstituri. Ex cuius obitu ome-
nes pij & boni, ingens accepere uulnus, ac pub-
licus & communis totius Ecclesiæ & Scholarum
luctus est, quæ optimo, & fidelissimo Doctore, ac
præceptore sunt orbatæ. Quod si unquam ca-
sus aliquis non modò Scholis, sed etiam Ecclesijs
omnibus tristis, & acerbis accidisse uideri potu-
it, hic certè multò maximè omnium lacrimis
deplorandus erit. Neq; paruam iacturam fecit
Respub. Christiana, tanto uiro priuata. Ereptus

est enim terris Vir præstantissimus & summis,
optimè de tota Ecclesia suis laboribus meritus,
pietate, uirtute, sapientia, & eloquentia excellens
tissimus, cuius ingenium planè fuit diuinum, &
domicilium Spiritus sancti, eruditio multiplex,
& penè incredibilis. Cui neq; terra tulit, neq;
Sol hic aspexit similem, cuius uel in rem publicam
literariam, uel in Ecclesiam, quibus fidelissimè, &
utiliter longissimo tempore, nullis laboribus para-
cens seruauit, merita extens plura, aut maiora.
Quare quod Helisæus Propheta, curru igneo in
coelum præceptore suo Helia sublato, tristi, & lu-
gubri uoce ingeminando, abitum sui Præceptoris
deplorat, clamans. Pater mi, pater mi. Curru
Iſraël, & auriga eius: Id nos quoq; facere multo
aequius est. Occidit enim, heu occidit Rector, &
governator summus scholarum, & Ecclesiarum.
Quæ igitur ingratitudo, quæ impietas maior dici,
aut excogitari posse, quam talis uiri obitu non
affici?

Cum igitur de summo, & eloquentissimo uiro,
cui etiam Erasmus, in suo Ciceroniano, primis
inter eloquentes suo tempore tribuit, uerba sint
facienda, oratio requirebatur eloquentissimi ar-
te elaborata, exquisita, & absoluta, quæ laudibus
ipsius amplissimis, splendore suo par esse posset.
Nam si Alexandrum Magnum nefas erat nisi
& Lysippo, & Apelle, præstantissimis artificibus
fingi.

figi: Cur Philippum ter maximum, nisi à summis ingenijis, & artibus dicendi instructissimis, laudandum existimabimus?

Ego uero, cum ab ista dicendi facultate longissime absim, & meae mihi conscius sim infantiae, plurimos quoq; in hoc coetu clariſſimorum uiorum Oratoria instructos, mihiq; hac in re parum exercitato longe præcellere coram uideam: merito omnium incurrerem in reprehensionem, si mea sponte has dicendi partes suscepissem. Verum cum & Illuſtriſſimus noster Princeps pro singulari ſua, & principali erga ſtudia, & Scholas Clementia, id à nobis poſtularet, Et Senatus Scholæ ampliſſimus hoc ipsum, ad officium ſuum pertinere iudicaret, statim nunciata morte uiri incomparabilis, debitum eum laudibus ornare, mihiq; tanquam discipulo ipſius, qui eum pluribus annis docentem audierim, cuiq; historia notior fit, quam forte alijs iniunxerit, & ego precibus fruſtra reluctantando, nihil proficerem, nolui odioſe repugnare, ne uel ingratus erga præceptorem præclarè de me meritum, cui omnia mea, ut deoſe accepta refeſo, uel laboreni ſubterfugere, aut Senatus autoritatē paruifacere (quæ omnia à me alieniſſima eſſe uolo) iudicarer: ſed hoc quæ lecunq; pietatis, & gratitudinis officium poſtreum præſtare, & quoconq; euentu in hac materia occupari, pium eſſe existimau. Idq; eo facilius

ius mihi persuaderi passus sum, quod per se suis
scriptis, rebus preclarissime gestis, uirtutibus, uita
deniq; integerrime acta, clarus sit, & illustris, ut
opus non sit splendorem Orationis adhibere. Hoc
enim aliud non esset, quam soli lumen addere, sed
tantum ueritas, & bona fides a me requirantur.

Optarim autem, si ita Deo Opt: Max: uisum
fuisse, ut uiuo potius D. Philippo, eam, quam ip-
sius erga Ecclesiam, Rempub: literariam, & me
priuatim beneficia postulant, gratitudinem pre-
stare potuisset, quam erga uita hac functum hoc
qualicunq; officio animum nostrum declarare.
Verè enim affirmare possum, nihil mihi in hac
uita tristius accidere potuisse hoc nuncio de Oz
bitu tanti uiri, quo ita consternatus sum, ut neq;
me ipsum colligere, neq; animum ad cogitandum
instituere potuerim. Ideo ueniam mihi dari peto,
si expectationi uestræ non responderit Oratio,
neq; elegantiam & splendorem, quem & perso-
na de qua dicitur, & argumenti grauitas ac uia-
rietas requirit, adhibeam.

Non instituam autem Graecorum more pa-
negyricam laudationem, sed propter iuniores
historiam uitæ breuiter recitabo, & de studijs,
eruditione, & scriptis dicam, pauca quedam de
multis attingens, & quasi procul ostendens: Quia
bus de

bus deinde nonnulla de doctrinæ genere, quod professus est, subijciam, ut memoriam ipsius honori-
ficè conseruemus, & omnes intelligent grata, &
iucunda nobis ipsius fuisse officia. Ac spero hæc
auditoribus fore utilia, Nam & de doctrina
multa monent, & exempla uitæ illustria omni-
bus, imprimis uero studiosis utilia continent.

Et ut initio, more solito, quedam de patria
dicam: Natus est D. Philippus in Palatinatus ad
Rhenum oppido Bretta, Anno Domini. M.
CCCC. XCVII. minutis sex post horam
septimam pomeridianam, die decima sexta Fe-
bruarij. Locus nativitatis non procul hinc dia-
stat, quod scitis, ut nobis etiam cum uendicare
posse uideamur, præsertim cum postea hic uixe-
rit didicerit & docuerit, de quo paulò post. Sci-
mus olim multas Græcie ciuitates de Homero
mortuo certasse, singulis ciuem suum, & apud
se natum magnis contentionibus asserentibus:
quod plurimum laudis hinc Patriæ suæ acce-
dere iudicarent, talem, & tantum uirum in sua
ciuitate in hanc lucem editum esse, Nec nos igi-
tur in postrema felicitatis, & laudis parte po-
nemus lumen hoc Germanie, imo mundi poti-
us, in hac uicinia ortum esse: Sed gratulemur
nobis, & Patriæ, quod talem ciuem, non nobis
modo, Verum etiam toti orbi Christiano, cuius
memoria

memoria, & monumenta, uiuent, uigebunt & florebunt apud omnem posteritatem, produxerit.

Ortus est apud autem parentibus, qui honesto apud suos loco fuere: sicut etiam nū hodie frater ipsius Georgius Schwartzerd illic Magistratum gerit. Mater sapientia admiranda in tota illa uicinia excelluit, clara & celebris fuit. Sed de his non opus est plura addere. Nam si maximē obscuris natus esset Maioribus, tamen uirtute sua ita illis præluxit, ut si prius noti non fuissent, à se initium memorie suæ accepissent (Libet enim uerbis Ciceronis uti) ac multò satius est, proprijs uirtutibus florere, quam maiorum opinione, & imaginibus tantum niti, & posteris initium nobilitatis præbere, quam aliunde acceptum, uiteturpiter acta, tenebras offundere.

Cum igitur facultates illis mediocres essent, honestè etiam, & liberaliter filium educari curarunt, & ad studia literarum adhibuerunt, quae rum rudimenta prima in patria sine negocio dicit, ut omnes spem maximam de ipso conciperent. Nihil enim mediocre ingenium pueri pollicebatur.

Deinde uero ad portam Herciniae, cui nomen est Pfortheim, à parentibus est missus, ubi apud sororem Capnionis cognatam uixit, & illic apud Georgium Simlerum, qui postea hic primum bonas artes, deinde & iura professus est, ac Ioannem

nem Hildebrandum, uiros eruditissimos, Latine
& Græcæ linguae exercitia habuit, quod ad nos
ipse anno superiori Calend: Maij scripsit.

Inde Heidelbergam ad uicinam Academiam à
suis est ablegatus, Florebant enim illic studia lite-
rarum, ut illa ferebant tempora mediocriter, Vbi
& primam lauream est consecutus.

Postea consilio Reuchlini cognati, qui eum
non nisi filij nomine appellauit, & Simleri præ-
ceptoris Tubingam uenit. Fuit autem Reuchlinus,
ut hoc quoq; obiter addam, (cum in hac Schola
Hebreæam linguam sit professus, & in hoc Duca-
tu mortuus) primus, qui studium Græcæ & He-
breæ linguae in Germania excitauit. Et cum Ro-
uperti filij & filie Ducis Bauariæ Georgij mis-
sus esset, ibi q; diutius anno commoraretur, & Ab-
diam illum Iudeum docentem Hebraica, & Ar-
yopilum, natione Græcum, publicè Thucydiden
profidentem, studiose audiuit. Cumq; Argyropi-
lus Germanum esse intelligeret, quæsivit, num
Græca legere nosset? Ille uero cùm non modo ele-
ganter legeret, uerum etiam interpretaretur dif-
ficilimum autorem, exclamauit in publico, Ecce
Græcia nostra exilio transuolauit Alpes.

Habuit Tubinga eo tempore uiros præstan-
tissimos in literis, & linguis, & præter Reuchlin-
num,

num, Georgium Simlerum, quo ante præceptore
usus fuerat. Brasicanum, & Bebelium poëtas
Laureatos, Ioannem Stöfflerum Mathematicum
insignem, M. Franciscum Stadianum Professorem
Aristotelis celeberrimum, & alios eruditione
præstantes viros, cum quibus D. Philippus fami-
liariter est conuersatus, & in discendo aliquo-
rum opera usus, præsertim Simleri, qui dicere so-
lebat, discipulum præceptore doctiorem esse, &
Stöffleri quem triennio diligenter audiuit.

Perceptis artibus, linguis, & Philosophia para-
tim à præceptoribus, partim uero priuato stu-
dio, honores, & gradum Magisterij philosophici
in hac schola petit, & consequitur anno à natia-
uitate Christi M. D. X L I I I . in die Conuersa-
onis Pauli: Decano Magistro Ioanne Kress, &
inter undecim Candidatos, primum locum obti-
nuit.

Postea & docere simul coepit in hac Schola
bonos autores Virgilium, & Terentium, quem,
quia prosa oratione scriptus uidebatur (sicut pri-
ma exemplaria uetusta eodem modo excusa, que-
nos quoq; in nostra pueritia uidimus, testantur)
monstrato carminis genere, restituit: & in hac
schola quinq; eius Comœdias enarravit.

Denide Oratoria lectione sibi demandata,
Ciceronis quædam opera iuuentuti proposuit,
postea

postea etiam Liuij libros & absoluit. Et simul tunc
inter docendum ad sublimiora animū applicauit.
Cūmq; ualeret ingenio, quod ad studia natum
erat, & omnium capax, non uni studiorum ge-
neri se dabant, sed omnibus. Idq; adeo feliciter,
ut, quod auditu mirum est, cūm alias singuli uix
singulas artes recte discant, hic omnes, & singu-
las ita didicit, ut uni soli operam dedisse uideri po-
tuerit: Nec artes modo dicendi, & linguas, sed to-
tam Philosophiam, & quid dico Philosophiam?
parua enim hæc, licet magna sint, uidebantur. Ide-
oq; non contentus ijs, ad sublimiora studia, facul-
tates uocant superiores, se contulit, easq; omnes
didicit, nec obiter gustauit, sed tantum in ijs pro-
fecit, ut etiam cum summis artificibus & Profes-
soribus certarit. Audiuit hic in Theologia scho-
lastica Doctorem Lempum, qui tum præcipius
babebatur, & alios Professores. Simlerum, quo
antea usus fuerat præceptore in discendis linguis,
lura hic profitentem diligenter audiuit. Et facile
cum artes dicendi, & Ethicen recte didicisset,
ingenioq; excelleret, in illis studijs cum fructu uer-
sari potuit, quantumq; peofecerit, libri de his
scripti testantur, & hic leges priuatim docuit.
Medicam uero artem non neglexit, sed & hic
Professores eius docētes audiuit studiose, et Galeni
libros cūm propter linguam & methodum, tum
propter rerum cognitionem ita legit, ut sententi-

am alter

am autoris sit consequutus, & pleraq; memoriter
recitare potuerit, eiusq; rei specimen dedit in li-
bello de Anima.

Hæc omnia celeriter didicit, ut omnium oculi
los in se conuerteret, cum discipulus' ne, an Doctor
ac Professor prius esset, merito quis dubitauerit.
Fuit enim in eo diuina quædam uis ingenij, acies
mentis, iudicij dexteritas, memoria admiranda, ut
meminerit omnium, quæ uel legisset, uel audiui-
set unquam, ut circumstantias temporum, loco-
rum, personarum, & nomina quoq; uersus, senten-
tias, & periodos memoriter recitare posset,
quæ omnia docent memoriam eius fuisse admiranda.

Atq; hoc modo, adepto gradu Magisterij, quida
driennio hic uixit, Doctor simul bonarum litera-
rum, & discipulus grauiorum studiorum.

Iam tum certamina de religione Vuitebergi,
per Reuerendum uirum Dominum Doctorem
Martinum Lutherum in causa indulgentiarum
erant mota, Et optimus, ac prudentissimus Prin-
ceps Fridericus Dux Saxoniæ Elector, Scholam
a se institutam souebat, & exornabat, undiq; ac
cerfisis uiris doctissimis. Inter reliquos uero
etiam Reuchlinum, cuius tum in tota Germania
celebre erat nomen, Vuitebergam uocatum esse
esse audiui: Verum patriam, cui ipse tum Trium-
uir Sueviae præferat, deserere noluit; adesse autem
se longe

se longè maiorem, Philippum Melanthonem iu-
uenem, respondit.

Vocatur itaq; Deo sic uolente, Vuitebergam
ab Electore, Anno Domini M. D. X VIII I. na-
tus, ipse annos uiginti unum, ut Graecas literas do-
ceret, unde uulgo illic initio Græcus est dictus.

Discedente D. Philippo Tbinga, Simlerus
præceptor, uir eruditione præstans, deplorandum
esse toti ciuitati eius abitum dixit, & subiecit,
Quotquot ibi essent docti homines, non esse tam
doctos, ut intelligerent, quanta esset doctrina eius,
qui inde euocatus discederet. Nec falsus est suo
iudicio. Statim enim ubi Vuitebergam peruenit,
utramq; linguam Græcam, & Latinam docuit:
& ut id cum fructu præstaret, ne auditores mul-
titudine, & prolixitate præceptorum, quæ alias
molesta sunt, deterrerentur, eaq; facilius addisce-
rent, præcepta utriusq; Grammaticæ in Compen-
dium redegit, & edidit, ut non solum suis audito-
ribus, sed toti Germaniæ consulceret, studiaq; lin-
guarum accenderet. Et pulcrè respondit euen-
tus. Nam ab illo tempore in omnibus scholis, &
omnium puerorum manibus libelli uersantur.

H.ec funda menta ubi iecisset, cùm uideret ob-
scure, & intricate præcepta Rhetorices, & Dia-
lectices uulgo tradi in scholis, nullumq; usum ar-
tium monstrari, & exempla, quibus præcepta il-
lustranda erant, partim esse ridicula, partim ue-

rò & què obscura, ac ipsa præcepta, in quibus etiam multa inutilia habebantur, hunc in se recepit laborem, ut ex Aristotele ipso, Cicerone, & Quintiliano optimo, & præcipua, pauca tamen, si ad ingentem istum aceruum conferantur, feligere, præcepta, quæ subinde quibusdam additis, ait, ut postrema artem totam complectantur. Et quia præcepta nuda amara sunt, & obscura, illustria addidit, & utilia exempla, quibus usus arietum, & præceptorum, & quomodo ad omnia negotia, in tota uita, ad artes, & disciplinas omnes accommodanda essent, demonstrauit. Eaq; omnida tanta perspicuitate, & dexteritate proposuit, illi Methodo, & ordine, exemplisq; additis ita illustrauit, ut obscurissima alias difficilima, & abstrusissima, ab omnibus facile, & nullo negocio intelligantur.

Præterea ut adolescentes ad ueram Philosophiam manu quasi deduceret, Physices & Ethicae Epitomas conscripsit, in quibus, ut alijs omnibus, usum disputationum philosophicarum monstrauit, atq; ad uitam communem transtulit. Quam uenustè enim Iusticiam commutatiuam & distributiuam, quarum utramq; Aristoteles aequalia & equalibus reddere ait, illam quidem proportione Arithmeticæ, hanc uero Geometrica, ad communem uitam applicauit, quæ in contractibus, & personarum ordinatione consistit? Ut in contractibus

tractibus simpliciter precium mercibus respon-
deat: ad Reipub: uero, & aliorum officiorum in
omni uita constitutionem, non quosuis sine discri-
mine ex fauore, propter imagines, & generis
prerogatiuum, aut inanes titulos, adhibendos, sed
optimos quoq;. & maximè idoneos. Hec si
non obseruentur, ciuilem hanc communis uitæ
societatem consistere non posse, sed collabi Res-
pub: & omnia perire neceſſe eſſe. Talia mul-
ta occurrunt in scriptis D. Philippi, quibus cer-
tè Aristotelis sententiam illustrauit, & uſum do-
cuit, ut artes finem suum conſequerentur, qui eſt
utilitas aliqua in communi uita.

Quid de Physicis diſputationibus, & libellis
dicam? quid de Astrologicis, de libello item, in
quo non tantùm de anima differit, sed totius hu-
mani corporis formatione, partibus omnibus, af-
fectibus, humoribus, Anatome, & ſimilibus? Quid
de Orationibus elegantiſſime de uarijs rebus scri-
ptis? Dies me citius deficiat, quam res & uer-
ba. Nam in argumenio tam copioso, nemo adeo
ieſimus eſt, ut uerba ei deesse poſſint.

Cum autem eo tempore præceptorum Aristo-
telicorum uſus non traderetur, sed etiam philoſo-
phia ipsius à male ſeriatis hominibus cum Theo-
logia confunderetur, uerum præceptorum &
philofophiae uſum monſtrauit. Methodicam tra-

Eationem ad materias Theologicas accommodauit, ac utriusq; doctrinæ Theologicæ & philosophicæ discrimen rectè docuit. Hoc ergo proprium habet, & peculiare D. Philippus, sibiq; iure uendicat, & q; pauciora, & breuiora quam priores tradiderit precepta, atq; exemplis utilissimis illustrarit, & usum eorum monstrarit, studia artium, linguarum, ac ueræ philosophie, Mathematicum quoq; sua industria, & autoritate accendeat, & quasi postliminio reuocari, adq; communem uitam transtulerit.

Docuit autem in schola Vuitebergensi annis. XLI. non unam aliquam solum artem, sed omnino omnes, sicut omnium peritus erat, singulis diebus binas horas ordine per totam septimanam lectionibus distributis, utilia proponens auditoribus: Verum communi Ecclesiæ, & Reipub: utilitati inseruiens, tantumq; docendo profecit in omnibus, quantum uix alias singuli Professores in singulis artibus, unde diuinitus excitatum, facile est uidere. Discipulos habuit, & auditores singulis temporibus plerung; bis mille, & inter hos Principes, Comites, Barones, ac generis nobilitate præstantes plurimos.

Ad Titum Liuum de ultimis Hispaniæ, Galiarumq; finibus, quosdam uenisse Romanum legimus. Pythagoras Memphiticos uates, Plato Egyptum, & Architani Tarentinum adiisse scribitur: Ad hunc

Ad hunc uero nostrum audiendum, non pauci quidam, nec ex una, aut altera regione, sed ex omnibus Germaniae oris: Et quid dico Germaniae, imo ex omnibus propemodum totius Europe proinceis & regnis, ex Gallia, Anglia, Hungaria, Transsylvania, Polonia, Dania, Bohemia, & ex Italia quoq; ipsa, Imo ex Græcia, fama nominis ipsius excitati, plurimi omnibus temporibus Vitebergam confuxerunt.

Quot igitur millia discipulorum totius uitæ curriculo habuisse existimabimus, qui cum protentem audiuerere, & grati præceptorem suum agnoscunt, indeq; in uarias regiones dispersi, merces quas illic comparauerunt, exponunt, & distrahunt?

Quid, quod etiam aduersarij, qui diuersam ab ipso Religionem colunt, tamen lectione librorum ipsius delectantur? magni eruditionem uiri faciunt, industriam, & dexteritatem in docendo admirantur?

Et in tota Germania omnes cathedræ, scholæ, & pulpita, scripta ipsius sonant, haec omnium manib; tam puerorum, quam adulorum teruntur, quod testimonium est euidentissimum & minime fallax, scripta haec immortalitatem habitura.

Quibus rebus motus uir ille Dei Martinus Lutherus, non absurdè dixisse mihi uidetur. Eum, qui philippum præceptorem suum non agnoscat,

stupidum & stolidum esse asinum, & beanum, qui
opinione, & fiducia ingenij sui feratur, & rega-
tur. Nam quicquid usquam in artibus, & uera
philosophia sciamus, hoc Philippum prestare,
titulo quidem humili, Magistri esse insignitum,
sed longe excellere omnibus Doctoribus: Nec
quenquam esse in terris suis temporibus in suo ge-
nere sub sole, talibus donis ornatum. Ideo magni-
faciendū. Qui uero hunc uirum contemnit, eum
etiam coram Deo fore ignobilem. Hactenus Luthe-
rus. Magna sunt hæc fatig, ornatisimi Auditio-
res, que hactenus de huius uiri studijs, laboribus,
scriptis, & meritis in Rempub: literariam à no-
bis sunt commemorata, & sufficiebant.

Sed restant alia maiora. Non enim in his stu-
dijs substituit, cum alio quoq; consilio diuinitus es-
set excitatus, & Vitebergam euocatus. Quod Re-
uerendus uir D. D. Martinus Lutherus intelle-
xit, nec dissimulauit, nempè ut ipse instaurator sin-
cerioris, et uerae religionis sociū laboris et Theſeſ
in illustranda, et promouenda Theologia haberet.

Nam D. Philippus Methodum, qua initia, pro-
gressus, & fines rerum indagantur, & genus die-
cendi elegantius, tersum, facile, proprium, & ner-
uosum adhibuit. Hinc factum est, ut cum magno
omniū applausu scripta ipsius sint excepta, & re-
ligio uera, etiam ad exterros perscripta, & per
discipulos sit propagata.

Quare

Quare non modo de mortui laudibus in hac historiae recitatione cogitemus: sed multò magis doctrinæ genus, quod professus est, consideremus, que est altera pars nostræ Orationis. Et de admiranda Ecclesiæ gubernatione commonefiamus: Quod filius Dei, sedens ad dexteram æterni patris, dona dat hominibus, Prophetas, & Doctores idoneos subinde excitans, qui doctrinam cœlestem, figuratis hominum obscuratam, in lumen proferant, statum Ecclesiæ collapsum instaurant, & religionem depravatam, pristino nitoris restituant, quo Deo colligatur uoce, & ministratio docentium, cœtus aliquis, qui in hac uita eum ex præscripto uerbi sui, rectè agnoscat, inuocet, & in hac præsenti, & in futura illa beata uita, cum sanctis, & castis Angelis perpetuò celebret. Hos Doctores Deus ex scholis docentium, & discentium scripta Prophetica & Apostolica sumit.

Tale organum electum etiam hic noster fuit, qui dispositionem et ordinem disputationum Paulinarum in Epistolis de Iustificatione gratuita solius fidei ex misericordia Dei, propter meritata in Christum, Spiritu Sancto Doctore primus animaduertit, & Ecclesiæ monstrauit. Quod igitur usitata scholasticorum, et Monachorum delicia potius, atq; commenta quam fidei dogmata repudiauit, non puerili levitate, incogitania & te-

meritate factū est. Nec Lutheri societate, uel autoritate motus id fecit. Dum n. hic etiamnū uiueret, inutiles, spinosas, intricatas, & friuolas scholasticorum opiniones, & disputationes, adeoq; totum illud doctrinæ genus, quod neglecta sacrosancta scripture autoritate, Aristotelem cum Theologia confundit, & ex duobus integris unum corruptum facit, traditiones hominum non scriptas, decreta pontificum, & conciliorum, sine ullo dis crimine recipit, hominibus prætoriam interpretandi scripturam autoritatem tribuit, ut id sonare cogatur, quod ipsi uolunt, quasi propter locum, & gradum errare non possint, Hoc inquam doctrinæ genus tum abiecit.

Sed diligenter scriptis Propheticis, & Apostolicis euolutis, adhibita etiam patrum lectione, totam antiquitatem consuluit, & contulit, atq; ex hac sententiarum collatione, Corpus integrum doctrinæ conscripsit, in quo omnes propemodum, certè præcipuas Theologicas materias, cùm alijs alias tantum tractarint, monstratis ueris fontibus ex sacra scriptura est complexus, idq; solita sua dexteritate, unde facile legentibus appareat, quid de singulis doctrinæ Christianæ partibus senserit, nec opus esse arbitror, ut ordine recenseam, cùm extet liber, & omnium manibus ueretur.

Id scriptum, quod initio hypotheses Theologicas, postea locos Theologicos appellauit, aliquos tuis,

ties, longo rerum usū, disputationibus, lectione, & exercitijs pietatis magis instructus, recognouit & locuplerauit. Nec enim ut priuatae consuleret tranquillitati, medius, aut esse, aut haberi uoluit. Hoc ne Solon quidem in Repub: sua ferebat, ut mota seditione, neutrām quis factionem sequeretur, sed honoribus tales, quos Neutrales uocant, abdicabat, cuius legis rationē Plutarchus hanc aferit, Ne quis neglecta Reipub: cura ex salute, priuatis tantum commodis studeret, & suæ tranquilitati consuleret.

Fuit autem D. Philippus natura miti inge-
nio, studiosus pacis, & concordiae, amans tranquil-
litatis, abhorruit ab omnibus seditionis & tribu-
nitij consiliis, moderatus, & uerè ^hominis, gratus
omnibus, ut scimus, & in summa autoritate. Ide-
oq; facile si uoluisset, in tuto esse poterat, & ocio
studere. Nec debeat acumen ingenij, non eruditio,
ne facile potuerit conciliationes dogmatum suca-
tas instituere, flexiloqua, ambigua, & quæ in u=
trumq; partem detorqueri possent, uocabula ex:
cogitare. Sed fuit constans, nec suis commodis at=
temperare religionem, nec doctrinæ genus, quod
nouerat, cum sacra scriptura consentire, mutare,
aut colludendo cum aduersariis, prodere uoluit.

Hoc unum in Erasmo, quem optimè de literis
meritum, magnificiebat, desiderare eum memini,
quod non aperte suam sententiam in causa &

controuersijs religionis diceret, nollet periclitari
de suis fortunis, & existimatione nominis sui,
neq; autoritatem suam, qua apud Reges, Princie-
pes, Cardinales, Episcopos, & omnino omnes pol-
laret plurimum, interponeret, quo Religionis &
Ecclesiæ status emendaretur. Audiui enim dicen-
tem, quod, cum ea de re, scripto uirum admonu-
isset, non aliud tulerit responsum, quam εργα νε-
ωρ, βολαι δε μετωρ, ευχαι δε γραπτωρ. Si-
gnificans se iam senio confectum, precibus occu-
pari: Itaq; hoc negocium alijs committendum,
quibus adhuc maiores essent uires, qui labores &
onera gubernationis possent ferre, & consilio ua-
lerent.

Non talis noster fuit, ut callide suam dissimu-
laret sententiam, ne propter confessionem in dis-
crimen uitam & fortunas adduceret. Neq; ambi-
guo, aut proprio sermone offundere caliginem
auditoribus, & lectoribus uoluit. Nec enim in
dogmatibus lusit fingendis nouis opinionibus, aut
interpretationibus, nec noua commentus est doga-
mata, antiquitati ignota, tametsi ualeret ingenio,
eruditione, & multis alijs rebus esset instructus,
non tamen tantum sibi permisit, nec ingenio in-
dulxit: Sed quenadmodum ipse in tota uita, &
omnibus actionibus apertus fuit, sincerus, & cari-
dus: ita in professione doctrinæ, proprietate sera-
monis, & orationis, semper delectatus, & genitius
iuam

inam ac natuam sententiam, quam sermonis proprietas, & fidei Analogia afferunt, facta collatione, eruebat, & id quod sentiebat, uoce & scriptis, cum alijs plurimis, tum in primis in Locis est professus.

Cumq; in hoc nostra ueretur oratio, & magis sit horum Locorum usus, atq; in omnium fere manibus uersentur, non possum præterire, quin iudicium Domini Doctoris Martini Lutheri de illis recitem. Spero enim non fore auditoribus ingratum.

Adeo autem honorifice de illis sensit, ut dixerit, Non extare ullum aliud præstantius post Apostolica scripta, Locis D. Philippi, Ideoq; in Ecclesia, & scholis retinendum, Quia in eo doceat, pugnet, & triumphet, ac totum corpus cœlestis doctrinæ complectatur. Nec in omnibus omnium patrum scriptis, tantum reperi re eruditiois Theologicæ, quantum in his Locis hinc confineatur. Et si omnia illorum scripta conflarentur, non tamen inde Locos Philippi prodituros.

Adhibitus est postea dijudicationibus dogmatum, & controversiarum, ac grauiissimis deliberationibus, ubi de tota religione est disputatum. Interfuit plerisq; Comitijs imperialibus, Conuentibus principum, & Theologorum, ac colloquijs omnibus publicis, quæ toto tempore hoc sunt instituta. Nec fuit illic ociosus spectator, aut

κώφορ

κώφω πρόσωπον, sed præcipuas semper egit
partes, omnia scripta composuit, cum aduersariis
est congressus, & in acie stetit, ac constantiam
præstítit uiro bono dignam. Nec unquam uictus
discessit, sed maxima ingenij celeritate, & acumi-
ne, Sophisticen intellexit, & deprehendit, atq; in-
tricatas, & inuolutas quæstiones, ac nodos Gordi-
os, gladio uerbi Dei dissecuit, & dissoluit.

Scripsit & tempore periculosisimo, cùm omt-
nia interitura uidebantur, in Comitijs Augusta-
nis, Fidei confessionem, communicato tum cum
alijs consilio, quæ ibidem exhibita est Imperatori
Carolo quinto. In qua etiam præcipuos fideli-
articulos est complexus, sed breuiter, ut in Con-
fessione fieri solet. Hæc Confessio latè sparsa est,
& habet sectatores non paucos, nec ignobiles, ac
permansuram etiam ad finem Mundi contra Infe-
rorum portas speramus. Cuius etsi aduersarij re-
futationem tum instituerant, eam tamen neq; pub-
licè in lucem edere unquam ausi sunt, neq; statis-
bus Imperij, qui Confessionem exhibuerant, ab ipso
Imperatore potentibus copiam eius sibi fieri, in-
spiciendam dare uoluerunt. Videbant enim sua
frigida esse, & friuola, nec posse clarissima luci,
quæ in Confessione splendebat, tenebris offundi aut
aliquid certi & firmi opponi.

Scripsit postea in iisdem Comitijs Apologiam,
in qua & Confessionem defendit pluribus argu-
mentis,

mentis, & Aduersariorum Confutationem publicè obiter lectam refutat.

Ad D. Philippum tanquam Delphicum Apollinis oraculum in causis difficilimis omnes pro tempore Ecclesiae, Imò & Principes plurimi configerunt, sententiam ipsius, & iudicium audi dire cupientes, quibus laboribus hæc res ei consideraverit, facile quiuis intelligit.

In hunc modum, his laboribus, & studijs perpetuò occupatus, ubi Tubinga discēpsit, Reipublicæ literarie, & Ecclesiae cùm docendo, tūm scribendo XLI. annos seruuit.

Deum immortalem, quanta felicitas, frui tanto tempore tam salutari Doctore, Ego certè, et si probè mihi meæ tenuitatis sim conscius, nec tantum profecerim hoc præceptore, quantum debueram: Tamen hanc summam felicitatem, quæ mihi in terris contingere potuit, iudico, quod mihi toto quinquennio, duos istos heroas, Martinum Lutherum dico, & Philippum Melanthonem præptores meos perpetua obseruantia colendos, audiendi copia sit facta.

Et quod Irenæus de Polycarpo Smyrneorum Episcopo, qui fuerat auditor Ioannis Apostoli, & Evangeliste scribit, Multa sèpè Doctoris sui dicta narrare solitus, quibus addiderit, se adhuc uoces ipsius, quasi in auribus suis sonantes audire: id de me uerissime possum affirmare. Me adhuc

huc non modo uoces horum uirorum in auribus
tinnientis audire, sed adeò tenaciter menti meae
insculptas, & impressas esse, quasi ipsorum effi-
gies, ac oculis hisce presentes, coram assistentes
cernerem, ijsq; me sàpè oblecto, ac spero, me suo
tempore, illos in beata illa uita denuo uisurum, col-
loquuturum ac conuersaturum.

Sed quò me abripit affectus? Redeamus ergo
ad institutum. Dixi de studijs, & laboribus D.
Philippi, quos continuos in tenui corpusculo, sine
ulla intermissione sustinuit, uix ut respirare licue-
rit. Similiter, & de doctrinæ genere, quod profes-
sus est. Verùm antequā ad alia pergam, studiosos
admonendos esse duxi, ut exemplo tanti uiri, se ad
diligentiam in discendo exuscitent, & ad labores
perferendos adsuefaciant.

Themistoclem dixisse scribitur, Miltiadis Tyr-
phæum non patitur me dormire, neq; cessare. Nec
nos ergo tanti uiri laudes, eruditio insignis, & res
præclaræ gestæ ociosos esse sinant, sed ignauiam,
oscitantiam, & ueternum excutiant. Neq; enim
ad ocium uocamus, cùm uel ad studia, uel ad Ec-
clesiæ administrationem, uel docendi munus in
scholis adhibemur. Nam ocium literarum, quod
sic dicitur, non est ignauum ocium, ut Centauri
nonnulli iudicant, qui suos tantum labores magnis
faciunt, aliorum uero, quos nec intelligunt, nec
præstare possunt, extenuant, & contemnunt: Sed

maximum est, & laboriosissimum negotium. Ita
tentio enim animi, studium, assiduitas in lectione,
& meditatione, & ut uno uerbo dicam, Maximi
labores requiruntur ab his, qui in scholis uersantur,
& uel discendi uel docendi munere funguntur.
Omnes Scholae ingentia onera, non in docen-
do tantum, & discendo, sed etiam in iudiciis de
dogmatibus & dijudicationibus controversia-
rum, que inde petuntur, & alijs innumeris diffi-
culturibus, quas non nisi experti intelligunt, susti-
nent. Quare studio, & diligentia in scholis opus
est in docendo & discendo, ut doctrinam solidam
comparemus, & ad labores ferendos nos præpa-
rensus.

Nec inanes, aut irriti fuere huius uiri præcta-
ri conatus, & labores, sed gubernatio Scholæ, que
semper in maximo erat flore, felix fuit. Autori-
tate summa pollebat, ut omnes tam summi, quam
infimi libenter præceptorem communem, & uo-
carent & agnoscerent, summa obseruantia, & re-
uerentia non secus ac parentem colerent, monitis
ipsius libenter obtemperarent. Nec ullus un-
quam adeò fuit ferox, adeò barbarus, nullus ita
commotus, qui non uiso uel etiam audito Philip-
po, statim se reprimaret. Quin etiam interdum
tumultus maximi, interuentu præceptoris iner-
mis dissipati sunt, nusquam auditoribus compa-
rentibus.

Scripta

Scripta eius, quam audiē ab omnibus sint expetita, & lecta, quantam habeant apud omnes gratiam, & bono studio in alias atque alias formas certatim mutata, in alias linguas translata, quis adeō cœcus est, ut non uideat? Cum uel nomen Melanthonis non solum apud suos sacrum, sed etiam hostibus uenerabile sit. Rex Gallie Franciscus audire eum, & conferre desiderauit cum ipso. Hæc uerè heroica sunt, nec ulli triuaphi plus habent ueræ laudis.

Non autem humana industria, nec solis humanis uiribus, & consilijs feliciter regitur uocatio, aut salutaria fuit: Sed peculiare Dei donum est, in gubernatione autoritas, & euentus felices. Paratur quidem autoritas eximia pietate, uirtute, prudentia, & eruditione: Verum neceſſe est, diuinitus in hominum animis fieri inclinationem, ut rectè monentes diligent, magnificiant, & obtemperent. Opus est diuino auxilio in dando consilio, & successibus salutaribus. Hæc ſepiſſime ex ore ipſius, hac Salomonis ſententia confirmari, audire me memini, ut oculus uidcat, & auris audiat, Deus facit utrumq; hoc eſt, ut gubernatores prudentia excellant, futuros casus, & mala prouideant, & qua ratione illis occurrentū ſit, intellegant. Et ut populus audiat, atq; obtemperet, utrumq; ſoliuſ Dei beneficium eſſe.

Iam etiam quædam de priuata uita, & moribus D.

bis D. philippi subijcienda esse uideo, quod faciam
breuiter, non quod pauca sint, que de his honorifice
dici possint, sed ne prolixitate Orationis molestus sim:
Tamen si confido, nulla quantumuis longa Oratione de
tanto uiro animos auditorum exatiari posse. Hic uero
latissimus dicendi campus se mihi aperit. Quod si pro
dignitate uirtutes uiri tractande, & meritis laudibus
ornandæ essent, nimis foret prolixum. Ideo in pauca
contraham.

Fuit in hoc uiro excellens pietas, qua Deum ex
Verbo suo uerè agnouit, & amplexus est totam do-
ctrinam ab ipso traditam, in eaq; acquieuit, reueren-
ter se ei subijciens, uoluntate, & uerbo eius omnia sua
consilia, & actiones omnes in uita spirituali, & ciui-
li gubernauit, & obedientiam debitam præstítit. Sub-
inde illud Psalmi repetens: Lucerna pedibus meis Ver-
bum tuum. Honorificentissimè de ministerio Verbi
sensit. Id etiam quibuscumq; potuit, officijs ornauit.
Verbis quoq; & factis publicè declarauit, quem coe-
tum pro uera Ecclesia agnosceret, cuius ciuis esse uela-
let: Et frequenter in publicis conuentibus Ecclesiæ
conspici uoluit, non solum, ut alijs exemplo esset: sed
quia Spiritum sanctum per uocale ministerium uerbi
efficacem esse norat, Et filium Dei in medio esse. Idq;
a nobis omnibus Deum seuerissimè suo mandato re-
quirere. Et ut in cœtu piorum fides sua confirmare-
tur, & inuocatio Dei in se accenderetur, sicut assi-
due gemitibus inenarrabilibus uota faciebat, & pre-

ces ardentiſimas pro ſe, & Ecclesia fundebat. Cuius
rei teſtes mihi ſunt omnes, qui cum ipſo fuere, quoſ
rum nonnullos hic aſſidentes uideo.

Eſi autem nemo in hac naturae infirmitate ſine
labe aliqua eſt, qua uita ipſius aspergatur: Tamen miſ
nimè obſcurum eſt, hunc uirum multis magnis et hero
icis uirtutibus uifſe ornatum. Multis enim magnis,
& uerè heroicis uirtutibus fuit ornatus, candidus fu
it, ſincerus, apertus, minimè ſuſpicax, ſed ex ſe de alijs
iudicium faciebat, amans ueritatis, Non luſit preſtit
gijs, aut ſophiſmatibus, ſed ex animo Sophiſticen eſt
detefteſtus. Nequaquam Ολαυτος ſed Ολαυθος.
Alios ſe longe inferiores, magnificiens. Suo labore, &
ſudore libros ſcriptos, & alia, interdum ſub amicoſ
rum nomine, ut ipſos quoq; celebres redderet, edidit.
Summa erga omnes, infimos etiam humanitate uifſus
eſt, maximè erga exterorū. Morum ſuauitas mirabilis.
Caſtitas magna & nequaquam uulgaris. In amicos
beneuolus, & conſtant in amicicia. Erga pauperes mia
ſericors, ut ferè omnia ſua in illos diſtribuerit, ac ue
rè in ipſo uiscera miſericordiae fuerūt, vt non magnas
eum facultates, & diuitias haeredibus ſuis reliquifeſſe
conſtet, tametsi non defuiſſent occaſiones augendi rem
familiarem, idq; honeſtē, modo uoluſſet, facere poter
at. Omnip. ſeruiuit. Pauperes studioſos, & quocunq;
que potuit, ſuis commendationibus, & interceſſionibus
ad Magiſtratus ſcriptis, iuuuit. Studia illorum pro
mouit, Nec ulli unquam bono, iniō nec interdum in
diguiſſ

dignis etiam officia eius defuere. In uocatione sua fia-
delissimus fuit, plus præstans, quam requireretur. Sed
quid facio, uirtutes ipsius non dicam exornando, sed
tantum ordine commemorando? Non mihi si linguae
centum, oraq; centum essent, omnes possem uirtutes
eius, & meritas dicere laudes. Verum ut paucis,
& uno uerbo omnia dicam, Tota uita exemplar fuit
multarum pulcerrimarum uirtutum, ad quas non
formatus, sed natus, imo diuinitus excitatus, & præ-
paratus uidetur.

Tantus uir, cum fuerit, talibusq; uirtutibus
ornatus, tamen aduersum morsus quorundam Sy-
cophantarum, tutus esse non potuit. Quod mi-
rum adeò non est, cum semper uirtutis comes sit in-
uidia. Nouerant isti, argumenta hæc esse plausibilia,
cum ignobile uulgas plerunq; Superiores oderit, &
eorum diffamatione delectetur. Editis itaq; non-
nullis libellis, sparserunt quædam defucatis concilia-
tionibus dogmatum, pactis, collusione, & conspira-
tione cum Aduersarijs factis, de mutatione doctrinæ,
& rituum Ecclesiasticorum: Coniecturis, & rumu-
sculis quibusdam hinc inde uagantibus, collectis, qui-
bus optimum uirum, coram tota Ecclesia miserrime
traduxerunt, deformarunt, & animum senis piissimi,
qui amans erat pacis concordie & tranquillitatis, ex-
cruciarunt. Hoc illi nihil in uita acerbius accidere
potuit. Multa n. amicorum, & discipulorum probra,

ac ingratitudo, grauiora sunt, quam inimicorum, loiti
geq; has magnitudine doloris exuperant.

De istis autem negotijs atq; rebus me disputare
neq; decet neq; par est. Non enim tractationibus ullis
ego interfui, et historica earum commemoratione pub-
licè extat, ad quæ scripta remitto cupidos cognoscent-
di res istas, quæ neq; copiosè in præsentia differenda
neq; ut, ego existimo, penitus silentio prætereundae e-
rant. Quæ fuerit sententia eius de cœna Domini, de
libero arbitrio et alijs id genus articulis, quos non
nulli solent exagitare, malo pīj omnes de scriptis po-
tius ipsius, quam ex aliorum clamoribus, cognoscant.

Quanti quidem ficeret Cœnam Domini, ut omni-
nes intelligerent, paulò ante obitum suum, diebus scil-
licet septem, cum iam febri laboraret, qua et extin-
ctus est, publicè in templo, cum alijs eam percepit, ut
Viaticum haberet animæ in patriam cœlestem, et
hoc modo publicè contestaretur, cum qua Ecclesia,
fide, animo, sententia, uoluntate, confessione, et consensu
coniunctus esset.

Iam igitur ordo rci postulat, ut cum oratio nostra
eo deducta sit et tempus admoneat, de postremo hoc
actu, qui ualde placidus fuit, breuiter non nihil adda-
mus, quo tandem finem faciamus. Ipsa die palmarum
febri correptus est, quæ tamen initio uires, quantum
uis alias exhaustas, non usq; adeò debilitauit. Sequenti-
tibus enim diebus Martis, Louis, et Veneris, quibus
à lectione

à lectionibus alij uocabant, suo more in publico au-
ditorio docuit, ut amici in bonam spem uenirent, eum
conualitatum, Nam & sequenti die Sabbati sacris
interfuit, ut dictum est. Verum morbus postea inua-
luit, in quo & obedientiam Deo, & patientiam mi-
ram præsttit, Et ut in tota uita ardentissimis preci-
bus se suamq; salutem, Ecclesiam, & totam posterita-
tem, ueris gemitibus Filio Dei commendauit, ita hoc
ipsum præcipue toto tempore, quo decumbebat, præ-
sttit. Ac tandem ui morbi naturam superante, deci-
ma nona die Aprilis, paulo antè horam septimam po-
meridianam, inter gemitus, uota, suspiria, & inuoca-
tionem Filij Dei, cui se toto pectore commendauit, ex
hac erumnosa uita, & schola, cui longissimo tempore
utilissime seruuiuit, euocatus est, cum uixisset annos
sexaginta tres, Menses duos, & tres dies, & ferè eo-
dem momento temporis, quo natus est, expirauit: Vi-
uit autem iam, uita meliore, non amplius in scholæ la-
boribus, quibus ita assuetus erat, ut ne postremo qui-
dem uitæ tempore, atq; articulo propemodum mortis
deserere illos uoluerit: Sed in cœlesti schola, ad quam
dudum se euocari ardentissime petiit. In qua fruitur
conspicu Filij Dei, & consuetudine, atq; colloquijs
dulcissimis summorum Ecclesie Doctorum Ada, No-
bæ, Abrahæ, Prophetarum, Apostolorum, quorum
scripta amplexus est, & doctissimis enarrationibus
illustrauit, Patrum, & Reuerendi uiri D. Doctoris
Martini Lutheri, cum quo annos uiginti octo coniun-

etissimè in terris uixit, & de multis magnis rebus
quotidiè contulit.

Dixit Plato, Philosophiam meditationem esse more
tis, iudicans in eo summam sapientiam consistere, si
ad mortem obeundam rectè quis se præparet, & in
tota uita assuefaciat. Hoc si quisquam alius, certè hic
noster fecit. Hæc enim ipsius fuere colloquia, hi seru
mones, hæ cogitationes, hoc ipsum scripta sonabant, de
presentis uite miseria, & fugacitate, de immortalitate
animæ, de resurrectione mortuorum, de uita æterna,
de conuersatione piorum cum Deo, & omnibus
electis, de schola cœlesti &c. Collegit de his omnibus,
& singulis argumenta plurima, testimonia insignia,
& illustres promissiones diuinitus traditas, quibus
etiam in extremo agone se erexit, & confirmauit, ut
magno animo mortem fortiter adierit, & placide in
Christo obdormierit. Dubium igitur non est, quin Do
ctor in hisce nostris scholis insignis, in illam cœlestem
scholam ab Angelis castis, castus ipse sit deductus, &
à filio Dei, cui se commendauerat, in æterna tabernac
ula receptus, Vbi fulgebit sicut splendor firmamenti,
& quasi stelle in perpetuas æternitates.

Hanc ei felicitatem non inuidemus, sed orbita
tem nostram deploremus, ac de imminentibus malis
cogitemus. Plerunq; enim tantorum uirorum obitus
ominosi sunt, & prænuncijs sunt futurarum calamia
tatum, Esaiæ teste, qui inquit: Viri misericordiae colo
liguntur,

liguntur, & non est qui intelligat, à facie mali colligatur iustus. Deus enim motus precibus horum uiorum, qui instar muri sunt, & propugnaculorum, re= primit conatus & impetus Tyrannorum, ac hostium Ecclesiae pœnasq; differt, donec collectis granis, pale= as comburat. His enim sublatis, qui sua autoritate mul= titudinem in officio retinebant, disciplina corrum= pitur, & frena laxantur cupiditatibus. Inde fatales imminere calamitates, quiuis facile potest iudicare.

Stillico Dux, Ambrosio defuncto, uerè uaticinatus est, hoc uiro extincto, Italiam fore miserrimam. Nec unus fuit uates. Irruptione enim Gotorum Roma, postquam biennio obsessa esset, capta est, Italia miserè dilacerata, & uastata.

Obitu Lutheri bellum Germanicum statim est sub= secutum, & quæ mutationes, cùm in Repub: tium in Religione, quæ item mala sint sequuta, nemo ignorat.

Etsi autem meritò dolendum est, talem uirum, hoc præsertim tempore, quo maximè eius opera nobis o= pus erat in certaminibus aduersus hostes, quæ nobis= cum ipsis sunt & coövd& co., sublatum esse: tamen gratias Deo agamus, quod tale organon Ecclesiae suæ dona= rit, & tam diu superstitem esse uoluerit. Quodq; & in discipulis suis, quos plurimos reliquit, ac doctissi= mos, & scriptis multiplici eruditione refertis, etiānu= mos, hodie uiuat nobiscū, & uicturus sit perpetuò: quibus

gratis animis fruamur, memoriam uirtutum, & bene-
ficiorum, quae in uniuersam Ecclesiam contulit, hono-
rificè conseruemus, & pietatem, ac gratitudinem,
quam Deus præceptoribus reddere iubet, præstemus.
Hoc certè ipsi pro laboribus quibus omnium studia
posteritatis etiam iuuit & promouit, debemus.

Nos uero hac spe sustentemus, quod filius DEI
Mediator sedens ad dexterā aeterni patris, ut det do-
na hominibus: subinde excitet Doctores, quorum ope-
ra salutaris est Ecclesiae. Quam ut perpetuo clemen-
ter protegat, & puritatem doctrinæ religionis à D.
Philippo, & Reuerendo Domino D. Martino Luthera-
ro nobis restitutā, ad omnem posteritatem in
his & alijs regionibus propaget, ueris
gemitis, & ardentissimis pre-
cibus ab ipso peta-
mus.

D I X I.

PHILIPPO MELANTHONI SACRA-
RVM LITERARVM SOLERTISS.
et fideliss. explicatori, ueritatis cœlestis patrono in
primis strenuo, opt. disciplinarum et artium cum
inſtauratori, tum conſeruatori: Qui omnem doctri-
nam quaſi uagam et diſipatam collegit, et ad cer-
tam rationem reuocauit; viro pietate, ſtudio puræ
religionis, ſapientia, uirtute, humanitate, benignitate
erga omnes præſanti, feliciter et sanctè mortuo 13.

Cl. Maij, cum uixiſſet Annos 63. M. 2. D. 2.

H. I. in Academia Vuiteber. cui ille to-
tis Annis. 42. operam nauaſſet,

H. M. P. C.

Vitum fortunasq; suas ſtudiumq; laboris,
Qui operæ ſanctam, consilijq; fidem.
Impendit diuina tuis Ecclesia rebus,
Teq; pius uaria iuuit et auxit ope:
Hac in parte ſibi poſt mortem ſtructa Melanthon,
Communi in luctu buſta Philippus habet.
Que templi ſoribus magni uicina Lutheri.
E regione ſolum quod tegit oſſa, uidet.
Bretta hunc uitales natum produxit in oras,
Bretta Palatini limes amoenus agri.
Vnde propinqua petens adiſt bonitate ſuorum,
Diuerſo Aönidum templa ſacrata loco.

T 5 Ludus

Ludus eum puerum accepit Phorcenidos urbis,
Eytelbergiaci mox schola gymnasij. (strum,
Doctrinæ hinc fecit iuuenem alma Tübinger Magis-
Eximum laudis gesit ubi ille decus.
Inde triumphator Monachorum Capnio iussit,
Albidos hunc ripam uisere Saxonici.
Tunc noua dux Fridericus ubi collegia Musis,
Romani fundans ensifer imperij.
Vndiq; conductis præstanti laude parabat,
Artis & ingenij reddere clara uiris.
Hic socio ipso annis uiginti octoq; Lutheri,
Vuittembergiacæ res fuit ampla scholæ.
Quam septem bis adhuc prouexit deinde gubernans,
Fluctuagam ut uastum per mare nauta ratem.
Heu tempestates quas hic perpessus, & ad quam
Sæuos hac scopulos acta carina fuit.
Quantum externi odij, quantum inuidiæq; suorum,
Ingratorum hominum quæ maledicta tulit?
Ipse tamen quamuis reflantibus undiq; uentis,
Directum est, retinens uera, secutus iter.
Fortia nec clamor latrantis pectora turbæ,
Nec uulgas strepitu mouit inane suo.
Summa petit liuor, Nemo hunc superare nisi ipse
Posset, si studijs ocia suppeterent.
Ita sub obliquo norunt quoq; sole locati,
Quiq; sub opposito forsitan axe iacent.
Scripta sed illius memorabilia inter, & acta
Plurima quæ solida nomina laudis habent:

Vnum opus eximum est, fidei confessio sanctæ,
Ante tuos Cæsar Carole lecta pedes.
Langida qua Christi iam dudum Ecclesia nitens,
Rursum audet uultus tollere leta suos.
Concurrent inimici omnes licet undiq; hic unus
Confutare potest dogmata falsa liber.
Actua nunc terris floret bona fama Philippe,
Viuit & eternum Spiritus ante Deum.
Corpus at exanimum tumulo hoc requiescit humatū,
Condecorant gratæ quem monumenta scolæ:
Me quod expletis senio, curisq; grauatum,
Sexaginta annis exuit atq; tribus:
Sic morbo ut paucis nisi debilitante diebus,
Muneris officium fecerit omne sui.
Atq; olim æthereas ueniet reuocatus in auras,
Integer & mortis liber abinde metu.
Sancte uir, & salue pater optime, te tua semper
Nos soboles merita religione colet.
Doctrinæ nobis uera tu doctor & autor,
Hæc, tua, claræ etas munera lucis habet.
Salue iterum, atq; iterum tua nos immota manebit,
Semper apud memores gloria, nomen, honos.

Ioachimus Came-
rarius.

EPITAS

EPITAPHIVM RE
VERENDI VIRI PHIL
LIPPI MELANTHONIS, FIDE^{is}
lis serui Ecclesiæ DEI
viventis.

FLOS iacet hic mellis nigra tellure Melanthoni,
Apes dolete sedulae,
Vnde bonus spirabat odor, pia mella fluebant,
Piae fleant Ecclesiæ,
Lenta febris potuit paruum comburere florem,
Lugete parui flosculi.
Nulla uiri famam poterit delere uetus as,
Fuci leues faceſſite.
Semper apes flauo distendent nectare cellas
Quia nunc stetit flos melleus.
Semper humus suaves illic diffundet odores
Quia nunc iacet flos paruulus.
Sed cum summa dies optato illuxerit ortu,
Flos hic uiirebit denuo.
Et reliquas inter beneolentes pulcrior herbas
Christi nitebit uertice.

Iohan: Matheſius.

Grab!

Grabschrifft des Gottseligen
vnd Hochgelarten Herrn
philippi Melanthonis / meines lieben
Praeceptoris vnd Freunde.

Ganz honigblum aus schwarzer erd/
Der ehrenkron vnd lobes werd/
Ligt hie verwelkt in irer thu/
Da ic die hitz satzt heftig zu.
Aus ic viel dankbar Bienelein/
Sogen vnd machten Honigseim,
du trost vnd lahr der Christenheit/
Des tregt manch Schul vnd Kirche leid.
Viel Vaziefers vnd Vogel wild/
Diss Kleine Blümlein hat gestilt,
Mit seinem ruch vnd tewrem safft/
Viel guts hat Gott durch es geschafft.
In Kirch/Schul/Haus vnd Regiment/
Ein hat sein müh vnd gfar ein end.
Raup/Hummel/Metel/Brems vnd Wesp/
Kein Kässel/Klett/Distel/noch Tresp.
Diss liebe Röslein Dempffen fundt/
Got preysts/Leut lerts/zu aller stund.
Manch Spinn ist drüber hin gekrochen/
Viel giesrig Würm han drein gestochen,
Hoch lebts vnd schlefft in diesem schrein/
Seins werck's wird vnuergessen sein.
Gott im sein threnen fein abwischt/
Vitt Himmels tow ers ist erfrischt.
Lieblichen ruch sein Bleklein geben.
Es wird in Kurz auch wider leben.

Wenn

Wen treuer Lerer bein vnd hant/
Wird blühen wie das grüne Kraut.
Da wird sein Glaub/gedult/vnd vleis/
Bekommen danc^t/lob/ehr vnd preis.
WEr nu zu diesem Sach^t thut wallen/
Der lass ein sehnlichs threnlein fallen,
Vnd seufz mit mir aus herten grund/
Gott gefelt ein danc^tbar sinn vnd mund.
HERR Christ Kom zeig dein hertlichkeit/
Die solchem Blümlein sind bereit.
Durch dein vorbit vnd Wunden roth/
Hilff deiner Kirch aus aller not.
Erhalt auch alle Bienelein/
Vnd dieses Rössleins bletlein rein.
In dem Cypressen Schreynelein/
Denn sie deins Namens zeugen sein.
Dein Wort vnd guter Leute schrifft/
Dient wider mord vnd Teuffels gifft/
Lerr/ trost/erquict/warnt jederman/
Ein bös Buch geh alles unglück an.

Johan: Mathesius.

IN MORTEM RE VERENDI VIRI PHI LIPPI MELANTHONIS.

Flosculus è nigra tellure creatus in auras
Occidit, exequias ferte frequenter Apes.
Flete pijs flores, folijsq; inscribite luctus,
Tu quoq; literulas dic hyacinthe tuas.

Omnis

Omnes quæ Libani frondetis collibus herbæ:
Tu tamen ante alias florida ruta dole.
Non fuit in terris apibus flos gratior unquam,
Progenuit folijs tam pia mella suis.
E folijs gratos Ecclesia sensit odores,
Vitaq; confectos uenit in alueios.
Heu ualeant quotquot folijs insecta perefris,
Hinc fugunt odijs seu alimenta suis.
Lucifuge blattæ, usq; ante ora strepentes,
Et qui Libanias turbat Asylus apes.
Et qui non paribus Crabro se immiscuit armis,
Quiq; aliena piger pabula fucus edit.
Aut picturatis Eruca in pelliibus errans,
Et uolitans musca per ora uirum.
Et uos obsecnæ uolucres, pecudesq; ualete
Fœdantes uestro germina sacra simo:
Que pede gallino, que calce rudentis Aselli,
Eruitis uirides per nemus omne comas.
Vos tamen ille omnes tam paruus pauit in umbra,
Sic multis probitas officiosa nocet.
Valle sub Elysia sacra nemus arbore frondet,
Si qua fides ueterum, locus ille salubribus herbis
Est datus, obsecnæ quo prohibentur aues.
Illiq; assidue libant examina rorem,
Et uirides laedit bestia nulla comas.
Regnat amor florum, & generandi gloria mellis,
Et uenit à leni murmure facta quies.

Flosculus

Flosculus hic inter beneolentes consitus herbas,
In sua mellificas germina uertit apes.
Inq; Deo occultam degit sub cespite uitam,
Nec metuit fucos in sua fata leues.
Sed folia in Cedri seruantur marcida cistis,
Ne pereant seuis illa uel illa nothis.
Et Sol iusticie uernos cum proferet ortus,
Flos etiam uirides proferet ille comas.
Spirantesq; rosas terra diffundet in albis,
Et nitido Christi tempora flore teget.
Sicca tamen radix parua componitur urna,
Qua lapis ex ipso nomine carmen habet.
Terra fui quondam, nigræ gero nomina terre,
In terram redeo, dic mihi qualis eram.

ALIVD.

Spargite humum lacrimis, iacet hic flos febre persutus
Quem nigra terra dedit, mons tegit albus humus
Felix illa apis est quæ non ingrata laboris,
Hinc pia ab innocuis mella bibit folijs,
Sed quam desit odor folijs, quam gratia Flori,
Sylua prius folijs, flore carebit humus.

Johannes Maior
Doctor.

IN TUMVLVM
D. PHILIPPI MELAN-
THONIS GEORGIVS SA-
BINVS.

HIC inuidie tuus collega Luthere Melanthon,
Non procul à tumulo conditur ipse tuo.
Ut pia doctrinæ concordia iunxerat amboſ,
Sic facer amboſ iungit hic oſſa locus.

IN TUMVLVM D. PHI-
LIPPI MELANTHONIS STI-
GELIVS.

Fons latet hoc tumulo: quid quæris amice uiator?
Fons dogmatum piorum & eloquentiæ.
Si quis ab hoc riuum proprios deduxit in hortos,
Non aureas huic præferat pyramides.
Illijs obſtructas doleat Germania uenas,
Parem futura non habebunt ſecula.

20 Maij.

VERITAS PLORANS
AD TUMVLUM PHILIPPI ME-
LANTHONIS.

Ἐπειδὴ τὸν πόλεμον τῶν ἀγένετων Οὐλίππος
προσκέμει τύμβῳ κεφαλέντα πλοκάμῳ.

Τῇ θυμῷ

Ευμονάχδ μεγάλῳ Εεβολήμενα σύνεκαπόρχοι
ακακόφρων ἀπατᾷ κρεοσορ ἐμδέ κέριτδη

C. P.

PIIS MANIBVS SVI
DVLCISSIMI PRÆCEPTORIS, PHI-
Lippi Melanthonis, doctorum doctoris, Mat-
thæus Collinus ex Academia Pragensi
pietatis ergo dedicat.

Fundite murmur apes lugubre per aera, nec uos
Occupet augendis solicitude fauis.
Ora cibis parcant, hebetentur acumina caude,
Nec solitus lasset pectora uestra labor.
Carea de uestris depromite munera cellis,
Funus ut ornetur lumine conspicuo.
Aruit ille niger cognomine, re tamen ipsa
Flos albus, niueis candidiorq; rosis.
Flos, de quo toti largissima munera mellis,
Orbi terrarum suppeditastis apes:
Cuius inexhaustas examina plurima succos,
Suxere è cunctis conglomerata plagis:
Quo sua mella fauis diues condidit Hymettus,
Hyblaq; nunc apibus despoliata suis.
Et melli infestis Lituania fertilis ursis,
Et bene fragranti Prussia melle fluens:
Quem redolet, quod habent iam, numine dæte, Poloni
Mel: quod habent lacere climata Pannoniae:

D

De quo nunc aliquid dulcedinis haurit & ipsa,
Vndiq; crabronum Græcia cincta manu:
Ad quem misit apes Oriens prope totus; Iberis
Quin etiam gratus prodijt unde liquor:
Quem quoq; fucorum sugebat degener agmen,
Inq; suis operis senserat huius opem.
Omnibus ex æquo quia se præbebat apertum,
Fucis, atq; apibus consuluisse uolens.
Sed non euentus uoto respondit, odorem
Hinc tulit haud æquo fucus, apisq; modo.
Dant mel apes bene olens, dant excrementsa profani,
In propriam fuci mox ruitura gulam.
Christus apes foueat, fucos disperdat inertes,
Mella Euangeli totus ut orbis edat.
At te Leucoreæ carptum, flos inclyte, Nymphæ
Arcis in eximio deposuere loco:
Corpus ubi magni iacet è regione Lutheri,
Cuius tu socius fidus & unus eras.
Sit tibi molle solum, quod odoras proferat herbas,
Qua pia turba tuas occuluere comas.

EPISTAPHIVM D. PHI-
LIPPI MELANTHONIS SCRIPTVM
a Martino Cuthæno Boëmo in Acade-
mia Pragensi.

Effera qui toties Titanas bella mouentes,
Prostrauit uerbo, Christe benigne, tuo:

T 2 Victor

Victor adit superos, felici morte Melanthon,
Agmina latrantum nec timet ulla canum.
Impia turba float, uictrix Ecclesia plaudet,
His funesta uenit, sed tibi leta dies.
Signa micant, Christus uictores cogit in unum,
Expleat ut numeris sancta trophyae suis.
Ergo triumphanti celeres occurrite Christo,
Intima quos uitæ cura perennis habet.
Vincit enim, uinuitq; suo cum milite Christus,
Mors, Sathanas, mundus, diraq; cuncta ruunt.

ELEGIA QVERVLA,
SCRIPTA DE OBITV D. PHILIPPI
Melanthonis ab amico in Thu-
ringia.

O Lacrimosa dies quæ funus triste Philippi
Nunciat, ô læsi tristia signa Dei:
O dolor, ô gemitus, hanc me uixisse sub horam?
Omnia qua uideo te moriente mori.
Sancte senex, dilecte senex, uenerande Melanthon,
Magne Dei præco, magne propheta Dei.
Rebus in aduersis comes indeuicte Lutheri,
Obruta lux uerbi cum reparanda fuit.
Sic' ne fugis, miseraq; tuos in ualle relinquis?
Vnica qui dubijs anchora rebus eras:
Naufraga dum Christi rabiosis cymba procellis
Fluctuat, & nullus nauita fidus adest.

sed

Sed fugis, ut medio moriens in funere uiuas,
Et tua sit uitæ mors tibi dulce lucrum.
Quæ mihi, quæ luctum uox pectoris exprimat huius?
Ora tuam mortem num satis ulla fleant?
Facundus dolor est, Sed me dolor iste disertum
Non facit, at stupidio uulnera corde premit.
Nec miser egeritur lacrimis: exaruit humor,
Arida quem uirtus cordis anhela fitit.
Sicca negat numeros arenti flumine uena,
Nec cerebrum ingenij uim meditantis habet:
Tam nunc sollicitus curis ingentibus angor,
Tam tua mors uenit dura Philippe mihi.
Quàm bene tecum agitur, qui ingrati secula mundi
Exosus, coeli regna beata subis.
Tàm male nobiscum, qui te rectore carentes,
Cernimus arma foris, cernimus arma domi.
Fata senes tollunt, petulansq; relinquuntur ætas,
Et rudit insueto militat ense tyro.
Feruida quem stimulans circum præcordia bilis,
Plura mouere armis quàm ratione iubet.
Quiq; profana sacræ, qui summis infima miscet,
Iamq; malum dicit quod fuit ante bonum.
Quicquid id est, unus poteras compescere multos:
Nomine terrori tu quibus unus eras.
Cætera præsentis uetat inuida temporis ætas,
Etsi nunc luctus me sinat ista loqui:
Inuida proh ætas hominum que carpere quiduis
Ne ueniat meritis gratia digna, solet.

Si benè quid didici de te tamen ante Philippe,

Si qua mihi dextro numine Musa faveat:
Ulla tuam pleno decorabit carmine tumbam,
Ut uidear tota mente fuisse tuus.

2. Maij, Anno 1560.

MARTINICRVSII PROFESSORIS IN ACADEMIA TVBINENSIS
geni, Melanthon.

ΩΜΟΙ ἐμῆς ἀτης: διὰ τί φύσις οὐ με πρικτὸν
θῦκερ. ἐμὴν ἄλις ὡς δηλώσω πενθάδ' αὐτῶν;
πενθάδ' ἐπῆλθ' ἀνίκ: θυμαλγές ἐπῆλυθεν ἡμέρ.
τίς κερ γκήθησαι; μάλα πένθιμος ἡλυθεν ὥρη.
κνίσοφός χριστὸς θεράπωρ τέθυκε φίλιππος:
κνί μέλουναν ὑπὲρ χρόνα κλαπός ἔδυε μελάγχθων
ἐνσεβέωμ γοάσοις χορεῖνῶν ων χαρτὰ πάρεστι.
λυπρός μεν θάνατος οἱ πειρὶ λυτηρος: δύμως δέ
τοιαυτης ζωὸν λύπης ἀλιτηρορ ἡπερ
ἢ μεγάλη μικρὸν φυχὴν Ποσῶμα φιλίππος.
νῶν δὲ Τόδι αἴθ' ημῖν Εαθίκυμες ὅνφαρ ὅλωλες:
τοῖς ἀγαθοῖς ξωέφη Βαθὺ ξαῦμα βλάβος τε
γενέθλι.

ἐνσεβέωμ γοάσοις χορεῖνῶν ων χαρτὰ πάρεστι
τίπε τοσδτορ ἄχος, πάτερ ουράνῳ ἄμμιν ἔθνε
ἢ κακιῶρ κοστέωμεν δρῶμον τινὸς εἰνεκεν ἄλλος; (καὶ
τὰς κακίας μὴν ἄφεες: πεδός, ω ἄνα, ἐσμένη δύμιλος
τὸ ἄλλος δὲ ἀνθυμός, ως πάμμεγα πῦμα ἔσθιτ
σῷ λαψ: εἴ μη ἄλλοι σὺ μελάγχθωρ ὅπάσαλις,
ἐνσε

Ἐνσεβέωρ γούσοις χορὲ: νῦν δὲ χαρτά πάρεσιν
πηγείας κείνῳ Θιλότης ἀληκτος ὑπῆρχεν, (εἰωρ:
ἀμπεδίορ πλατὺ γλωσσώρ, τεχνῶρ τε φερί^τ
ἀμπεδίορ θείωρ λογίωρ, ἀρετῶρ τε ἐρικυδῶρ:
ἔργω δὲ κληθεὶς ὄρθως μείξασκε Θίλιπποθ.

Ἐνσεβέωρ γούσοις χορὲ: νῦν δὲ χαρτά πάρεσι.
καὶ θίλιππος εἴλι πίωρ. καὶ θίλιππος γονιμώτατος θίλιππος:
μυρία γένος δείας κεφαλῆς βώλοισι τριάρισσαι,
τούρματος γνιατείρας, ἡνεγκερ ἀφεδέα καρπού,
ωφέλιμορ πάντεσιν, δόκλεθίλιππος ἀφθιτορ εσαι:
δέ οὐ καὶ θείωρ χθόνιος πάντων μορφήσκε μελαίνη.
Ἐνσεβέωρ γούσοις χορὲ: νῦν δὲ χαρτά πάρεσι.
ἄλλος θαυμασάτω τους Ελλάδος Αυσονίκες πε,
οοδοις πάντωρ τεσαρι, ἐπὶ πουδεία πορτιπύστρα.

Ἴμιμην Φρονέσσοντω μέγα θαῦμα μελάγχθωμ:
εἰστόσομος εἴριος, ἄλλοισι τε ενὶ γράμμασιν εἰ-
σασομος ἀμέργορ εἴλι μέγα, ήμερειδίφερ ἀπαντεξελώς
τεσεβέωρ γούσοις χορὲ: νῦν δὲ χαρτά πάρεσι;
τις δέδει πλείστης μείζονι μεξιότητι;
τρικίλατης μᾶλλον, φωνῇ καλάμω τε Θιλέργω:
τις δέ πολυφροσάνη μοκέωρ κατά θη πλέορ ιδμίλι
ον φαίκηρ εμέλι σέο πρᾶε Θίλιππε μαθητής;
εἰσάλλωστος δέ ἀμον φθάνοι κακὸς ωρ ἀφρον πε.

Ἐνσεβέωρ γούσοις χορὲ: νῦν δὲ χαρτά πάρεσι,
οπόσομος θυτης εἴλιοφελός, Θίλιε χριστε, λεῖψε σά.
ποσαύτας βίβλοισι, θεοπνεύσοισι τριάρισσαι:
δεινῷ Διοτήρι ξυσοιχῶρ πισός ἔταιρος:

ἐνφραδεῖ μεν ἀκριβεῖσ τὰ θεοῖσι μίδασκωρ:
θυμῷ μελιχίῳ δὲ τῷ ὄφρονα δόγματ' ἐλέγχωρ.
ἐνσεβέωρ γοάσοις χορέ: νῦν δὲ χαρτὰ πάρεσι,
αἱ αἱ ληνικορέν, μίδαχης πρωτόστορος ἀρχα
τῆς ὑγιαῖς ἀναφυομένης: αἱ πότναι τύειναι,
ἄλλας θέμης σοφίης. αἱ πάτειοι: ἄλλα τε φῦλα
ὑμῶν ἡ ἔρατη, αὐανία μελίγηρυς ἀκμῶρ
νῦν στγᾶ: ιψὴ ωρέ εἰσιθε περὶ, ὅκετ' ἀείδε.

ἐνσεβέωρ γοάσοις χορέ: νῦν δὲ χαρτὰ πάρεσι,
στηλαί πᾶσι ἀλικίκι μόροι, ωρέ πατέρες ἐδηλοῦται
οἱ τε νέοι, μέσοι, πολιοκρόταφοι τε γέροντες.
σὲ σοναχθσιρ ἐπιτελμα, σύνεσίσ τε παναγνώσ.
χῶρος δὲ, δὲν β' ἐδίμασκες, ὁδύρετη, ὅπει σιωπήσ:
ιδουκέτι τὰς φωνὰς σέο, θεῖε μελαγχθορ, ἀκέδε.

ἐνσεβέωρ γοάσοις χορέ: νῦν δὲ χαρτὰ πάρεσι,
λυτῆρθε φθιμένε, πόλεμθε καὶ οἰζὺς ἐποντο.
τότο θέος καὶ νῦν ποτμός μέγας ἄλγες ἀπαλλῆ.
σὺ σικπτόχε δ' ἄναξ, ὄικτηρμορ, φείδεο ὑμῶρ:
ἄμπλακιῶρ σύγνωθε: ἀπέχοις σέο χθρας ἀπά
μηδ' ὑμας ἀπὸ σὸρη γωάρκεα μῆθορ ἐλκου. (τοῦ

ἐνσεβέωρ γοάσοις χορέ: νῦν δὲ χαρτὰ πάρεσι,
νῦν τις μεμνήθω μετωνίας κιρόθι μάλλον:
πρὸς τε θεῖς ἀγάπην πᾶς καὶ τὸ πλησίον ἐσω.
δέξα, μίχοσασιν, γῆλθε, φιλοχειμοσύνη τε,
μιασολαί τε, κατάγνωσίσ τε ἀνεπλοες, ὅλοιντο:
ὅσα λίσια γρίσοιο νεώρη μέχει μεντρο τάραξα.

ἐνσεβέωρ ἐνχρ χορέ, ωρέ πάλι χαρτὰ πάρεσι,
ιψὴ τάχογύ ντιμέδωρ μετὰ ταῦθ' ὑμᾶς ἐλεημ
σε:

εἰρήνη περιέλθε, θεία περιδίδαγμα λόγοιο:
τὸ τε μελαγχθονία κῆδεν πρόσωμον οὐκ εἶσαι.
Χαῖρε Κύριππε μάκαρ, βασιλεὺς νῦν σύζυγε καὶ
οὐ τίμωσας ἀεὶ: σέο δὲ οὐ πρέπει κῦδις θλέται.

CLARISSIMO VI^{TO}
R^O GEORGIO CRACO-
VIO IVRIS VTRIVSQUE DOCTORI,
ac Illustrissimi Principis Augusti Ducis Sa-
xoniæ, & Electoris, consiliario. P. Lo-
tichius Secundus
S. P. D.

Iteras tuas. V. Cal. Maij datas accepi postridie
eius diei, luctus et lacrimarum plenas, Orna-
tissime atq; ampliss: Cracotui, cum manè exercendi
mei causa extra urbem in hortis deambularem. Ex
quibus tantum cœpi dolorem, quantum uerbis ex-
primere non possum: prorsus incredibilem. Etsi enim
nobis hic quoque, obscuriore tamen fama, auditum
erat, Philippum Melanthonem pituita tenui ad pul-
monem destillante affligi, et febricula insuper ten-
tari cœpisse, neq; et laterum eius infirmitas, et im-
becillitas uirium nonnihil ut timerem, commoueret:
sperabam tamen planèq; mihi persuadebam, diligen-
tia, atq; temperantia, qua in depellendis morbis ex-

T 5 adiissima

actissima uti consueverat, adiuuante etiam hoc tempore, puri ac temperati aëris clementia, ualeatus nemo iam illum recuperasse pristinam, præsertim cum inanis illa rumoris aura celeriter consedisset, penitusq; euaniisset. Hac ego spe cum aliquantulum me sustentarem, ecce repente alteræ multò misericordius & tristius in eandem rationem conscriptus, quibus certò significabatur eam febrim quam leuis iam accedere, aut planè decessisse arbitrabamur.

XIII. Cal. Maij finem illi uitæ attulisse. Quid tibi ego hic tristem & acerbum omnium bonorum lucium commemorem? quid dicam mi Craco? an nisi se nos præstantissimum uirum, summa uirtute ac fide, pacis ac concordie amantissimum, quem omnes externi atq; adueniæ, tanquam communem literarum parentem, amabant, colebant, admirabantur, amatissimq; multò uehementius, ac prædicabit, extincta illudia, omnium seculorum posteritas. Nescio enim quo pacto comparatum sit, ut quæ in manibus nostris posita sunt bona, & oculis quotidiè obuersantur, sensim quasi obrepente satiate fastidiamus, eorumq; nos pertædeat: ubi uero amissa sunt, animus multò edrequirat ardenter, sicut non minus uere, quam eleganter Venusinus noster}:

Virtutem incolumem odimus,

Sublatam ex oculis quærimus inuidi.

Sed de his iij uiderint, quibus in tantis Religionis disiidijs, ac rerum omnium confusione, doctrine caro festis, &

lestis, & literarum (sine quibus illa consistere, ac dignitatem suam tueri nequit) cura ac propagatio à Deo Opt: Max: commendata est. Elegiam quam à me petiſſi ut conscriberem, etſi propter ualeſtudinis meæ imbecillitatē, neq; meditationis bono ſatis uti, neq; in recenti acerbifimoq; luctu, in latini sermonis puritatē ac numerorum elegantiam, animum, ut par erat, intendere licuit: confeci tamen, cum aliter neq; uoluntati tuae, neq; dolori meo ſatis facere poſſem, eamq; ad te, mi ornatiſſime Craco, mitto, ſic tamen ut aliquid per ocium à me elaboratum propediem ex parte reſpondeat. Hoc enim unum relictum eſſe uideo remedium, quo ipſius defuncti deſiderium mitigem atq; conſoler. Benē uale. Et Clariſſ: Viris Ioachimo Camerario, ac Caspaci Peucero plurimam meo nomine ſalutem dicito. Datae Heydebergae Nonis Maij.
M. D. LX.

IN OBITVM CLARIS-
SIMI VIRI PHILIPPI MELANTHO-
nis, Petri Lotichij Secundi Elegia ad Ge-
orgium Cracouium Iurecon-
ſultum.

DOM MERcepit apricus zephyris ſpirantibus aér,
Blandaq; purpurei tempora ueris eunt:
Almaq; facundo ſe uestit graniue tellus,
Arbor & umbrosas induit alta comas:

Errabam

Errabam Nicri secessus inter amoenos,
Mollis adhuc uitreo rore madebat humus.
Prata uidens circum, florum mirabar honorem,
Lenis ab herbosis dum strepit aura iugis.
Grata salutabant orientis lumina Solis,
Dulce uiatori manè leuamen, aues.
Nuncia cum luctus tua uenit epistola Craco,
O quoties lacrimis humida facta meis.
Sic igitur moriens, sic ô divine Melanthon,
Funere perturbas gaudia nostra tuo?
Raptus es heu (nec uana fides) tumulumq; recentem,
Attonitus muta præterit Albis aqua.
Scilicet haec miseris deerat fors ultima rebus,
Hic cumulus nostris debuit esse malis.
Deseris insanis puppim bone rector in undis,
Nutat, et in medio fluctuat illa mari.
Te sine nil letum nobis, nec amabile quicquam,
Delicias mundi sustulit una dies.
Morte tua cœli facies mutata sereni,
Terraq; uix natas moesta recondit opes.
Pastoresq; sonant uacuos lugubre per agros,
Atraq; mutato sidere squalet hyems.
Ipse ego qui uiridi redimitus tempora myrto,
Latus odorati tempore Veris eram,
Fingebamq; tuas quæ possent, ire per aures,
Tutaq; iudicio docta per ora tuo.
Nunc studium, Musasq; omnes, lucemq; per os.
Carmina lugubri concino moesta lyra.

Hac

Hec cineri suprema tuo sint munera, quamvis
Gratia par meritis non queat esse tuis.

Nec mihi spes æquare tuæ præconia laudis,
Arduus ingenij diuitis ille labor.

Qui uoleat, is Lybicæ numerum subducat arenæ,
Cum rapidum Pleias turbat aquosa fretum.

Sat mihi, si nostrum dolor hic testetur amorem,
Meq; obitu gemitus non tenuisse tuo.

Nam licet occiduo traherem sub cardine uitam,
Vespere qua laßis Sol iuga demit equis.

Seu populos inter Phœbi quos inficit ignis,
Sidera quos extra nostra iacere ferunt.

Has tamen inferias, quocunq; sub aethere ferrem,
Et memor ignoto staret in orbe lapis.

Te puerum, uix linquentem cunabula, Musæ
Certatum donis excoluere suis.

Maternaq; tibi consanguinitate propinquus,
Monstrauit ueræ Capnio laudis iter.

Capnio quem Tybris, quem frater Tybridis Arnus,
Progeniem nostri sanguinis esse negant.

Illi Arctoas iussu digressus in oras,
Cœpisti ingenij spargere dona tui.

Et uelut exiguis primum sine nomine riuus,
Per uiridem tenui murmure serpit humum.

Mox magis atq; magis labendo uiribus auctus,
Communes populis sufficit uber aquas.

Sic artes creuere bonæ, tua gloria creuit,
Adiecitq; aliquid proxima quæq; dies.

Fortunata

Fortunata nimis sub sidere Mænalis urse
Terra, prius foedo squalida tota situ.
Ille tuas iussit Musas regnare per urbes,
Et pulsare novo pectine fili lyræ.
Inclita tunc gemina rediit facundia linguae,
Barbariesq; dedit, cedere iussa, fugam.
Calliopeq; suis comitata sororibus ultrò,
Mænalo posuit leta sub axe domum.
Tum pater, ignotum prius atq; ignobile flumen,
Cornua limosa sustulit Albis aqua.
Et, quos nulla prius flores conspexerat etas,
Fudit odorifero terra benigna sinu.
Hinc legere noui sibi ferta recentia uates,
Gloria quos humeris euehit alta suis.
Seu uada, care senex, habitasse Syrtis inique,
Siue sub Pæmonijs inuia saxa iugis.
Illuc Castalie migrassent sponte sorores,
Ortus et Aoniae fons nouus esset aquæ.
Fallor? an hoc terris Superi restare monebant?
Sideraq; in cunas officiosa tuas?
Cum loue Mars primo fulsit tibi mitis in ortu,
Thessalus hospitio fouit utrumq; senex.
Inuentorq; lyræ faustos tibi præbuit ignes,
Humida quæ liquidas urna refundit aquas.
Falciferumq; senem, quamuis nil triste minantem,
Mollit in quinta candida sede Venus.
Cynthia per felix, in culmine, uirginis astrum,
Oppositos fratris currere uidit equos.

Inde tot egregie culto sub pectori dotes,
Dona tot ignorat que rude uulgi, erant.
Gratia Dijs, quod læta tuo mihi tempora nasci,
Præceptisq; tuis fata dedere frui.
Septimus à decimo (memini) iam dicitur annus,
(Tām citō tot læti præterière dies)
Cūn tibi præclaras puer erudiendus in artes
Traditus, Aonidum captus amore, fui.
Non mihi maluerim quidquid Tagus egerit auri,
Quicquid habet rubri diues arena maris.
Tu mihi monstrabas bifidi inga frondea montis,
Deducens fida, ceu pater ipse manu.
Non tibi per Latium, tot clara per oppida, uidi
Sequana nec tumido quā fluit amne, parem.
Clara per Europam tua fama, per Asida terram.
Nec Lybie laudes nescit adusta tuas.
Tu præcepta Dei pandens arcana, docebas
Doctrinæq; pio cœlestis amore, ferebas
Mille uiae casus, tædia mille senex.
Non magis hac iudex quam parte scuerus in illa,
Iusta uelut premitur pondere libra pari.
Impia nec contrā diræ conuicia lingue,
Causa lacebitas impulit aqua manus.
Non ego mordaci perstringam carmine quenquam,
Nullus in hoc unquam pectori liuor erit.
Si tamen audebunt manes uiolare sepultos,
Tisiphone furij quos agit atra suis:

Non

Non cineres uenerande tuos paticmur inultos,
Pro tumulo Pietas induet arma tuo.
Albi pater, pater Albi, leues abiēre per auras
Omnia, quæ propter uiuere dulce fuit.
Si quid habent ucri timidæ præsgia mentis,
Poena uenit lento sera, sed ampla, pede.
Iam uideo instantes fatali lege ruinas,
Præliaq; & fuso pingue cruore solum.
Voluimur huc illuc, ueluti spoliata magistro,
Cymba per Hægas naufraga fertur aquas.
Ergo nec affari mihi te dulcissime saltem,
Extremum licuit funeris ante diem.
Cum pectus tibi dira sitis torreret anhelum,
Vreret & miserum febris acerba iecur.
Ipse salutiferas herbas, succosq; dedissem,
Quos miscere aliæ non didicere manus.
Ipse Deum supplex in uota precesq; uocassem,
Aßistens leclo peruigil usq; tuo.
Namq; preces castæ pallentes pellere morbos
Votaq; Pæonia fortius arte, solent.
Non licuit saltem uoces audire supremas,
Atq; anima tecum deficiente loqui.
Non positum lacrimis sparxi uenerabile corpus,
Florida non cineri serta rosasq; dedi.
Quod possum, tibi manè nouo, tibi uespere sero,
Mœsta tibi media carmina nocte canam.
Nec breuis hæc finem statuet mihi uita doloris,
Siquid adhuc uitæ Di superesse uolent.

Non

Non animum uerni mulcet clementia coeli,
Non leuis afflatu me iuuat aura suo.
Fœcundisq; rose Lauriq; uidentur in hortis,
Cumq; maris uiridi lilia rore mori.
Alma parens tellus, cuius cognomen habebas
Deficit, & foetus negligit ægra suos.
Ipse etiam ueteris Nicer haud oblitus alumni,
Coeruleas largis fletibus auget aquas.
Hic fuit, hic studuit, puer hoc in cespite lusit,
Hic pater, hic genitrix, hic habitauit auus.
Colle sub hoc tenui deduxit carmen auena,
Hic decor, haec doctæ gratia uocis erat.
Talia dum recolit, lacrimarum gurgite flumen
Crescit, & undosis fluctibus antra fremunt.
Moestacq; uicina residens Philomela sub umbra,
Flebila moerentes concinit inter aues.
Æmula facundi Philomela Melanthonis ales,
Par honor, & linguae candor utrisq; fuit.
Omnia quæ tellus, quæ pontus, & educat aër,
Interitu lugent, magne Philippe, tuo.
Si tamen illa Dei fuit (ut fuit) alma uoluntas,
Nostra nec infectum reddere uota queunt:
Corporis exuuijs & mortis lege solutum,
Gratulor ætherea te regione frui.
Postq; tot infidos maris implacabilis æstus,
Nubila iam pedibus cuncta subesse tuis.
Iam canis unigenam natum, rerumq; parentem
Per fortunati culta uireta soli.

Illic sunt, quicunq; Dei præcepta secuti,
Iusticiæ certas nos docuere vias.

Non illic morbi, non ær umnosa senectus,

Non graue pauperies urget acerba malum.

Sed citharæ, cantusq; uigent, animæq; piorum,

Ipsius è uitæ fonte perenne bibunt.

Æterniæ patris mens & Sapientia Christus,

Feruida diuino lumine corda rigat.

Salve magne parens, alti nunc ætheris heres,

Et fruere æternis, quæ tibi parta, bonis.

Discipuliq; tui uocem cognosce supremam,

Nec pietas cineri sit grauis ista tuo.

Terra tuum uiolis ornet, lauroq; sepulcrum,

Floreat æternis urna beata rosis.

Ossaq; tranquilla semper tua sede quiescant,

Semper ad Albiacas uox tua uiuat aquil.

Hoc precor, his saltem, mundi sator, annue uotiss.

Ipse uagi curam suscipe Christe gregis.

Per nomen uenerande tuum, nostramq; salutem,

Sanguine quæ misericordia est reparata tuo.

Perq; tuos, dum corpus erat mortale, labores,

Per maiestatem numinis oro tui.

Extrema per dira precor ludibria mortis,

Respicte desertas, optime pastor, oues.

Respicte nos tenues cum spiritus ibit in auræ,

Summaq; cum terris fulserit illa dies:

Qua tuba per trepidas sonitum dabit horrida nubes.

Hoc triplex mundi flamma resolut opus.

Et benè habet: nec enim genitor dulcissime longè,
Auguror aduentus tempus abesse tui.
Interea laudesq; tuas, nomenq; canemus,
Tu modo da dulci Christe quiete frui.

IN PHILIPPVM ME-
LANTHONEM DEFVNCTVM
προσωποποιηθεὶς Michaëlis
Beutheri.

T Andem per uarios Philippe casus,
Per discrimina tanta, totq; rerum,
Ad Christi penetras, quiete gaudens,
Arces aethereas, & expetitas
Longo tempore, quo peculiari
Virtute, ingenij bonisq; summis
Nil non officij benignioris,
In cœtus iuuenum simul senumq;,
Iustus quos labor, & laboriosum
Exercet studium piè docendi,
Discendit fideliter, probatas
Artes, mirificum Dei q; uerbum,
Magna dexteritate contulisti.
Has ergo lacrimas tibi sepulcro
Pro fida damus institutione.
Nos desiderium tui fatigat,
Nostra & pectora rodit usquequaq;
Nimirum licito, pioq; more

Gentis Christiadū, Deo dicatē.
At nunc parta quies tibi penennis,
Adscito Superis chorifq; Diuīum.
Sumamis iam frueris bonisq; ueris,
Et quorum haud temerē prius solebas
Astrorum meritos tueri honores,
Cernis illa eadem, tenesq; certus
Cunctorum uarias uias, uicesq;.
Salue iam patrio recepte cœlo,
Æternumq; uale Philippe Diue.

F. B.

Ecquid terra uires, cūm flos tuus occidit? atris
Vestibus (exuuijs ô Libilitina tuis)
Obsita lugeto. Sic debes esse Melanthon,
Cūm sepelis Solem lurida terra tuum.

STEPHANI CIRLERI

Conditur en corpus tellure Melanthonis atra,
Conueniens nomen quæ meritò atra dedit.
Nam quid in hac uita persensit (quæso) serenii?
Omni non' ne ferè tempore nigra fuit?
Spiritus ast inter stellas micat ille coruscas,
Temporaq; expectat corporis alba sui.

CAROLI HVGELII

Occiduo cum Sole tuum Germania Sidus
Occidit, ille quidem manè redire solet:

At tibi non iterum, quod nox tenebrosa recondit,
Sidus ab Eois exorietur aquis.
Dum tamen Eoum mare, dum Sol uiset Iberum,
Sideris illa tui fama superstes erit.

AD PHILIPPI MELAN-
THONIS TUMVLVM, IOAN-
nes Postius.

HAS lacrimas, hos mœsta parens Germania crines
Ad tumulum spargit, culte Philippe, tuum.
Has uiolas Pietas, hanc magnus Apollo cupressum,
Hæc tibi Pierides laurea ferta ferunt.
Te Pietas luget, luget Germania raptum,
Cumq; suo luget turba nouena Deo.

IDEM AD ALBIM FL.

Albi pater liquidum quis' nam tibi, quis pater amnis
Turbat, et uberibus cur fluis auctus aquiss?
Ah miser, Aonij turbat te casus oloris?
Et tibi iucundos non sinit ire dies.
Me tui cygnus fontis decus, atq; uoluptas
Occidit, ac ripis conditur Albi tuis.
Hinc illæ lacrimæ, quibus auges flumina, manant,
Hinc tua funereis uocibus antra sonant.
Infelix amnis, cygno spoliare canoro,
Fallor: an huic similem non dabit ulla dies?

ΕΝ ΠΕΝΘΕΙ

ΟΡΓΗ.

Magnus mortuus est modò Melantho;
Luge Bretta tuum fidele pignus:
Vuitemberga tuum fleas Magistrum.
Cœtus moereat atq; ouile Christi,
Non cœlestē, sed huius hocce secli.
Et grex candidus eruditiorum
Plangat pectora: & ingemiscat omnis.
Sunt communia nostri damna secli.
Omnes nunc lacrimæ & dolor decebunt.
Donec signa dabit benigna Christus,
Auferre & dare posse quos placebit,
Qui carumq; piumq; ouile purgent,
A sauisq; queant lupis tueri.
Verum in gaudia mille fletus iste
Noster sic redeat diuq; duret:
Ut qui nunc gemitu & dolore nostro
Rident, perpetuo dolore mentis,
Haud cœlum aspicere, haud uirum tueri
Possint: officij immemor caterua:
Solum docta cohors opinione,
Solo nomine Christiana turba.
Festimate nouos malos libellos,
Gaudium edere, non trium dierum.

Ex Scola Argentinensi. PR V^e

PRUDENTISSIMIS
VIRIS, ET SENATO-
RIA DIGNITATE IN INCLYTA
Lubecensium Repub. amplissimis, Henrico
Collero, & Gottardo ab Houelen do-
minis suis colendis. S. Ioannes
Bocerus.

Qvantum damni Ecclesia Dei, & res literaria
bis miserrimis & turbulentis temporibus fe-
cerit, extincto totius Germaniae ornamento, Reueren-
do & clarissimo uiro domino Philippo Melanthon-
ne, uos clarissimi prudentissimiq; uiri, pro singulari-
uestra sapientia probè animaduertitis, & hunc acer-
bissimum tanti uiri occasum, & imminentia mala, &
totius Germaniae calamitates, quas ipsius obitus non
obscure denunciat, una cum omnibus bonis, cordatisq;
uiris cognoscitis & deploratis. Columna enim & u-
nicum praesidium purioris doctrinæ quæ Dei benefi-
cio in nostris Ecclesijs sonat, & omnium honestarum
artium, & disciplinarum dux & moderator, nunc
cum omnium bonorum ingenti dolore, è uiuis exces-
sit, cuius mortem quanta mala sint infsecutura, Reue-
rendus uir D. Martinus Lutherus, suo obitu nobis
potest in memoriam reuocare. Nondum enim Ger-
mania respirare potuit à continuis bellis, & exortis
seditionibus, & miserrimis Ecclesiarum & Schola-

rum diuulsionibus & intestinis odijs, quæ sine dilatatione ab ipso interitu diui Lutheri Rempub. ciuilem & Ecclesiasticam inuaserunt, & miserrime afflixerunt. Et cum uerum sit quod. Esaiæ. 56. cap. dicitur, & immota huius dicti sit regula. Antequam ueniat citlamitas colligentur iusti &c. non leuiora mala nobis nunc extincto Philippo, & maximæ & periculose rerum mutationes imminere uidentur. Par enim decus & ornamentum D. Luthero piæ memorie, in Melanthone amisimus, & quaptum ille concionibus publicis & editis scriptis, tantum hic functione Scholastica & prælectionibus & multis necessarijs libris quibus methodum doctrinæ cœlestis primus omnium comprehendit, publica & immensa utilitate praestit. Et non solum in doctrina coelesti, uerum etiam in omnibus alijs artibus talem accedit lucem, quam eum nunquam ante sua tempora habuerunt, nec in posterum consequentur. Hoc igitur extincto, quis non doleret? quis non maximo dolore adficeretur & contristaretur? Ego ut sanctissimo seni, & preceptori meo obseruandissimo iustas exequias soluerem, & me publicis miserijs, & ingenti dolore propter tantu[m] uiri interitum adfici testarer, lugubre illud carmen, cui lacrimæ & dolor ingenium & animum intenderet me non suerunt, confeci, & hoc ultimo officio, & prædicationis honore preceptorem omnium nostrum meritissimum & nunquam satis laudatum, quod par est, & me decuit pietate adfeci. Hoc autem lugubre me

bre meum carmen clarissimi, prudentissimiq; uiri, ob
eam causam uestræ amplitudini dedicaui, quod pro
nestris singularibus in me meritis & officijs, uobis
illustri aliquo argumento, & scribendi occasione ani=
mi mei gratitudinem & obseruantiam iam dudum
declarare uolui. Sed nulla mihi hactenus materia,
quam uestræ amplitudini dignam & aptam censea=
rem, oblata fuit. Iam uero quam mihi casus inspera=
tus, & mors reuerendi & clarissimi uiri Philippi
Melanthonis obtulit, etiamsi tristie & luctus sit
plenissima, ea tamen occasione, & dedicatione huius
Epicedij, uobis potius animi grati officium declarare
uolui, quam diutius hominis ingrati notam sustinere.
Et quamvis nihil uoluptatis ex tristi hoc carmine
percipietis, tamen honorificum, & dignum uestræ
erit amplitudini, tanti uiri, quem uiuum non uos fo=
lium, uerum etiam tota Germania ut numen suum, &
donum coelitus demissum coluit & admirata est, ulti=
mas exequias, & funebre meum carmen, quo ipsius
merita & immortales laudes decantantur, benigno
clementi q; uultu suscipere, quod ut faciatis cum ue=
stra uirtus, & naturæ singularis bonitas, tum extin=
cti Melanthonis fama, & nunquā moritura gloria ul=
tro uos adhortabuntur. Feliciter ualete. Rostochij II.
Cal. lunij. Anno 1560.

V. amplitudini
deditis.

Ioannes Bocherus Academæ
Rostochiensis pro=
fessor.

EPICEDION PHILIP
PI MELANTHONIS.

Ergo iaces diuine Senex, sanctissima morum
Regula, Pierij decus & memorabile cœtus.
Ergo Philippe iaces, & nostris muida seclis
Parca decus tantum rapuit, quis funus acerbum,
Damna quis hæc lacrimis non deplorare profusis
Posset, & æterna lugere Melanthona fletu?
Namq; decus cecidit tantum, quo maxima nuper,
Lucifer ut reliquas præcedit lumine Stellas,
Extulit ante alias sic se Germania terras,
Æternumq; sibi nomen, famamq; Philippo,
Et uerae peperit decus indelebile laudis.
Ergo mihi lacrimas, mihi quis funebria fundet
Carmina? qua tantos testabor uoce dolores?
Et quales gemitus, quos luctisonos singultus,
Vndanti lacrimis, afflito & pectore promam?
Teq; decus tantum, quo non maioribus unquam
Fletibus occubuit, gemitu nec dignior alter,
Iuit ad Elysias exuto corpore sedes,
Conceptas inter curas, ortasq; querelas,
Tristibus exequijs, & carmine deplorabo.
Ite nouem tristes, lugentes ite sorores,
Excidat & cultus latus, capitiq; corona,
Laurus & ornatae non ô non gratia forme,
Hoc ornet, mœstas hoc tristi tempore Diuas.

Sed

Sed uobis pullas, et nobis addite uestes,
Et squalore caput, cinerumq; replete fauillis,
Crebraq; moestifero suspiria fundite luctu,
Et tantum lugete uirum, quo uestra reuixit
Laus, dudum coecis et gloria pressa latebris.
Ilo uos olim letæ naſcente fuistis,
Cum puer in uestros primū se offerret honores,
Hoc iterum rapto, uestræ pars maxima laudis
Occubuit, recidetq; cito molimine, flete,
Flete Deæ uestræ dispendia tristia sortis,
Ereptum uobis magnum lugete Philippum.
Scitis enim, memoriq; deæ seruatis in ævo,
Hic nondum teneras fuerat cum natus in auras,
Quam status indignus, uestræ quam perdita sortis
Res fuit, abieclo quam spernebatur honore
Doctrinæ, laudisq; parens diuinus Apollo.
Tum decus hoc sanctum, tum uestræ gloria famæ,
Et siluere pij immortalia munera coetus:
Munera quæ quondam rutili ceu sidera cœli,
Sic magnis toto micuerunt laudibus orbe,
Cultoresq; suos, et non uirtutis egena
Pectora, sidereis magnis ter dotibus astris
Inuexere, nihil quæ falsum, nilq; caducum
Virtutisq; nihil præter meditantia famam,
Proxima cœlicolis meruerunt præmia Diuis.
At tunc omnis honos Phœbi, tunc omnis ademta
Virtuti cultura fuit, et gloria Musis.
Cognita uix paucis Clariæ tum maxima gentis

Vtilitas,

Vtilitas, & fama fuit, tum scilicet omne
Extinctum decus est, & cura & forma loquendi.
At fera garritu tunc omnia pulpita circum
Barbaries frendens, cœcis caput extulit antris,
Inuasitq; suis ingentem uiribus orbem,
Caucaseasq; ultra rupes, bustumq; Promethei,
Pieridum cœtu Phœbum, comitante, fugauit.
Deseruitq; scholas sapientia: gratia fontem
Doctrinæ, & ueros in nescia pectora riuos
Ducere non potuit, maculis obstructa, ferisq;
Sordibus, & totis contabuit arida campis.
Et sitis Aonides pressit grauis, ipsaq; ueri
Cognitio, longè meditantia pectora fugit.
Hunc iterum fontem, clausos aperireq; riuos,
Omnibus obstaclis, & iniqua sorde remota
Cura fuit multis. Et te memorande Rodolphe
Agricola æternos uirtus cantabit in annos:
Et neq; uenturi tua Capnio facta nepotes,
Nec tibi quam famam peperisti laude, silebunt:
Et Desiderium sua uirtus tollet Erasmus,
Dum ros à cœlo, de terris gramina crescent.
His operas alij, misit quos Teutona tellus,
Doctrina insignes, magna uirtuteq; culti
Adiunxere uiri, tamen has abstergere labes
Occlusi fontis, dulcesq; reducere riuos,
Non potuere. Polo donec miseratus ab alto
Fortunam Phœbi, magni fabricator Olympi
Dulce decus terris purgatoremq; Philippum
Objecuti

Obstructi fontis, cœlesti detulit arce.
Hic postquam uaria sacrum caput extulit arte
Os similis, uocemq; Deo mira omnia luce
Rettulit, & largos doctrinæ currere riuos
In nostros permisit agros. Assurgite Musæ
Laudibus, & uestrum meritis extollite alnum,
Solus hic ingenio, quo se Germania tollit,
Exitit, hic unus uestros reparauit honores.
Pierides ne uos amisse sortis Achiue
Poeniteat semper, diuinæ robore mentis,
Auxilio & dextro, facundo & præstítit ore.
Vnius non ille capax, nec deditus arti,
Ah sua quam uariæ ditarant pectora dotes,
Quæ non hic Sophiæ partes penetrarat, & omnem
Doctrinæ cumulum sapienti pectore clausit,
Hunc postquam in teneram coepit stillare iuuentam,
Atq; aperire suæ totus penitralia mentis,
Dij quales fructus, donum Dij quale docentiss?
Quæ uox apta uiri? doctis quæ commoda Musis
Præstítit? ex illo cœperunt tempore formam
Exuere indocilem sermonis, & omnia Musæ
Pura loqui, rediit decus artibus, & rediit ingens
Gloria, quæq; antè ingenijs corrupta fluebat
Vnda malis, puros traxit Phœbea liquores,
Hic salsos latices, & amara fluenta replenit
Nectarare Pierio, sapidoq; refecit odore.
Omne genus rerum, diuinæ robore mentis
Complexus, nullas intactas præterit artes,

Quæ

Quæ fugitiua iuuant humanae commoda uitæ.
Abstero Musis tandem squalore, situq;
Atq; ubi magnifico retulit decus omne paratu,
Ilicet ad sacras audiē se contulit artes,
Doctrinæq; genus summo quod uenit Olympo,
Heu quales inter curas, quantosq; labores
Auxit, & ingenti cum fructu propagauit.
Præconemq; Dei, diuinum laude Lutherum
Ceu uehit, & tanquam plene uirtutis Eliam
Quo uixit, nuper fuit admirata sub ævo.
Non minus insigni Germania tota Philippo
Debet, & equali meritum ueneratur honore.
Nec tantum inuicta potuisset mente Lutherus
Doctrinæ labis cœlesti abstergere, si non
Adiutus magno (sic dij uoluere) Philippo
Esset, & Athletes gemino sic robore fultus,
Pectore magnanimo reprobos pugnauit in hostes.
Materiam rerum supera de sede prosectam
Hic dedit, & primū causas monstrauit agendi,
Plenus diuine doctusq; per omnia mentis:
Ille modum, formamq; dedit, qua posse agi res,
Sacra per & cultas mysteria protulit artes.
Ille dolos cernens, & acuta sophismata, cunctas
Detexit latebras, uersutos uicit & hostes.
Nec Maluenda tibi, tibi nec uariabilis Ecci,
Omnia tentantis fallacia profuit artis.
Ille unus rerum causas aperire latentes,
Et medijs potuit latebris educere uerum,

Os, artesq; Deo doctus, linguamq; disertam.
Ille unus quoties, dum tu uel maxime Cæsar,
Vel status Imperij, rapidas componere lites
Niteris, aduerso fidum caput obiulit hostie?
Defenditq; tuas pugnax Germania partess?
Nec tibi saluifci cœlestia dogmata Christi,
Adscitosq; piè cultus, formamq; sacrorum
Eripuisse tulit quenquam, licet impiger arsit
Hostis, & in flamas plures superintulit ignes.
Ille unus gemino decoratus munere, Christi
Restituit nostro mysteria sacra sub æuo.
Nec minus & Phœbi dignissima gloria talem
Omnibus accedit lucem, tenebrasq; remouit
Artibus, elapsi quallem non gratia secli
Vidit, & heu nunquam uenientia tempora cernent.
Temporis ille sui Clarij laus unica cœtus,
Ingenio cunctos unus superauit, & arte.
Thuisconis haud alio tantum se tempore tellus
Sustulit Aonidum meritis decorata sororum.
Tunc linguae triplicis potuit que maxima uirtus
Esse fuit, reliquas terras & Teutona tellus
Munere Pieridum uicit, prælataq; mulis
Eius stellifero sc gloria uexit Olympos.
Nulla mora, ex nostro impius ruere omnia seculo
Incipient, & te rapto diuine Melanthon
Desinet heu mortis sua lux splendescere Musis.
Iam fama extincta, & retro res lapsa referri
Cœpit, & Aonidum minui decus omne sororum.

Nam

Nam qui non casus? que non tua fata Luthere
Damna secuta graui non implicuere dolore?
Heu quanto ex illo Respublica tempore Christi
Dißidijs agitata malis, & disparsē sensu
Defecit, que non tristissima uulnera sensit?
Et doluit priuata suo rectore Luthero.

Iam quoq; nos certè fata haud meliora sequentur.
Et nunc extincto properanti morte Philippo,
Heu quod adhuc firmum mediocribus hactenus habet
Viribus, id totum fracta compage solutum
Corruet, enormes & templa, scholasq; ruine
Rixis, & tristi molimine deformabunt.

Namq; decus cecidit, quo sola superstite nuper
Se uirtus, ueriq; fides iniuncta tueri,
Et sortis potuit casus superare furentis.

Hei sentis, lugesq; tuas Ecclesia partes,
Et tu Phoebe doles, clypeumq; Melanthona raptum
Dedita turba sacris, & dedita turba prophanis
Artibus, ingeminant lacrimis, uotisq; reposcent.
Atq; has luctisono uix promit gutture uoces,
Omnia solliciti, peioraq; multa timentes,

Rore genas tristes, & fletibus humectantes.
Quò te sancte pater, quò te mors inuida, quò te
Fluctibus in medijs, circumstantijs periclo
Abripit? ab cur nos lacrimarum hac ualle relinquunt?
Te dolor excepto que nos fortuna sequetur?
Nunc ô fracta salus, nunc fluctibus antè carina
Acta feris seu mergeatur in æquore, quò nunc

Te rapis

Te ratis, & nostris placidum conspectibus aufers ?
Nunc o consilium, solitam nunc poscit opem res.
Te desiderio nunc deploramus amaro,
Vocibus & moestis, & pectore lamentamur.
Tu clypeus, tu nostra salus, tu immobilis omni
Anchora precipiti casu, columenq; fuisse.
Omnes subq; tuis tuti requieimus alis,
Subq; tua incolumes uitam traduximus umbra.
Quis nunc ingenijs, quorum nunc copia lites
Magna serit, magnoq; nouas parit agmine rixas
Obstabit, cœptæ recident quo iudice lites?
Eheu quam tristi facie, quantoq; dolore,
Insurgent omnes, quos hactenus unica frontis
Vis augusta tue, grauis & formido repressit.
Erumpent certe, quos dudum luor & ira
Coxit, & innatum clausit sub pectore uirus.
Et iam templa Dei, iam diro turbine coetus
Verslabunt Clarios, nil & surialis Enyo,
Quod pia corda potest affligere, linquet inausum.
Nunc o nunc demum rerum quo culmine lapsi
Simus, & heu quali priuati lumine, magno
Cum luctu, miseri nec ab una parte, sciemus.
Sic Nauclere, ratem, currus auriga uolantes
Omni consilio cassos, dubiosq; relinquis ?
Heu tecum dotes quantæ periēre, tuoq;
Occasu quantum fecit Respublica damnis
Consilium senibus, teneræ moderatio pubis
Te iacet amissō, tu dono insignis utroq;

Et pietate senes, & morum laude iuuentam
Rexisti, uitæq; feros deponere mores
Suafisti, nihil indignum, tu nilq; prophanum
Fudisti sacro, sedatis gestibus, ore.
Te pia simplicitas, & factio libera fuso,
Et niue candidior, nec tristi tabida felle,
Mens cunctis facilem mira dulcedine fecit.
Quam sancti mores, quanta pietatis imago,
Omnibus in uitæ factis, dictisq; resulxit?
Hos uitæ gestus, & numen amabile frontis,
Cum tantæ uarijs decorarunt dotibus artes,
Quanta homini à summo poterint contingere cœlo,
Idcirco adsciti lati de partibus orbis,
Huc denso Clarius se contulit agmine cœtus.
Quà tu diuinæ donatus munere uocis,
Omne decus, claras nomenq; perenne per artes,
Innumerabilibus sudoribus instaurasti.
Huc peiora ruidis ponant ut signa Mineruæ,
Et sumant animos Musis, & Apolline dignos,
Cum senibus iuuenes alacri contendere cœtu
Vidimus, & nutu magni pendere Philippi.
Hic ubi cum lingue soluebas frena disertæ,
Accursus qualis, Dij qualis copia coctus
Huc docti uenit? & plena palatia Phœbi
Exclusere aliquos, quamuis latissima, uerum
Ante fores illi stabant, patulisq; fenestris
Pendebant, & te nunc diui dogmata Pauli,
Nunc artes Phœbi magna cum laude docentem

Audiuerit

Audiuerē tuas & celso pectore dotes
Mirati, te praeceptorem, teq; parentem,
Virq; puerq; animo non dignante colebant.
Nam qua tu doctas non sedulitate Camœnas
Prouexti? Pelagus magni uariabile Phœbi,
Distractasq; uagas iusto non ordine Musas
Contraxti primum, facili & compendia cursus
Monstrasti, Phœbiq; graues, longosq; labores
Esse leues, magna tu solus acumine mentis
Fecisti, nobisq; uiam, formamq; sequendi
Prescripsi, æternis æterno munere libris.
Quod genus o Muse doctrine, quodq; remotæ
Artis, hic in Methodum studijs ingentibus aptam
Non bene digeſſit? uix sic Tirynthius acer
Auge& stabulum purgans sudauit, & oci
Expers, in diro lassauit limine corpus.
Gratia magna tibi, tibi sit laus summa Melanthon,
Possimus ut tutò cunctas uolitare per artes
Et uero abstrusos sensu decerpere fructus,
Muneris omne tui est, tibi nos debere fatemur
Culturam ingenij, Musis testantibus, omnem.
Ingrati cedant cuculi, cedantq; maligni,
Qui te non meritò Lesserunt nomine fuci.
Si nisi tu summi donatus uertice cœli,
Doctrinæ genus omne suo splendescere cultu
Fecisses, nebulis, nos immersiq; tenebris,
Vix o uix aliquam possemus cernere lucem.
At nunc te rapto rursum lux ista, remota

Occidit, o Phœbi, sors o mœstissima cœtus
Pierij, quanto nunc conturbata dolore
Vrbs Viteberga gemens madidos irrorat ocellos,
Et Muse circum muros, et mane cadauer,
Et circum Albinas carmen miserabile ripas,
Omnes deformes, laceratis crinibus omnes,
Ingeninant, mœsto ferientes æthera planctu.
Ipse pater Phœbus dubius, plenusq; doloris,
Quà modo uertat iter nescit, radijsq; nitentem
Conspicit inuitis, citus et præteruolat urbem,
Atq; inter gemitus, suspiria mœstaq; fatur:
Hic o dulce decus nostrum, hic mea cura Melantho^h
Hic Phœbi spectata salus, et fama Philippus
Occubat, alipedes ueloci currere gressu
Currite, crudeles renouat locus iste dolores.
Sancte senex, memorande senex, o unica uirtus
Pieridum, secliq; tui uenerabile numen,
Ergo iaces, de te nil et nisi flebile nomen,
Et desiderium restat, penitusq; recessit
Illi utilitas longè suauissima linguae?
Et iacet extinctus Philomèle cantus, et acris
Vocis amor, quales post te cantare uolucres
Incipient? prohibete nefas, omenq; malignum,
Dij prohibete nefas, ne tanti gratia cantus
Innocue uolucris, garritu leſa nocenti
Occidat, immerito iustos et perdat honores.
Vos seruare decus, nobis quod uoce fideli
Præstlitit, et nostras è cæco carcere mentes

Eruſt

Eruit, & turpis quæ nos inficitia pressit
Vindice, prolatu cessit splendore, Philippo.
Doctorum flos ille uirum columenq; ruentis
Pieræ gentis, patriæ splendorq; supremus,
Vitiferis qua se probat inclita BRETTA racemis,
Et Palatinas nullo tam munere terras,
Quam tollit meritis, & magni laude Philippi.
Germanis decus ille suis, nomenq; perenne
Præstítit, & quo se meritò Germania faciet,
Ingenij ob cunctas quas hic sibi subdidit artes,
Aut ob uitutis, nec fictæ laudis honorem,
Hoc habebet, hoc magno Germania nacta Philippo
Posidet, hæc propriæ sibi ducit præmia laudis.
Præter & inuidiam liuor licet audiat unum,
Quotquot in hoc cunctis uiguerunt tempore terris
Doctorina clariq; uiri, meritisq; uerendi,
His rectè præfert Germania sola Philippum.
Hoc uitæ probitas, geminataq; gloria Phœbi
Præstítit, innumeris meritumq; laboribus illud
Obtinet, & nullo contradicente tuetur.
Quo coepit studio pressas extollere Musas,
Hoc indefessus sex denos præstítit annos,
Ærumnas quales, iniucundosq; labores
Interea tulerit, uarias dum tendit ad urbes,
Atq; Euangelijs causam, lucemq; tuetur,
Nunc & colloquijs, nunc & conuentibus acres
Pungit, & aduersos prosternit uiribus hostes,
Quosq; domi fructus, quid sedulitate docendi

Præstiterit, dum templa, scholas, fora rauca nenufis
Ingenijs, teneros & ducit in ardua fœtus
Culmina, uenturæ maturat & omnia meſi.
Scilicet hoc docti monstrant monumenta laboris,
Mansuriq; docent eterno nomine libri.
Has inter curas, onerosaq; pondera sortis
Difficilis ratio priuatæ formaq; uitæ,
Qualis erat, si quis fortassis scire laborat.
Mitis erat, placidusq; senex, & amabilis acri
Aspectu, litisq; fugax, & mollis ad omnes
Legitimos aditus, & non quærentibus asper.
Officijs homines quibus & promouit egenos,
Testor, & hoc mecum doctorum turba uirorum
Prædicat, ille meæ miseratus uulnera sortis,
Subsidium nostris & rettulit ocia Musis.
At qualis pietas ipso dignissima cælo
Ornauit uitamq; senis, moresq; uerendos,
Illi testari possunt, dum uita manebat
His quibus officijs, & aperto pectore notus,
Clarorum de se ſpecimen memorabile morum
Præbuit, haud fictam pietatis nomine famam,
Abiecto fuco procul & leuitate, ſecutis
Illiū & uitæ pietatem tota peractæ
Actio monſtrauit, cœptisq; exordia rebus
Sacrauit, finemq; Deo, raroq; precando
Defessus, superas oculos referebat ad arces,
Et te Gnate Dei misericordia felicia terris
Fata precabatur, nostri & contagia ſecli

Effigie

Effusis lacrimis et crebra uoce gemebat.
Et pubem imberbem turpes dediscere mores,
Hortatusq; Dei castè mandata uereri,
Publica ne uitios cumulent incommoda foedis.
Arma nec accelerent commissis debita culpis,
Impia nequitiae praecidere frena studebat.
Hoc exercitium, cunctis hæc cura diebus,
Tale laboriferos studium finiuit et annos.
Donec ab innumeris consumto corpore curis,
Non secus ac rapido sub limine cera liqueficit,
Paulatim uires magni minuere labores.
Duraq; Germanas discordia nata per oras
Magnorumq; Ducum clades, et fata maligna,
Scenaq; uis belli, magnis inflectaq; damnis
Vrbibus excidia, et summo ius culmine lapsum,
Muniesq; mali nostris que regnat in annis,
Affictum pressere caput: mox omnibus istis
(Pro pudor) irrepsit maius scelus, ortaq; lis est
Hos inter stabili decuit quos pace ligatos,
Viribus aduersos iunctis contendere in hostes,
Hos ubi feralis miserè distraxit Enyo,
Tum uero inualidus, fractis et uiribus amens,
Indoluit tristem sortem, senuosq; furores
In sanctorum hominum, quorum Respublica Christi
Disjidijs lacerata ruit. Nam sicut ab axe
Turba ruens gelido uentorum aut grandine crebra
Obtegit aut diris terras (res foeda) locustis,
Non secus in doctos pestis scuissima coetus

Irruit, exoritur lis improba, iudice nemo
Certat, at exacuit uires, carpitq; premitq;
Nunc hoc nunc illud liuor, pugnatq; feroci
Censura, ueriq; fides, & dispare sensu,
Et rixis tabefacta ruit, ruit omnis ab imo
Sancta q; turbato moeret concordia fonte,
Hic quoq; (præteriti iacet omnis gratia facti,
Nec uirtus ueneranda senem, caniq; capilli,
Nec tot diuini tutum fecere labores)
Se quoq; seq; peti cernens, seq; omnibus unum
Opposuum, quo tela ferant, cui mordicus instent,
Nescio quas culpas, & crimina prætendentes
Immerito, nihil & speranti tale futurum.
Ast ille egregius, nil & sibi conscius heros,
Et recti, fidei q; tenax, atq; anchora sacri
Fida ministerij, falseq; grauiissimus hostis
Doctrinæ, tales tranquillo pectore muscas,
Et facile rabidos potuisset temnere fucos,
His nisi uidisset quantum Respublica turbis
Concidat, & Christi quantum minuantur honorcs.
Atq; quod exitium nostris portendat in annis
Vis hæc seuia mali, tandem qua clade suprema
Corruat, extincta plorans Ecclesia luce.
Hæc dum sacra pium subiit meditatio pectus,
Atq; renascentes noctesq; diesq; dolores
Ingeminans, curis semperq; ingentibus æger
Roditur, & gemitus inter, tristesq; querelas,
Effusasq; preces, rapidi ceu lampade Phœbi

Frigidæ

Frigida nix teritur, lentoq; absimitur æstu.
Defessus uelut & supremo fine uiator,
Languet humo residens, & amicas excipit auras.
Sic ille absuntus cura serieq; laborum,
Paulatim gracilis languentes corporis artus
Diminui, labiq; suo de pectore uires
Senxit, & instabiles membris imitantibus umbras,
Vix potuit firmos uix tandem figere gressus.
Indignum donec terris, & sorte caduca
Transtulit hunc ad se summi clementia Patris,
Diuiniq; senis corpus, placidaq; diremit
Morte animam, ueluti flammanti lumine paruo,
Aut imber placidus, uel frigida guttula, lichno
Incidit, & nullo lucem stridore repellit.
At donec pictas summo dilecta Tonanti,
Gloria dum iusto durabit parta labore,
Dum uirtus homines, & honestæ gratia uitæ
Euehet, & probitas scelus execrabile uincet.
Donec erit splendens cumulata laude superstes
Germanosq; suos fama, patriamq; potentem
Ter dignis meritis, & tollet honore Melanthon.

DE OBITV ET
EXEQVIIS D. PHILIP-
PI MELANTHONIS, AD CLARIS-
simum virum D. Eberardum Roggi-
um, in urbe Culma Prussiæ
Consulem.

ELEGIA

Henrici Mollerii Hessi.

Tristis arenoso te Musa salutat ad Albi,
Clara Borussiaci lux Eberarde soli.
Cernis inornatam paſſis horrere capillis,
Et pulla claudos abdere ueste pedes.
Cur adeo tumeant oculi faciesq; requiris,
Cupressus turpes cur premat atra comas?
Hac dolor & fletus uestigia moesta reliquit,
Hic color, hic habitus tristia corda decet.
Addiderat lucem ter ſenis Martius unam,
Ex loue qua fertur nata Minerua die:
A Sueonum gelidis ut finibus ipſe reuersus,
Et graue, per terras & mare, paſſus iter:
Huc Vitebergenses ubi labitur Albis ad agros,
Aduerti cupidæ lintea fessa ratis.
Ut ſenis audirem felicia plectra Philippi,
Et que cygnea carmina uoce daret.

Hil

His neq; fors petulans inuidit et absonta uotis,
Quæ non fortunæ pars uiciosa meæ est.
Sed dolor, hæc nimium breuis et mutilata uoluptas,
Hæc dolor, utilitas non satis ampla fuit.
Nam semel impleto dum Luna senesceret orbe,
Vix licuit nobis illius ore frui.
Eis quater Eoo remearat ab æquore Mensis,
Qui tepido pingue Sole recludit humum.
Cum uelut ex longo defessus calle uiator,
Venit in attonitam languidus ille scholam.
In primoq; aditu pedibus titubantibus hærens,
Vix in Apollincum scandit anhelus ebur.
Scilicet infandæ iam tunc contagio febris,
Illi ex lasso corpore signa dabat.
Vir pius, imposito uoluit quoq; munere fungi,
Vix licet ex sicco funderet ore sonos.
Sed tamen hei potuit uix quattuor inde diebus,
Officij partes continuare sui.
Namq; dies Idus quem mox comitantur Apriles,
Publica supremus uerba sonantis erat.
Scilicet accrescens horror luis improbus illum,
Amplius è tristi non tulit ire domo.
Non tamen interea scribendi à mole uacauit,
Sed tulit hoc læsis uiribus æger onus.
Egressum potuit, sed non inhibere laborem,
Nunc face nunc uexans frigore membra, lues.
Ipse quidem magno contemnens pectore mortem,
Hoc super astra pijs esse sciebat iter.

Ergo

Ergo dissolui uerbis et mente petebat,

Vt pius in coeli spiritus iret opes.

Membraque; continua exhausta laboribus, altam

In placida requiem consequerentur humo-

Sed qui per totam luctus resonauerit urbem,

Languidus in tristi dum iacet ille toro.

Quasque; preces atas et sexus fuderit omnis,

Colligere exemplis pluribus ipse potes.

Si pater agroto decumbit corpore, tota

Num domus in lacrimas soluitur, inque; preces?

Si caput afficiunt inimici triste dolores,

Ipsius ne uicem cetera membra dolent?

Si longos fese inclinant labefacta per annos

Fulcrum superstructum non ne fathiscit opus?

Si caligo grauis Phœbi iubar occulit, an non

Hec mundi moles obstupefacta gemit?

Si Rex æger apum, quo non examina planctus,

Qua non per cellos anxietate strepunt?

Ipse pater, caput ipse sacrum, fulcrumque; iubarque;

Et simul alueoli Rex uigil huius erat.

Hic igitur toto suspiria pectore dicens,

Sedulus in uotis officijsque; fuit.

Anxius indoluit sortem languentis iniquam,

Proque; illo crebras addidit ore preces.

Sed fatis nihil obstat, cuncti impunè per omnes,

Hei dolor, assidue nil ualueré preces.

Incubens ualidis per multas ictibus horas,

Illi exuixit robora, febris atrox.

114

Quam graciles, Roggi scis optime, gesserit artus,
Quodq; cutem fuerit præter & ossa nihil.
Hæc tamen inualidi quasi corporis umbra, labores
Quot? quantumq; instar gesit Atlantis onus
Bis septem totidemq; annos uiuente Luthero
Grande iugum firmis nixibus ipse tulit.
Nunc post illius cineres, cum quattuor annis
Sustinuit maius per duo lustra iugum.
Thesauriq; fuit custos industrius ampli,
Huius opes alacri distribuitq; manu.
Pondera que rerum, qui tota ætate labores
Hunc exercuerint, quis memorare potest?
Non modo uoce bonas Vitebergæ tradidit artes,
Explicuitq; pia carmina sacra fide:
Sed quoq; multiplices nulla caligine libros
Edidit, absentes eruditq; uiros.
Non secus ac uena fons lucidus ubere manans,
Gramina non tantum proximiora lauat.
Sed quoq; diuersis plena uelut imbrice pratis,
Ista rigaturas sponte ministrat aquas.
Sic iter innumeris Sophiæ monstrauit in hortos,
Qui uel apud Danaos, Ausonios' ue uirent.
Et sacra Pieridum sitientem pocta iuuentam
Ad iuga procliui duxit amœna via.
Si quos ad munus populum pubem' ue docendi
Sors & in hac pietas recta uocauit humo.
Morum quoties studia explorauit? obiuit
In sacro quoties munera iusta foro?

Dans

Dans alijs operam, digitis quot uerba notauit?

Correxitq; omni quot noua scripta dies
Quis sua uulgares emisit tela sub auras,

Terserat hec habili ni prius ille manue
Nullus erat, cui non studio seruiret alacri,

Auxilia abnueret cui sua, nullus erat.

Quem latet in sacris quam dura negocia rebus
Ceu denso obruerint illius imbre caput?

Per uarios rerum casus, per mille uiarum
Tædia, per uitæ multa pericla suæ.

Sæpè peregrinas est ipse profectus ad oras,
Quas Lycus & Rhenus Danubiusq; rigant.

Vt causam fidei sacræ defenderet armis,
Contra degeneris uimq; dolosq; Papæ.

Hoc scriptis, hoc colloquijs, hoc gestibus egit,
Imperijs celebres totius ante status.

Quid loquar, hoc rerum quantis in turbine curis
succubuit? calidas quid memorabo preces.

Quas pro te, Christi cultrix, Ecclesia fudit,
Pro patrijsq; pia uoce frequentur agris?

Istaq; tam studio, curaq; ardente peregit,
Vt fieri possent non meliore fide.

Et licet haud æquis tulerint ea mentibus hostes,
Innocuum uarijs arguerintq; modis.

Non tamen istorum deterritus ille tumultu,
Ardua constanti munera corde tulit.

Non uis, non illum timor ex statione remouit,
In qua se Christum norat habere Duxit.

Non

Non tantas curas, neq; tot fulcire per annos
Alcides rerum tam graue posset onus:
Quantas debilibus curas operasq; lacertis,
Ipse nouem fermè gesit Olympiadæ.
Qui per tot potuit sincerus & integer annos
Sub tantis operum molibus esse super?
Et qui nec neruos potuit nec pectora frangi,
Sic ut desineret munus obire suum:
Cum Latio quamuis ingrati Præsule fratres
Alii terrificis obstrepere minis?
Ah quis tanta Dei cognouit munera? tanta
Quis grates egit pro bonitate Deo?
Desuper ille datus, nostræ uelut anchora cymbæ,
Vim contra Boreæ dira minantis, erat.
Sed dum perpetua proram uirtute teneret,
Ne quassam rapidi frangeret ira maris.
Cælitus has uires quis fundi agnouit in illum,
Ne per inhorrentes contereretur aquas?
Quis contra Boreæ insultus, Austriq; procellas,
Illum diuina stare putauit ope?
Alii qui solidas ad agenda negocia uires
Maxima, cœlesti misit ab arce Deus.
Infragiles animos, cor & ingens addidit idem;
Hostiles contra posset ut ire minas,
Nilq; potestatem, Latij nil Flaminis astus,
Aduersas mundi nilq; timeret opes.
Nilq; moueretur mordacis acumine lingue,
Irgrati cœtus opprobijsq; nihil.

Vidimus

Vidimus ab rari nobis diuinitus illum
Esse datum, lustris totq; fuisse super.
Ignari fuimus, necq; donum agnouimus illud,
Ad sese Deus has ergo recepit opes.
Noluit ingratis illum mundoq; uirisq;
Et grauib; curis amplius esse super.
Et simul ac bissen;a dies & septima Aprilis,
Volueret occiduos in mare solis equos:
Mors uenit, & nullo sacra membra dolore philippi
Soluit, & in tristi linquit humanda toro.
Sic occasus erat Phœbi atq; Melanthonis idem,
Hei quantas tenebras est ea passi dies?
Hei quanta hæc pauidum caligine terruit orbem?
Hac iubar extinctum Teutonis ora tuum est.
Hac amiserunt tristes sua gaudia Musæ,
Hac decus amisit incestus Apollo suum.
Perdidit æternos hac squalidus Albus honores,
Et tu delicias ô Viteberga tuas.
Hic ubi sollicitas rumor peruenit ad aures,
Ipsiis triplices fila scidisse Deas.
Horruuit urbs, totoq; gemens expalluit ore,
Collapsa in durum procubuitq; solum.
Nec secus indoluit, quam tunc cum Parca Lutherio
Rupisset tristi licia truncæ manu.
Mens, color, & uultus, uiresq; abiēre loquendi,
Pallidaq; muasit frigidus ossa tremor.
Et calor è toto uitalis corpore fugit,
Ipsaq; cœca diu semianimisq; fuit.

Ut tandem nubes evanuit horrida mentis,
Et longa sensus conualuere mora.
Rumpit ab attonito sinuosas pectora uestes,
Lugubriq; ferit pectora nuda manu.
Et foedans scissos in perso puluere crimes,
Se miseram, fati difficilisq; uocat.
Viq; parum potuit lacrimas inhibere fluentes,
Hos singultanti fudit ab ore sonos.
Ergo ne sic animam tenues effudit in auras,
Maxima Teutonica fama Philippus humi:
Quo nemo melior, quo non uir amantior aequi,
Quo reuerensq; Dei non magis ullus erat:
Cuius erat pietas numeros spectata per omnes,
Nulli non probitas cognita cuius erat:
Ergo iacet, cuius satis admiratio dotes
Nulla capit, secli laus ueneranda sui?
Cui nihil ingenij deerat, nihil artis honestae,
Cuius inexhaustas pectus habebat opes?
Cuius & innocui mores, & honesta uoluntas,
Cuius aperta fides & bona, semper erant?
Cuius & inuidiae, fastusq; & amoris habendi,
Cor satu&eq; expers ambitionis erat?
Cur mors cur illi secuisti stamina uitae,
Vincebant niueum pectora cuius ebura?
Cuius uirtutes numeris comprehendere uelle,
Hoc foret, & flores dicere ueris, idem.
Castus erat coniunx, uiduus quoq; castus, honeste
Euum transegit temporis omne sui.

Crimine fama caret, uelut hoc quoq; uita carebat,
A spersaq; exors utraq; labis erit.
Utraq; perpetuos erit inculpata per annos,
Tu licet assultu liuor atroce fremas.
Exemplis hominum genus exornauit honestis,
Ingenuiq; fuit splendida imago uiri.
De cunctis studuit bene p̄eclareq; mereri,
Ac habuit largas ad bona danda manus.
Quos tulit ubertim fructus, uelut utilis arbor,
Erato posteritas omnis honore leget.
Integritate sacer, candore serenus aperto,
Inq; sua prudens simplicitate fuit.
Offendit nullum, nisi morte, insigniter unquam,
(Hac omnes lesit scilicet ille bonos)
Quām gestus facilis, quām nutus amabilis, & quām
Lenis in externo fulserit ore decor.
Quis nescit? nisi qui nomenq; librosq; Philippi
Nescit, & in rudibus tempora dedit agris?
Hei tot uirtutes te non potuere tueri,
Contra funesta tela Philippe necis.
Quis sibi iam longe promittat secula uite,
Quis medicam, contra fata, requirat specim.
Te cūm sustulerint, ex quo uirtutis abundē,
Omnigenae radij lumina clara dabant?
Qui selectus eras tot honestis artibus hospes,
Et plenum graibus uasq; penuq; bonis
Sed tot uirtutum licet ornamenta, tot artes,
Elabi manibus non potuere necis.

Ad

Ad superos animam tamen euexere beatam,
Hæc nunc cœlestem uiuat ut ante Deum.
Sitq; salutatrix Domini, consorsq; bonorum,
In quibus hæredes uult Deus esse pios.
O anima insignis, tibi quid felicius optem,
Quam quæ iam, stellis clarior, astra teness^e
Quid tibi quid possum, quam festa æterna precari,
Pro meritis aliud retribuisse tuis?
Proq; tot officijs memor quæ uoce referre
Omnia, iam non mens luctibus ægra sinit:
Vilis eram, tenuesq; casas nil præter habebam,
Inq; meo nullus corpore splendor erat.
Quod nunc magnificas complector opesq; domosq;
Effectum curæ sedulitate tue est.
Hec quæ diuitias mihi, splendoremq; ministrat,
Et titulos, humeris est Schola fulta tuis.
Omnibus ex terris homines, tua dona secuti,
Ad flores aliquid contribuere meos.
Sic mihi per numeros tua gloria profuit omnes,
In te præsidium sic mihi grande fuit.
Me uero semper complexus amore, leuasti
Officio curas & pietatis meas.
Si premeret fortuna meos contraria ciues,
Aut miseros bello, peste, fameq; lares.
Confusus tibi uultus erat mea fata gementi,
Et pro me superis uota precesq; dabas.
Aduersisq; meis uehementius ipse dolebas,
Quam potui damnis ipsa dolere meis.

O quoties lacrimis tua fundere lumina uidi,
Et cor præ gemitu subsiliisse tuum.
Tu mihi consilium, tu portus & aura fuisti,
Anchora tu cymbæ remigiumq; meæ.
Tu mea luctantes rexisti uela per Austros,
Quod natet in portu nunc mea cymba, tuum est.
Tempora si tecum reproto, quibus inclita uixi,
A meritis uacua est pars mihi nulla tuis.
Ut tu Dux igitur meus, huius & agminis essem,
Hic quod Apollineas querit & haurit aquas,
Tunc mihi dulce fuit sublimes ire per auras,
Astraq; uerticibus tangere clara meis.
Nunc mea mortis amor possedit pectora, nunc me
In uili miseram sorde iacere iuuat.
Tecum lux abiit, tecum solamen honosq;
Tecum pars animi summa Philippe mei.
Ergo tui uenient mihi tunc obliuia, abibit
Ex hoc tunc meriti gratia corde tui:
Cum nullas uoluet conterminus Albis arenas,
Et pice cum nigrior lacteus humor erit.
Quod si muter ego, uidearq; ingrata, dehiscar
Tunc terra, aut rapidi fulminis igne cremer.
Grata quidem nequco esse satis, licet omnia prestat,
Sed tamen æternum me fore iuro piam.
Meq; ita culturam memori tua nomina mente,
Ut locus officium sentiat ille meum,
Qui tua membra tenet: lacrimis humentibus illum
Perfundam, & molli moesta fouebo sinu.

Ille mihi has curas semper renouabit, ut hora,
Non desiderium ieniat ulla tui.
Nunc o^m applausu salueq; ualeq; perenni,
Et lacrimas, fundo quas tibi, care parens.
Plura locuturæ uocem dolor interclusit,
Et mancus querulo mansit in ore sonus.
Ipsaq; posse mori cupiens lacrimabile murmur
Edidit, & tota stridula nocte fuit.
Nox ubi transierat fusco tristissima amictu,
Phœbus ab Eois tristior exit aquis.
Quadrupedesq; rotasq; nigro uelamine celans,
Obnubit toto lumina clara die.
Fatalemq; sui casum miseratus alumno,
Ostendit luctus maxima signa sui.
At cœtu studiosa cohors ciuesq; frequenti,
Per totam subeunt limina moesta diem.
Et contemplantur tristi conclavia uultu,
In quibus expositum flebile funus erat.
Illud ibi manibus facieq; iacebat aperta,
Et niuea tectum sindone pectus erat.
Desormare solet plures uiolentia mortis,
Ast in eo offendit nec nota parua fuit.
Exitus est placidus placidis, & acerbus acerbis,
Vitiq; qualis erat, mors quoq; talis erit.
Sic apparebat facieq; habituq; situq;;
Ceu leuis impletet lumina uicta sopor.
Hoc spectatorum pia turba fatebitur und,
Qui tunc ad pheretrum triste frequenter erant.

Hi contrectabant frontemq; genasq; manusq;

Aptis pingebant hi simulacra notis.

Maxima pars miserè diffendia tanta gemebat,

Ingeminans tristii talia uerba sono.

Ergo Philippe nouem decus assertorq; sororum,

Ergo decens Phoebi cura Philippe iace s?

Ergo iaces Graiae, Latiaeq; grauissima lingue

Gloria, Teutonici fama iubarq; soli ?

Optime quæ nobis te fors præceptor ademit ?

In te quæ tantum uis scelus ausa fuit ?

Cum grauis & præstans istis uirtutibus essem,

Quas uel in excelso pectore nullus habet.

Non modò te Pylij uicturum Nestoris annos

Spes, necis expertem sed fore semper erat.

Nunc, dolor, hora breuis, quem secula longa requi-

Abstulit, ô studijs hora maligna bonis.

Sic igitur nunc flos exaruit ille, tulerunt,

Vnde tot ætherei munera mellis apes ?

Nunc igitur fons est ille exiceatus, anhelam

Qui dulci expleuit pluribus amne sitim ?

Nunc ergo amissis sterilescet frugibus, antè

Qui tam fœcunda messe uigebat, ager ?

Hoc igitur lumen nunc deflagravit, ad artes

Quodq; ad uirtutes irradiauit iter ?

Hoc igitur plectrum, quod tam bona carmina duxit,

Nunc in funesta defodictur humus ?

Os illud nunc ergo tacet, quod diuite lingua,

Tot dedit in celebri uerba diserta loco ?

Quod

Quod nos miranda toties dulcedins mulfit?
Eloquium fluxit dulcius unde fauis?
Quod toties habili compescuit arte Sophistas,
Hostes qui nostrae religionis erant.
Artifices in præstigijs, & marte feroce,
Armatosq; sui uiq; minisq; Papæ?
Ingenij nunc est ubi uis excelsa potentis,
An simul in tristes decidit illa rogos?
Ingenij uis illa sagax, & nescia uinci,
Pro uera standum si pietate foret?
Hec est ad pugnas quæ te pertraxit acerbas
Non rabies, auræ non popularis amor.
Scilicet his quod non sis delectatus, aperte
Dicimus, & testes care Philippe sumus.
Quiq; ignoret idem, quenquam non esse putamus,
Si modo non mores nesciat ille tuos.
Quis te simplicius, quis te moderatius egit?
Cui magis ingenium quam tibi mito fuit?
Ergo fugis, fugis ergo aui prudentia nostri?
In cuius tradis frenæ relictæ fidem?
Hei nostri currus nunc Automedontis egentes,
Te sine per uolucres quo rapientur equos?
Consilijs nunc orba tuis Ecclesia multum
Indiget, & solitam moesta requirit opem.
Tuq; illam ueluti media inter prælia stantem,
Terres interitu Dux animose tuo?
Calliditas grauis est, & magna potentia Papæ,
Oppugnare sacras qua meditatur opes.

Hanc precibus superare tuis, & uiribus illam,
Ingenij poteras docte Philippe tui.
Inter & effrenes est machina plurima sectas,
Conantur fraudes qua stabilire suas.
Cui, sine te, facile est nunc hos dissoluere nodos?
Hic quis Pelides, te sine, noster erit?
In quas in medio nos conijsis aequore curas,
In quæ nos obitu Tiphy pericla tuo?
In quibus hei nostram nunc tempestatibus Argo
Deseriss' en quantas eruit Auster aquas?
Quis nos in placida miseros statione reponet?
Quis reget ambiguæ uela uiasq; ratis?
Hanc impacato rapiant' ne turbine uenti,
Extremum uictæ naufragiumq; ferant
Est equidem tecum non infeliciter actum,
Qui tot curarum mole solutus abis.
Qui tot ab ærumnis & iniquo carcere liber,
Iam tandem placidæ dona salutis habes.
Et cum Collegis, & amata coniuge iunctus,
Æterni frueris uoce sinuq; Dei.
Sed nobis, cunctisq; bonis, fletusq; dolorq;
Et desiderium restat mane tui.
Nos miserè flemus, tu gaudia suauiter intras,
Tempora nos opere, te requietis habent.
Nunc ò nunc tandem luctu sentimus acerbo,
Casu fecerimus qualia damna tuo.
Dicere difficile est, ex cornu diuite nobis,
Fuderis in cupidos munera quanta sinus.

Confus

Confugium nobis & amabilis ara fuisti,
Quos erga leuiter non tuus arsit amor.
Consilium uitæ nobis morumq; tulisti,
Ut sacer Aonidum labe carceret honos.
Atq; inuitasti, uirtutis idoneus autor,
Officia exemplis nos ad honesta tuis.
Cui tua sedulitas non est comperta docendi,
Et studium uehemens, continuusq; labor;
Omnia perspicue nullo liuore dedisti,
Nam pice fœdatum non tibi peclus erat.
Vilitas tibi nostra fuit te carior ipso,
Curasti ut placidus commoda nostra parens.
Quod caput extulimus pulcras sublime per artes,
Ingenioq; habiles floridiore sumus.
Quod purus nostro sermo dimanat ab ore,
Verbaq; non calamus barbara fundit iners.
Quod fontis libamus aquas, quem Pegasus iectu
Fecit, & Aonias quod redolemus opes.
Quod nunc per ueterum monumenta salubriter imus,
Sive ea sacra docent, sive prophana docent.
Seu Danao, seu Romano sermone loquuntur,
Artis & hoc curæ munus opusq; tue est.
Hæc tibi nos debere palam meritòq; fatemur,
Ingenij sunt hæc dona Philippe tui.
Ergo licet fucis plebs turpibus edita, foedo
Delibare tuos pergeret ore fauos.
Nos tamen & pietas & candor & ardor honesti
Quos habet, & gratae mentis aperta fides:

Præmia summa licet tibi non par reddere possint,
Oraq; sunt meritis cuncta minorata tuis.
Quantumcunq; tamen præconia nostra ualebunt,
Laudibus illa tuis dedita semper erunt.
Atq; malignorum nos fraude tuebimur ipsas,
In cineres erimus turbaq; grata tuos.
Et prius à Zephyro Titan se uertet ad Eurum,
Retrogradoq; suos ordine ducet equos.
Et prius in summo spectabitur axe Canopus,
Et gelida occidua Vrsa subibit aquas.
Adq; suum uersis caput ante recurret habenis,
Danubioq; suas ingeret Albis aquas.
Cantabitq; rudis Philomela dulcius Anser,
Et prius albus erit Coruus, & ater Olor.
Quam quenquam nostrum tua qui iam fata dolemus,
Immemorem meriti dixeris esse tui.
Quam nos uerba, nisi gratas testantia mentes,
Audiat aut ætas arguat ulla loqui.
Tu nunc hæc lacrimis suspiria mixta doloris
Et desiderij signa perennis habe.
Æternumq; uale. Violas tua busta frequentes
Accipient, manes uotaq; crebra tui.
Molliter ut placideq; cubent, hilaresq; resurgant,
Cum summus pandet clausa sepulcra dies.
Talia funestas sonuerunt uerba per aedes,
Audiuit tales lux ea tota sonos.
Vix & ab amplexu defuncti sera Magistri,
Moerentes potuit nox remouere uiros.

Posteri

Postera lugubres ut lux discusserat umbras,
Extuleratq; nigros aequore Phœbus equos:
Ponitur in loculum stanno pallente rigentem
Cum lacrimis corpus magne Philippe tuum.
Cumq; uias ultra medias Sol pronior iret,
Et daret infastas hora secunda notas.
Ex miseric solito deducitur ordine tectis,
Detur & effosse flebile funus humo.
Triste professores pheretrum subeuntq; feruntq;
Exuuias humeris & patris ossa sui.
Mæsta Scholæ pubes funebres præcinit hymnos,
Si canere est, tristes edere uoce sonos.
Peucerusq; gener, natusq; Melanthonis unia,
Turbaq; si qua ipsi sanguine iuncta fuit:
Vestibus insequitur talaribus, oreq; tecto,
Istaq; priuati signa doloris habet.
Inde Scholæ præter Dominos, urbisq; Senatum,
Eximiae proceres nobilitatis eunt.
His comes est arcis præses Steinbergius, illis
Latus Camerariadum, Pieridumq; decus.
Huc à lugubri ueniens Ioachimus Elistro,
Ut Pyladi excoluat iusta suprema suo.
Extremum latis claudunt excursibus agmen,
Qui decus à studijs & graue nomen habent.
Post & Matrone pullis in uestibus omnes
Accedunt, tristes continuantq; uias.
Si tu uidisses hominum tot millia Roggi,
Huius qui pompam funeris inter erant.

Dixisse

Dixisses equidem. Quis te Viteberga putasset
Tam multos in te continuisse uiros?
Non tamen in tanto numero cœtuq; uel unus,
Qui non uel gemeret, uel lacrimaret, erat.
Vulgusq; proceresq; pari moerore gemebant,
Lugebat iuuenum turba chorusq; senum.
Cunctorum lacrimis undabant lumina, & ægri
Pectora cunctorum plena stuporis erant.
Non sua circuerant uernanti flore puellæ
Tempora, nec molli corpora mœsta suu.
Exuerant omnes preciosa monilia collo,
Et sociæ luctus & pietatis erant.
Hectora tutorem patrij lugubrious orbis,
Desiere Iliacæ non potuere nurus.
Funis ego nunquam uidi tam triste, sonabat
Plangor ubiq; grauis, magnus ubiq; dolor.
Mœstuq; totius facies erat urbis, habebat
Nec uir nec siccas ulla puella genas.
Æra sub attonitis clangebant turribus, hei hei,
Quod multis lacrimas elicuisse scio.
Tu quoq; iam' ne tuas sentis Eberarde per aures
Ilorum mœstis ictibus ire sonos?
Corq; mouere pium, lacrimasq; ciere fluentes?
Non equidem in docto pectore saxa geris.
Mens tua Pierias est emollita per artes,
Et faciles motus ex pietate capit.
Ergo recordaris quoties in corde Philippi,
Excudit ex oculis humida gutta tuis.

Hec tibi nobiscum ueniunt communia, quorum
Corda Melanthonij nominis aura quatit.
Quis benefactorum posset meminisse Philippi,
Et uacuas lacrimis continuuisse genas?
Hunc equidem Musis rear omnibus esse perosum,
Hunc non Germani sanguinis esse putem.
Arbitrer hunc Scythiae rigidis in cautibus ortum,
Lacteque nutritum Tygris acerba tuo.
At tu, cum reliquis, nobiscum, flensque dolensque,
Nil doleas unquam, nil Eberarde fleas?
Agnina sic igitur per moestae uiasque per arctas
Deductum, sacra funus in aede manet.
Dum pius interpres Paulinæ uocis Eberus,
Implesset grauibus tristia templa sonis.
Tunc iterum luctu simili, uelut ante, receptum,
Elatumque pari funus honore fuit.
Hic dum per mediumque forum, plateaque sinistram,
Ad celsum moestæ tendimus arcis opus:
Hi fundunt lacrimas, illi suspiria ducunt,
Signaque dat luctus quilibet ampla sui.
Colloquijs alij pugnant lenire dolorem,
Perque pias referunt talia uerba uices.
Hec per Teutoniam cum sparget fama, Philippi
Stamina fatales dissecurisse Deas.
Grata malis equidem mundique Papaque ministris,
Et quorum uiuens spicula sensit, erit.
Sed lacrimas oculis, membrisque exangue bonorum
Frigus, atrox uulnus pectoribusque seret.

Omnies

Omnis nobiscum lamentabuntur honesti,
Et tanto facient ultima iusta uiro.
Principè digni Musis & Apolline uates,
Dux quibus ad flumen Phocidos ille fuit.
Huius erunt luctus socij, facientq; doloris
Æterna existant ut monumenta sui.
Carmina languentem condent imitantia Cygnini,
Aut Philomela novo qualia Vore canit.
Gloria Pieridum lugubria plectra Sabinus,
Ad Viadri resonas solicitabit aquas.
Stigelius celebri recitans sua carmina Sale,
Implebit querulis littora mœsta sonis.
Lotichius dulci fundet suspiria uersus,
Et trahet ad lacrimas te Nicer ude suas.
Balthica Varnouius tacitis uada lapsibus intrans,
Mœstus erit luctu docte Bocere tuo.
Schosserus tristes ad Suoui flumina questus
Edet, in Arctois Chesseliusq; plagis.
Et lacrimas Videbrande tuas Bacenis habebit,
Et referent planctus consona saxa tuos.
Quosq; fidelis alit paßim Germania uates
Signa sui luctus, sint ubicunq; dabunt.
Aenijq; sacrum plorabunt fontis Olorem,
Atq; poëtarum iam cecidisse patrem.
Nec, quem nostra uehit claro schola nomine, Major
Spectator tacitus funeris huius erit.
Carmen in exequias & laudes grande Philippi,
Illiis arguto pectine Musa canet.

Imo Teutonicas Academia si qua per ora,
Digno Pierum nomen honore colit.
Iacturam flebit querulis hanc uocibus, exors
Nec luctus, quo nos iam saturamur, erit.
Lipsia tristis erit, lacrimisq; Tubinga madescet,
Et quæ de castro nomina Martis habet.
Et cui nomen Avis quadrupes, & sylua reliquit,
Quamq; suis circum Bregela fundit aquis.
Fallimur? inuitis an erunt quoq; mœsta Sophistis,
Cetera in imperio Teuto Lycae tuo?
Que uel Rhenus adit, uel Hiera, uel inclitus Ister,
Vel quoq; tu claris lubrice Scaldis aquiss
Praga suos equidem testabitur ampla dolores,
Mœstaq; Collini Musa gementis erit.
Te quoq; lugentum memorabilis Hassnia cernet,
Bordinge, o medici gloria summa chori.
Hos illi, pluresq; alios dum uoce recensent,
Atonitos super hac quos fore clade putant.
Venimus ad templū, quod amoenam surgit ad arcem
Factus ubi tumulus, fornicis instar, erat.
Laetus ad introitum templiq; choriq; patentem,
Dexter ut est tumulus diue Luthere tuus.
Inclitus hic medicæ Doctor Vinshemius artis,
Funeris in laudes uerba diserta facit.
Verba diserta quidem, sed hiantibus intercepta
Planctibus, & lacrimis sepè rigata pijs.
Inde datur tristi, quod erat mortale, sepulcro,
Et paruo tegeris magne Philippe loco.

Hei

Hei quales dotes, hei quot simul accipit artes,
Hei quantum claudit tam breuis urna bonis?
Ilic ergo bonis animi, & uirtute Melanthon,
Et summus meritum & pietate iacet.
Illi expectans aduentum iudicis, omnes
Qui secum coeli ducet in astra bonos.
Tunc graue conclusa marmor remouebit ab urndo
E grauidaq; hilari fronte, resurget humo.
In superamq; bonos una comitabitur arcem,
Atq; animis capiet præmia digna suis.
Fulgebit tanquam iubar inuiolabile Solis,
Æternoq; Dei lumine plenus erit.
Circum sic fundetur ibi lux clarior illis,
Iusticia multos qui docuere uiam.
Nunc igitur benè corpus habens, exorsq; dolorum,
Illi in terra cum requiete iacet.
Gaudiaq; angelicae mens hospes & incola sedis,
Iam non terrenis indiga rebus, habet.
Tamq; sibi præstans famæ decus ipse parauit,
Ingenij neruis & bonitate sui.
Illud ut haud ulte poterint obducere sordes,
Dum pater Aonij Phœbus honoris erit.
Illud in hoc nullis delebitur orbe diebus,
Ingenijs etas non nocet ulla bonis.
Quid membris igitur planctu turbare quietem,
Quid tristes, animæ gaudia, flere iuuat?
Si gemitu, si lamentis reuocabilis esset,
Huc ex Elysijs iam rediijset agris.

Sic est indulsum per totam questibus urbem,
Tamq; incredibilis moeror ubiq; fuit.
Ipse simul magnos lacrimarum fudit aceruos,
Respersitq; omnem fletibus Albis humum.
Quin tam sustinuit duros urbs ægra dolores,
Tota sit ut luctu squalida facta suo.
Ut si tu forsan nunc huc Eberarde redires,
Non decus, efferres, urbs habet ista suum.
Quid tamen his lacrimis, hoc quid moerore peractum
Flectit inhumanas, nulla querela Deas. Cest:
Ploratus igitur suspendere, ponere curas,
Et lamenta, pius si pateretur amor:
Certa forent equidem moestæ solatia menti,
Illum quod iunctum nouimus esse Deo.
Divinisq; frui coram rebusq; bonisq;,
Per solam tenuit que prius ipse fidem.
Hac etenim quisquis terram pietate relinquit,
Qua moriens animam reddidit ille Deo.
Tamq; fide constans, & tam spe fortis, ut ille,
Quisquis obit, recto scandit in astra gradu.
Hac nos solari possent, haec sistere fletus,
Fortior affectus ni ratione foret.
Sed scimus quantumq; boni, quantumq; decoris,
Haec tenus in nostros fuderit ille sinus.
His cum nunc casu spoliati simus in isto,
Tantarum damnis iure mouemur opum.
Quod si conarer, quas hic sepeliumus unâ,
Virtutum plenis comminisse modis.

Z

Hoc

Hoc perisse quidem nemo non cerneret orbi,
Secula quod possint reddere nulla, decus.
Sed mihi si flueret Nasonis uena, facultas
Complectendi omnes non mihi promta foret.
Quin prius Autumni numeris ego poma referrem,
Quotq; senex humeris sidera fulcit Atlas.
Et quot Veris opes populantur Apesq; Feræq;
Et quot in Occani flumina aguntur aquæ.
Hic ego quam dictis uirtutes consequar ampliæ.
Mens quibus ipsius culta grauisq; fuit.
Cum quoq; tu coram toties confixeris illas,
Artibus instrueret pectus ut ipse tuum.
Tuq; ipsi fermè tria lustra domesticus essem,
Has tibi cur multis enumerare uelim?
Scis quales fuerint, mixta grauitate suaves,
Quodq; mea indigeant uoce lyraq; nihil.
Haec ego lugubri cecini tibi carmine Roggi,
Singuli uoces impediente meas.
Ut luctus mediocre tui leuamen haberet,
Quem tibi nobiscum publica causa tullit.
Tu quia non cuculos inter repereris iniquos,
Sed plenum gratae cor pietatis habes.
His equidem moestas præbebis questibus aures,
Et fundet gemitus cor tibi triste graues.
Non tamen hoc tibi munus erit non suave, Philippi
Nomine, si minus est nomine suave meo.
Nunc Eberarde vale: mecumq; Melanthonis umbra
Supremum grata dic pictate Vale.

EPI

EPITAPHIVM.

Hvic viteberga gemens dedit ossa Melanthonis

In patris exequias officiosa sui. Urna,

Qui Brettæ claris uirtute parentibus ortus,

In Palatini quæ ditione iacet.

Huc in Saxoniam felici sidere uenit,

Accitus precibus Dux Friderice tuis.

Tunc ut sincera de relligione Lutherus,

Teutonas inciperet ritè monere suos.

Cumq; bonis animi, cum rerum maximus usū,

Cumq; potens cunctis artibus ille foret:

Quas homini inscitiam contra, moresq; ferinos,

Monstrauit summi cura fauorq; Dei.

Non modò solerti triplices indagine linguas

Excusavit, luci restituitq; suæ.

Nec modò perspicuis pulcras rationibus artes

Tradidit, insomni distribuitq; fide,

Sed quoq; concordi iuuit pietate Lutherum,

Vt bene susceptum perficeretur opus.

Vt sacra relligio, sinceraq; gloria Christi,

Staret ab informi libera tota situ.

Quem dominatricis uecors audacia Rome

Turpiter in sacras accumularat opes.

Hunc uariè contra pugnauit & acriter hostem,

Cum sectis alacres conseruitq; manus.

Hoc dum uoce docet, dum scripta fideliter edit,

Dum firmat ducibus templa scholasq; suis.

Hoc in colloquijs, hoc in conuentibus egit,
Ipsius hoc studium, summaq; cura fuit.
Sic Christum docuit multas agnoscere gentes,
Sic Claria innueneros imbuit arte uiros.
Dum uelut ex gaza preciosis diuite rebus,
Ex pleno Aonias pectore fudit opes.
Insuper exemplo senibus, teneræq; iuuentæ,
Et uitæ & morum dexteritate fuit.
Nil nisi suavis erat bonitas, & candor apertus,
Nullus in ipsius pectore liuor erat.
Quin commune bonum, promptusq; minister egentum,
Omnibus optati quin uice patris erat.
His tamen ipse bonis, lustra in commune laborans
Penè nouem, raro præmia digna tulit.
Imo à discipulis, cuculos imitantibus, atrox
Vulnus in innocuo nomine passus obit.
Secli fama sui, uirtutum splendor, & amplius
Sanguinis Aonij Teutoniciq; decus.
Ut tres bis senis cum lustris uixerat annos,
Totq; dies, Maius quot geminatus habet.
Sic igitur uir tantus obit, sanctasq; frequentat,
Ad uitæ metas illius usq; preces.
Amplectente fide meritum uenerabile Christi,
Speq; bona, & uiui plenus amore Dei.
A quo nunc superam cœli repetitus in arcem
Spiritus, æterni munus honoris habet.
Nomen at effugiens Lethen, & funeris exors,
In terris celebri laude superstes erit.

Donec

Donec erunt pietas, & honestae gloria uite,
Donec in Arctoas defluet Albis aquas.
Atq[ue] hac in tumba placide sacra membra quiescent,
Dum ueniat cunctis gentibus illa dies.
Quae manes tumulis educet hiantibus omnes,
Ut decus ex meritis opprobrium ueferant.

IN IMAGINEM EIVSDEM.

Si tibi non licuit coram spectare Philippum,
Et qua fluxerunt dulcibus ora fauis.
Præsentisq[ue] Dei templum, uenerabile pectus,
Ingenuiq[ue] oculis splendida signa uiri.
Idq[ue] caput, quod uirtutum thesaurus abundans,
Et doctrinarum fertilis arca fuit.
Hoc Pectoris opus circumspice, namq[ue] Philippi
Non procul à uiuis uultibus illud abest.
Proxime ad externos habitus accedit, ocellos
Et frontem, & nares, osq[ue] genasq[ue] refert.
Sed quod mentis opes, aut repræsentet acumen,
Nullus Apelleo stamine ducet opus.
Scilicet ingenij specimen mirabile, & alti
Pectoris, in scriptis edidit ipse suis.
Solus enim potuit proprias depingere dotes,
Has igitur notas quisquis habere cupis:
Perlege concinno quos condidit ordine libros,
Autoris referunt hi simulacra sui.

Ex his non tantum quæ sit doctrina philippi,
Et mens de sancta religione patet.
Sed quoq; qui fuerint mores illius, & acta,
Et quæ dexteritas, totaq; uita liquet.

PHILETAS ECL^O
G A, DEMORTE D. PHIL
LIPPI MELANTHONIS, SCRIPTA
a FRANCISCO RAPHAELE Her-
stensis Poëta L. ad Senatum
Islebiensem.

QVÀ sese leuat altius sub Arcton
Europæ latus, & comas Ibero
Phœbus præcipitat mari nitentes.
Quà largas madidus dat Auster undas,
Et primo fugit Eurus huc ab ortu:
Bonī omnes lacrimis subinde fusis
Cum moerore Melanthonem requirunt,
Quo Diū nū melius dedere terris:
Nil seculis melius dabunt futuris,
Auri prisca licet recurrat ætas,
Quæ sub falcigero suisse fertur.
Hei quantum moriente cum Philippo
Angusto tumulo boni sepultum est.
Ergo dum lacrimis inundat orbis,

Si solus sine uiscerum dolore,
Hæc genis ualeam uidere siccis,
Si durus scopulo magis marino,
Et lac Tygridis ebibisse dicar.

Nunc tectas mea Leucoris figuris,
Quas dat pectinc rusticō querelas
Prudentissime sub tuum Senatus
Mitto præsidium. Scio Philippi
Ademti quoq; te dolere casus.
Hospes læpè tuas subibat ædes,
O Mosaure sagax repertor æqui,
O Consul, patriæ corona nostræ.

Hic & Christophori tui sepulchrum
Ornamus, spacio breui sequentis
Manes doctiloqui pios Philippi.
Vidi Christophorus gemente uultu,
Cum flatus animæ daret calentes,
Fundens aſſiduas preces. At ipſe
Frigentes oculos manu premebam.
O quicunq; animam Deo tenellam
Commendat moriens, beatus ille est.

Hæc uero uolui, parres sacrati
Nixus iudicio, probare uulgo.
Nostræ estote boni precor Camœne:
Orantem facile est amare Musam.

ECLOGA DE MORTE
PHILETÆ.

LEVCORIS. PHILYRA.

L Eucoris extinctum flebat formosa PHILETA,
Ad ripas pater Albi tuas, ubi flumine curuo
Labitur, undenis collectus fontibus Albis.
Per ualles, per prata sonans, quæ flumine radit,
Et uagus obliquo sese arcuat ipse meatu.
Hanc Philyra audierat soror, ut uicina tenebat
Pascua, flebilibus numeris insueta gementem,
Laxaque molliculis tudentem pectora palmis.
Cùm subito moestam sic est affata sororem:
Phil: Cara soror, quæ causa graues iterare querelas
Cogit, & ingenium tristi consumere luctu?
Ecqua gregi iactura tui, noua uulnera cordi
Infligit? raptorue lupus tentauit ouile?
Ab nimium rabies hac tempestate luporum
Grassatur, quos dira fames uacua atria campi
Luce iubet media lustrare & ouilia clausa.
Non illos acres catuli, nec odora canum uis,
Non illos uigilans pastorum cura coercet.
Leu: Hæc iactura leuis, longè grauiora dolentem
Damna premunt, ægre que obducunt nubila menti:
Carior his oculis, uita mihi carior ipsa,
Occidit extinctus miseranda morte PHILETB.
Quem scopuli lugent circum latrantibus undis,

Et lacrimas fundunt rupes sudore coactas
Aspicis ut remeans sinuosis arcibus Albis
Ad fontes primos redeat, seseq; resorbens
Testetur tumulum non posse uidere PHILEtæ.
Quin etiam natura uices iterare priores
Definit, in lacrimas dum penè effusa liquescit.
Phil: Nuper ego tantos, potuissem euoluere casus
Præscia uenturi, si mens non leua fuisset.
Tractabant lanas, reuolutaq; pensa puellæ
Ardentem ad testam, cùm nullos flamma liquores;
Lamberet, atq; unclo more retur languida pingui,
Ter crepitabat agens sumum, ter lumine cassa
Defecit, lucisq; usuram extincta negabat,
Dumque paro multoram pressis implere papillis
Lac stillare negat, concretaq; stiria pendet.
Turgida sic frustra pressauimus ubera palmis.
Hinc præsaga mali monuit mens plurima, uerum
Omnia uatidicæ despexi tristia mentis.
Leu: Flebant pastores, flebat formosus Amyntas,
Heroum genus, heroo quem pectore uirtus
Inconcussa manens, heroas edocet artes.
Nuper ut intrarat scopulis pendentibus antrum,
Crudeles Parcas, crudelia fata uocabat,
Que nostra egregijs uiduassent secla magistris,
Quorum claruerant in sylvis nomina nostris.
Ultima præcipue plorabat fata PHILEtæ,
Lumine quem cassum nigro extendere pheretro
Et iussere mori; Hic animi dolor anxius illum

Exagitabat, & regrescens noua cura prembat.
Acrius urit enim dolor, & magis astuat intus
Quò magis ad uiuum penetrat, penitusq; medullis
Inscedit uulnus, causisq; recentibus ortum est
Phil: Iusta dedit, meritoq; uirum plorauit Amyntas
Delicias nemorum, decus indelebile ruris.
Notus enim erga illum generosi pectoris ardor,
Nec celebranda satis capit is reuerentia cari,
Sed si mente tenes memori, quod lusit Amyntas
Cara refer carmen, nec enim triuisse labellum
Poenitet hunc calamo, numeros cum uocibus aptat.
Leu: Et memini, & carmen nō est ignobile, uerā
Audiat ista, mihi quæ dulcia pignora seruat
Cara domus, iucunda domus, qua uiuere semper
Me iuuat, & uotis traducere mollibus æuum.
Hanc subeamus: adest pecori fidissima turba
Seruorum, quos tam reddit custodia claros,
Quām suaves numeri, quorum illis maxima cura.
Est mihi, quem surgens annis maturior etas
Augustum facit, & multo commendat honore.
Hunc non ulla latent nemorum secreta recessit,
Ingenio prudens uestigat cuncta sagaci,
Vnguis aut herbas uellit, gregibusq; ministrat.
Demetit interdum flores, succosq; premendo
Elicit, & donec digitis instantibus humor
Obuiat, incubens nihil ulla parte remittit.
Hos teneris succos instillat sedulus agnis,
Æternum qui grata uengent dulcedine fauces.

Est etiam alter agens in pascua prata iuuencos,
Cui natura iocos dictat, grauitate trahentes
Ignauos animos. Quoties hoc tempore moestas
Exhilarauit oues, & grama carpere suafit,
Nec postrema feret, cum quo propiora PHILEtas
Vincula iungebat prudens, gnatæq; maritum
Iusserat esse bone pater optimus. Hos mihi saluos
Numina si prestent, neq; grex, neq; pascua decurrunt.
Phil: En tua regna subis, ludunt tua pignora ludunt
Incipe si quid habes: aliqua est audire uoluptas,
Quæ tantus cecinit pastor de laude PHILEta,
Quem sua commendat generoso in pectore uirtus,
Nec satis ulla potest dignas euoluere laudes
Lingua, nec ad numeros mens amula sufficit aptos.
Leu: Vos coryli testes, tuq; annosissima querqus
Quæ uicina larem grata complectetis umbra,
Sic complesse illum moestis nemora alta querelis:
Inuidafatorum series, triplesq; sorores,
Largius indulgent sceleratis gentibus æuum,
Et Stygiam serò cogunt tentare paludem.
At nimium properant abrumpere fila bonorum,
Fatalisq; urnæ sortem expectare malignam
Imperio cogunt: nec longè exempla perantur:
Pastor Aristæus, magnam cui mentem animumq;
Ipse inspirarat coeli Pater, atq; futura
Scire dedit, sylue Bacenidos accola clarus.
Venerat hos montes, & pascua leta pererrans
Hic gelidi fontes, inquit, per grama kipu

Effugiunt

Effugiunt tacito, lymphisq; rigantibus errant.
Admittit riuos uallis syluosa, lociç;
Inuitat genius pecudes, pecudumq; magistros.
Hic casa parua mihi uiuo de cespite surgat.
Dixerat: & gressum per pascua prata ferebat.
Pastorum se turba frequens comitem addit eunti,
Atq; uirum cupidis gradientem passibus æquali,
Dum fontes cœno turbatos, flumine puro
Eluit, atq; nouos pratis inducit honores,
Atq; alia ratione greges in pascua duci
Posse monet, quām pastorum turba ante solebat.
Dicitur usq; adeo diuos habuisse fauentes,
Et numen uotis cœleste uocasse secundis,
Ut quoties pluuias peteret, solesq; serenos
Nulla mora obstaret, quim cœlum protinus omne
Stillaret lacrimis, aut lato albesceret orbe.
Sæpè aliquis Pastor clausurus lumina morte
Exanimis iacuit, uix ægro pectore anhelans
Quando superueniens, mortalia iura nouabat,
Pastor Aristæus, raptumq; è fauibus orci
Restituit luci, & consueta reduxit ad arua.
Sed nihil humanum stabile est. Mors hunc quoq; cœ
Inuoluit tenebris, & funere mersit acerbo.
Flebant pastores, memini namq; omnia, flebat
Grandæus, senio uenerandus & arte, Pelargus
Et linguaq; ualens, linguamq; iuuante Mineru,
Quem Philyra ediderat partu, tristissimus Acton
Et Chaldea sonans Alcon, dum lumina fletu
suffundit

Suffundit largo, cineri postrema ferebat.
Donec quenque suum rapuit per funera fatum.
Nil nisi fletus erat syluis, spes una PHILetas
Solamenq; mali restabat flueibus istis.
Primus Aristaeo socium se iuxerat ille,
Quem circa fando pugnas insignis obibat,
Certa regens animo uestigia, tunc quoq; magnam
Partem operæ in tanto tanti pastoris habebat.
Rectius haud aliquis cera coniungere canas
Nouerat, & suaves iactare ad sidera uoces.
Immemor herbarum sèpè est decepta iuuenga,
Dum stetit harmonicis intendens uocibus aures.
Videsse Satyros, lasciuaq; numina Faunos
Alternis pulsare solum, sua robora quercus
Motare, & strepitu gratos renouare susurros.
At nero excusso non misit inutile telum
Cum lupus arcendus, cum noxia turba ferarum
Impeterent agnos, patria quos mente fouebat,
Nec producebat, quando uelamine cœlum
Obduclum, densas geminabat nubibus umbras,
Aut tenues nebule magnum per inane uolantes
Mole sua terras, atq; infera regna petebant,
Noxia quæ pecori mortem accelerare sciebat.
At uero quoniam retro spectare solebat
In longum, atq; animo uentura euoluere secula,
Ex omni numero de legit prouidus olim
Prestantes forma pueros, cantare peritos,
His calamos dederat, gnarusq; foraminis arctos

Et pre-

Et premere & laxare simus, monstrauerat dutor
Hinc resonant triuiae cantu : & si quem modo sanum
Non dementauit stolidæ præsumtio mentis
Non poterit toti mundo hec manifesta negare.
At nunc ille iacet misitus pallentibus umbris,
Arboris umbroso pendent pastoria ramo,
Aut disiecta iacent saxosis montibus arma.
Vallibus interea curuis grex tristis oberrat
Amisso pastore suo, nec graminis herbam
Nec fontes libat puros. Tristissima rerum
Offert se facies, & nox tenebrosa recurrit.
Sic fatur lacrimans, & que tunc fistula forte
Gramineo uestita thoro, sine uoce iacebat,
Tollit, & ô inquit, te Leucoris illa secundam
Nunc habet, hac pecoris demulce suauiter aures,
Pascere gregem tenerum, nec fontes fordibus ullis
Contemerare sinas, aut coeno aspergere turpi.
Pascua curato, ne pratis frigidus anguis
Exoneret uirus, tenerasq; effundat in herbas.
Est Deus in celo, qui præmia digna labori
Compensat, trutinans æquato pondere lacent.
Dixerat: atq; abiens flentem flens ipse reliquit.
Quid mihi nunc aliud restat? quæm fundere flex
Et querulos gemitus animo indignante nouare: Cibus
Qualiter extincta uiduatus compare Turtur
Flet noctem, & steriles producit lucubus annos.
Aut qualis Philomela gemens circumvolat arua,
Si quando ascensi superans pastoria proles

Ramosam

Ramosam quercum, frondosas deiscit arees,
Atq; ferens pullos præda letatur inani:
Ma per aërios tractus sublimis ad astra
Tendit, & afflictum caput inter nubila condit,
Mox delapsa solo uicinas libat arenas,
Et gyros facit innumeros, & flebile cantat:
Sic dolor in medijs rapido furit igne medullis,
Et coquit excrucians exhaustam mole laborum.
Viq; ferunt Nioben saxi traxisse figuram,
Sic sensus exuta omnes mea membra stupescunt.
Dicite Leucoreæ lugubria, dicite Musæ.
Vester enim cecidit miseranda morte PHILEtas.
Vos coryli, ueteresq; immoto robore quercus
Corticibus duris aliquos excludit succos,
Et sudore nemus, teneraq; aspergine sylvas
Eluite, & tu uatidico Parnasia Laurus
Grata Deo, lacrimis iustum testare dolorem.
Phil: Fallor: an excusse stillant de cortice guttæ
Naturam contra, & primo marcescere uere
Incipiunt folia, insanis ludibria uentis,
Appicis, ut temere sine succis arida ludant,
Impulsuq; leui magnum per imane ferantur.
Leu: Ponite purpureū uiola decus, atq; decentem
Indute pallam, uestrum plorate PHILEtam
Tuq; Hyacinthe sona repetitis fletibus hei hei.
Ducte Helicon, Musas qui sera nocte receptas,
Et Charites manibus nexas ac fronde recinctas,
In tristes luctus deuoluere, namq; PHILEtas

Intercessio

Interceptus abest, medius qui s^æp^e sorores
Incendens inter numeros aptare solebat,
Atq; lyre gnarus tangebat plectra sonoræ.
Dicte Leucore^e lugubria, dicte Muse.
Nec tu di^ssimula lacrimas uicinior Albis,
Sed fluctus extende tuos, crescentibus undis
Decrescant ripæ, atq; unda superante dehiscant.
Flere decet: dum flere licet: iacet ecce recenti
Ad ripam tumulo, quem præter laberis undis,
Ille tuus, tuus ille, bonas pastoribus olim
Qui dabant in carmen uires & robora menti.
Phil: si uacat, & nondū poscunt multralia uacc.
Quando ita suave canis, te plura audire iuuabit,
Plura refer, donec uester succedat olympos.
Leu: Tempus erat, cūm per ualles & prata iuuēt,
Et teneræ errarent pecudes sine legibus ullis,
Nec satis, ignari pastores pascua norant.
S^æp^e uenenatam cūm taurus raderet herbam
Atq; auditus uentri ingereret, miserabile uisu,
Labitur, & sylvas longis mugitibus implet,
Et terram pede crebra ferit, fit laxior aliis,
Et tumuit crescens immani pondere uenter:
Haud aliter, quām si diductis follibus oris
Accipiat uestica auras, sinibusq; repletis,
Cum gemitu crepet & uentos admittere nolit.
S^æp^e etiam nemorum secretis corniger hœdus
Ægra trahens animæ spiracula, morte iacebat
Vicina languens, quoniam uis ignea uenias

Hausserius

Hausserat, atq; siti ardentes contraxerat artus
Tunc densis metuendus erat sub frondibus hydrus,
Venit Aristaeus, qui, quod natura sagacem
Fecerat, & multum dabat experientia doctrix,
Frigidus, exclamat, uicinis frondibus anguis
Insidias tendit, fugite ô, campisq; relicis
Tuta magis pecori, uobisq; requirite tempe:
Ipse adolet, quoniam tales seruabat ad usus,
Galbanos succos, & odoro cortice cedrum.
Venerat interea, quem Nicri pulcra fluenta
Ediderant antris, Musarum dulcis alumnus,
Cui caput imbuerant Parnassidos Hippocrenes
Flumine sacrato, puerοq; dedere tenello
Vatidicam mentem, dum cunis flebilis hæret.
Is statione sua, ceu murus aheneus, acri
Iunctus Aristæo stabat, nec uertere terga
Visus, in aduersos irruptit fortiter hostes.
Sepe ubi conuentus illis egere diebus
Pastores, seu predatrix arcenda luporum,
Turba foret, scabies nre ouium medicamina certa
Posceret, unus erat qui uertere terga luporum,
Unus erat turpem qui posset sistere psoram
Vnguine uel pinguis cera, uel sulphure mixto
Helleboro tristi, massęq; bituminis atræ.
At uero, si quos calamo stridente uidebat
Pastores triujs miserum disperdere carmen,
Non poterat risum cohibere, & suauibus auris
Inflabat calamos, & campis uictor abibat.

O quoties Bauium, medio cum ueritice coeli
Pronior occidua Phœbus properaret ad undas,
Vidimus argutas buccis inflare cicutas
Turpibus, & socios alto contemnere fastu,
Dum caneret uanos obſceno numine diuos.
Quem ſimul ac uidit, meditatus uera PHILETAS,
Cantando uictum media damauit arena.
Hec documenta dedit primæ uirtutis, & inde
In patrios remeans montes, tulit arma ministris
Artifici fabricata manu, quorum indiget uſus
Cum lupus auertit teneros hostiliter agnos.
Sepè in ſe rediens fulcis minor ire profundis
Crudelemq; ſolet lupus exercere rapinam,
Cum trepidum prendit ſceleratis fauibus agnum
A tergo ſua flabra mouens, quibus improbus urget
Posteriora, illum donec ſine uoce ſequentem
Auia per ſylviasq; trahens, ſe accingere prede
Poſſit, & in coenam lautas depromere carnes,
Non tulit, & quoties hac uidit fraude PHILETAS
Auerti predam, raptorem protinus ipsum,
Cum clamore premens dimittere raptæ cogit,
Atq; ſolo lapsam pecudem per brachia librans
Reſtituit numero, curasq; huic ſedulus uni
Addixit, pedibus donec ſe ſiſteret ipsam.
Tum putoſ tripli iſodit ſcaturigine ternos
Demittens altè, quibus omni fistula parte
Eiaculatur aquas, paſſim arida prata rigantes.
Has, quicunq; potens arcana, euoluere dicta,

Et ritmos uulgare uolet, quibus abdita longe
sensa profunda latent, undas haurire necesse est.
Nominibus dixere suis. Prior omine fausto
Callirhoë pulcris nomen sortitur ab undis,
Huic quisquis recte sitibundo labra palato
Applicat, & plenis accommodat haustibus ora,
Fit subito fandi doctissimus, Orpheus cantu
Qui superare queat, doctum' ue Amphiona plectro.
Est etiam Ethopius, qui mores format honestos
Et nymphis caros reddit, magnumq; fauorem
Conciliat Regum, populiq; ignobilis auram.
Tertius Vraniae sacer est, qui coerulea mundi
Tecta iubet petere, atq; animis instillat amorem
Aethereae scdis, gemmataq; sidera monstrat.
Hec etiam, quibus hausta manu rigat unda palatum,
Rura placent, rapidi q; imis in uallibus amnes,
His uarij flores, his herbida prata leguntur
Gemmarumq; latens uirtus, quas India mittit
Prodiga, uulgatur populo retegentibus illis.
O fluite, & nullis foecunda auertite seclis
Ora, sed aeternum sacras euolute lymphas
Perpetui fontes, & laude extollite uestrum
Fosforem, uenas qui uobis arte reclusit
Haud fandi ignarus. Prudenti pectore sermo
Conceptus, lingue plectro formante fluebat:
Qualiter enumerat pulcra scaturigine lymphas
Fons sacer Aonij radicibus, unde lauantes
Aurculos Charites digitos, plus numinis addunt

Et decus aspirant fonti atq; bibentibus inde.

Vidi pastores, peregrinis montibus ortos,
Multa quidem rudibus non intellecta referre:
Pastorum proles, rerum studiosa nouarum,
Attonita hos stabat circum, densaq; corona
In medio septos retinebat, nescia linguae:
Protinus ut uenit reliquorum uoce PHILEtas
Accitus, potuit conferre & reddere uoces,
Et meliora domum eductos cum laude reuisit.
Dicite Leucore & lugubria dicite Muse.

At uero quoniam, late dominantibus undis,
Littora spernebant amnes, limumq; trahebant
Aggeribus ruptis, ut nullo pascua cultu
Sufficerent pecori. Tu metas care PHILEtas
Obiectu laterum posuisti & molibus altis,
Effrenesq; amnes intra consueta redire
Littora iussisti, atq; angusto limite ferri,
Arctati donec se multa per ostia rursus
In maris effundunt gremium lymphasq; ministrant
Ne'ue per ambages cœcas, fraudesq; uiarum
Incauti errarent agni, spinisq; retente
Tenuia ne quicquam spectarent uellera lance,
Primus iter certum repetisti, & tramite longo
Emensus sylvas superasti cuncta labore
Vix tanto sudore labor perrumperet Isthmum,
Hinc atq; inde maris gemini qui tunditur aestu,
Ægeum Ionio prohibens miscerier aluo.
Vix & molis erat tante coniungere Rhenum

Danubio

Danubio, quos aggeribus secat interiectis
Immenso moles spacio. Sed et illa labori
Accessere graui, quod sedes eruit unus
Pastorum antiquas, et sordibus obruta foedis
Euoluit gnarus secli monumenta prioris.
Nunc Domini casus opera interrupta queruntur:
Dicite Leucoreæ lugubria dicite Muse.
Tum si per campos errabant absq; magistris
Deserte pecudes, consueta prouidus arte
Iusit adesse senes, longis quibus usus ab annis
Venerat, et numero de legit cautior omni
Qui dulces herbas, et idonea pabula nossent.
Vidi præmonitos cum in prata emittere uellet
Præfatus numen diuinum, uertice summo
Ponebat dextram felicem, et fausta precatus
Commendabat oves. Nec res est tota ministris
Gesta, suas noctu caulas inspecto obibat
Pastoris præsens oculus fœcundat ouile,
Pinguis et macros distendit pellibus agnos,
Atq; errabunda in sylvis armenta saginat.
Tum quoq; non aberat cum uix spirare ualeret
Invalidus uires ultra, et uix ore teneret
Luctantes anime flatus, tamen omnia dulci
Posthabuit cantu: Solito grex tristior ibat:
Sunt etiam pecori præsagia, funera sensit,
Funera sensit, et haud aliquas ore attigit herbas,
Sed patulas blandis acuebat uocibus aures
Nam tunc nescio quid promebat dulcius ore:

Qualis olor liquidas sinuoso gutture uoces
Fundit præformans uarijs anfractibus intus,
Liberiore uia, donec docto ore figuret,
Ad Phrygij uada Mæandri, quando ultima mœstum
Fata uocant, manesq; bonis cantoribus addunt.
Inde & adhuc resonant cygneis uocibus aures,
Tantisperq; caua resonabunt arce susurri,
Conuexo nemorum donec gelida umbra cubile
Præbebit Tauro, & fusum recreabit in herba:
Dum Cythiram carpent hœdi, pastorq; cicuta
Explorabit iners digitis noua sibila pressis:
Dicite Leucoreæ lugubria, dicate Musæ.
Sunt tamen inuenti (quod detestabitur ætas
Posterior, nostris quæ se uicinior infert
Gressibus, & plantis uestigia nostra reuelliit)
Qui cygni cantus damuent, pulcrosq; labores.
Hos sius oblectet cantus: Mibi numina sylvis
Mitia concedant numeros audire PHILEtæ.
Dicite Leucoreæ lugubria, dicate Musæ.

Forsan aues, Phlyra, extremas cognoscere currit
Atq; uiri placidos obitus: Quando anxia queris,
Diximus: eterna compostus pace quiescit.
Congrua sunt uitæ iustissima fata priori,
Et rerum testis mors est. Hac iudice uincit,
Si gesta innocui premeret nox atra PHILEtæ:
Nam placido saltu gyros superauit olympi
Felicesq; habitat campos, ubi perpetuum uer,
Et uiole florent, & suave rubens hyacinthus:

Nunc

Nunc ueros fontes introspicit, unde petebat
Exiguos uiuens riuos : Qualisq; uiator
Nocturnus gaudet Tithonis coniuge uisa:
Sic plausus dabat, ingenti complexus amore
Exiguam aurora lucem, quam spargere latè
Querebat, donec factus fuit incola lucis.
Omnibus huc cursus nobis, haec meta terenda est :
Quandoquidem humana qui conditione tenemur
Per uarios casus, per mille pericula carnis
Tendimus in cœlum, sedes ubi fata quietas
Ostendent, illic fas est pastoribus olim
Surgere regna bonis. Sic se iuuat esse beatum.
Vicite Leucoreæ lugubria, dicite Musæ.
Phil: Extremum officium pastoria turba PHILETÆ
Seluite, & ô sacrum lacrimis perfundite corpus
Et tunulo moesti uiteturum inscribite carmen:
Pastorum decus, & præclara corona PHLETAS.
Qui puleros sodi fontes, & fusa per agros
Flumina contraxi: Somnum ne rumpe, quiesco.

EPIGRAMMA.

Stamina cum uellet moriatur Parca Philippi
Rumpere, uix tremulo pollice traxit opus.
Viuere dignus eras, inquit, nisi fata vocarent,
Ni mundo inuident, viuere dignus eras.
Miles ut emeritus donaberis ergo quiete,
Huc ades, & coeli me duce regna petas.

Pro terra coelum, uitam pro morte pacisco
In nunc, & Parcas parcere posse nega.

ALIVD.

Quæris Philippum cur mori coegerint
Cadente Sole, fata doctis asperas.
Sol occidit studiorum, & omnis gloria
Turbae nouenæ concidit Melanthonis
Obitu: quod inter namq; prestat sidera
Sol aureus, studijs Melanthon prestitit
Inter docentes. Que profundior suis
Nox posset alis regna mundi cingere,
Quam Sol uterq; quando lumen condidit.

SOMNIVM CHRIST^O
PHORI MOSHAVERI ISLEBIENSIS,
quod habuit de D. Philippo 21. April-
is, qui ei, & natalis & mortis di-
es fuit. Anno 1560.

Tu quoq; defunctum sequeris Moshaure Philippum
Et pietas ipsa morte probata tua est.
Non potes auelli sublimis ad aethera tendis,
Et Preceptor quæris adesse comes.
O felix, quem præripiunt bona fata procellis,
Quæ nostro capiti sæua minatur hyems.

Astra

Astra minas accidunt, et cœli conscius aëris,
Et cumulat pœnas nostra libido suas:
Vidimus obscuro pendentes aëre uirgas,
Quæ patrias iras, signa paterna, notant.
Vidimus et gladios nigrum stillare cruentem,
Qui thalamis nostris publica damna trahent.
Tu quoq; care parens terris erepte Melanthon,
Das impendentis tristia signa mali.
Forsitan ardebit diro Germania bello,
Et quatiet sontes missa procella domos.
Hec ne Christophorus uideat, cœlestia templæ
Scandit, ubi succo nectaris ora rigat.
Nec fallunt illum sua somnia. Somnia lusus
Non semper uanos uana ciere solent.
Vix erat Preceptoris uoluisse Pheretrum
Hei mihi, mandandum cernere corpus hume.
Nec mentem satis expleri potuisse tuendo,
Usq; adeò uultu se stupuisse senis.
Cumq; diu attonitus suspiria multa dedisset,
Illa resurgentis uerba fuisse patris:
Nate sedeto haustu suavi recreabimur ambo,
Sicq; dedisse simul pocula plena mero.
Nec segnem sese totis haussisse medullis,
Quicquam adeò in uita suave fuisse negans.
Digressum uero, postrema hæc uerba dedisse:
Care pater felix hic tibi uester eat.
Scilicet uestus respondit. Vespera nostro
Postremum hæc illi tempus in orbe fuit.

Quando salutauit coelo hec per uerba Philippus:
Care pater felix hic tibi uester eat.
Interea dum tu cum Praeceptore moraris
Christophore, hec tumulo stent monumenta tuo.

EPITAPHIVM.

Christophori corpus capit hac sub mole quietem,
Consule Mosauro qui patre natus erat.
Iсидis urbe puer primis uagitus auras
Impulit, in patria sancte Luthere tua.
Eis duo lustra suæ compleuit munia uite,
Quam dedit una dies, abstulit una dies.
Abstulit una dies, sed Christus reddet eandem,
Qui didicit Christo uiuere, non moritur.

REVERENDO PA
TRI AC PRÆCEPTORI
D. PHILIPPO MELANTHONI, F. 10^o
hannes Gigas, Freistadij Silesiorum, die
10. Augusti, Anno. 1560.

O Rba parente tuo luge Germania luge,
Lugeat ab carum Musicus ordo caput.
Est lapis, & saeum longè Eusirida uincit.
Qui spectat siccis publica damna genis.
Occidit ab nimis hac citò tempestate Philippus
Totius Europe gloria perpetua.

Monstrans

Monstrauit nobis Christum cum patre Luthero,
Detexit fraudes Papa superbe tuas.
Artes & linguae, patrias reuocauit in oras,
Ac fuit ingenij portus & aura bonis.
Librica fallacis derisit gaudia mundi,
Quæ leue peruerso hoc tempore uulgus amat.
Non quæsivit opes, uanos contempsit honores.
Cum laude & fructu patiendo uictor abiuit,
Officium faciens in statione sua.
Ah ualeant rixa qui delectantur mani,
Deq[ue] capri lana qui noua bella mouent.
Non sua sed uere fleuit communia damna,
Et sicut cœtus uulnera Christe tui.
Hic quem non iuuit quem non solatus amicè est?
Est locuples testis quælibet ora mihi.
Viuere si quis erat sub aperti climate coeli
Dignus, certè hic hic uiuere dignus erat.
Sed Deus iratus scelerato hoc tempore mundo,
Tale caput terris noluit esse super.
Nam ridere Deum sapere est, petulantia virtus,
Exulat atq[ue] iacet cum probitate fides.
At postquam superas placide migrauit ad arces
Preceptor, nostri uera corona soli:
Tunc nobis curæ quæ scripta inuicta reliquit,
Scripta uoluntatem docta referre Dei.
Et preceptores reliquos reuerentes amemus,
Hos nobis serua Christe benigne diu.

O æterne

O eterne pater, discentes atq; docentes
Tu rege, tu uera pectora necte fide.
Nam pia ubi socias iungit concordia mentes,
Ilic castra locat Filius ipse Dei.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΤΟΥ

ΕΝ ΆΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΚΑΙ ΔΙΔΑΣ^Σ
κάλου ήμωμ^Φιλίππ^ς μελάγχθον^Θ, Θιλοσύ^Θ
φ^ς διδαχή^{τε} ιη^γ όρετη^ς διαφέροντ^Θ, Ο^τ
θεολόγ^γ οσιωτάτ^τ α^π ασθη^ς Θ^ε
λαλήθους Θ^ε Θιλοδιδασκά=
λ^α γρικθέμ^η Ή^τρ

I. ΚΑΣΗΛΙΣ.

Οίμοι δυσυχίης, οίμοι πλυπενθέ^Θ οὐλγυ^Θ
οίμοι, αιδόμλημοι πινυτώ^ς δυσδάμημονε^ς
ευσεβεέρι κλαιάστι, νακός δ^επιμυκτηρίζε^{τη} Ση^η
μανόριμος πιερώ^ς επιχαρεκάκοις πατη^{τη}
δεογιρ.

Ξι^α ξι λαμπρότατορι γράμανίδος εο^θεόδηκ φω^θ
Ξι^α ξι σαξονίδος μεγαλώνυμορ ανθος ολωλη^η
και τί λέγω πενθόντι λόγω^ς απόλωλε μελάγχ^η

χθωρ
φραδμοσωώμ^η, σοφίης, πεχνώμ^η, κλέος, έρη^Θ,

έρεσμα,
ηδαλμ^η ευσεβίης, όρετωρ πράδεγμα φανόν^η,
κένος ζηνήρ ήμηρ τησδ^η θ^η αιώνος έρυθεί^η.

Ἐκ μορθῶν ἀπέβη πολιῶ ἐπὶ γῆρασ φύσις,
ταῦτα λιπώμενα καθένατε γόσυθ ἄλιτρον μάλιστα
σιμ.

τὸς ἔλα, ἔμλωντεσ αἱ λατῆρι θεοῖσι
τετέλεσθαι τὸν θεούς εἰκόταν
τοι λαζαρᾶς ἐρέθινος ἀγαγόντι φῶσσε, οὐδὲ αὐτὸς
οὐδὲ προσάστεω ἐτέρος ἐπεδεύτερος φωτίς.

καὶ τὸν ιρείτην Λατῆρι Φίλιππος ἐπὶ χειρὶ^τ,
πτορέλα κρατοῦσθε φρόνιμος τυμείδης οὐδιωτεύει,
οὐ μάλα θαρσαλέως ἔργων σχοιτόμενος ποιεῖται.
σύντε διπλοῦ ἐρχομένω μέγας θεός ἐργοις αἴτησιν
παγκλυτόρι ἀστυ Θίλωρ σολυμῶν πάλιμφακο-

δόμησεμ,
καὶ οὐδὲ πέρσας μιαροὺς θεῖσιντων,
καὶ τοι ταῖς ωμαῖς θυσίαις τολμεντι καθαϊδῶ
τολμωμένης θυέτωρ πεπελαγμένος καὶ λύθροι,
ποιεῖται, οὐδὲ τοσοῦτεί καὶ λοιδία πνεῦσεμ
αὐτήρις ἀγελίκης ιδρού κίρυγμα τελέσας.

καὶ πρόστηρ τοῦ ζεφάνη, μηρὶς οὐδὲ Καὶ μοῖρα κιχανεμ
τικλόθεορ σοφίης ὑπάτης πόνορις μοιχεύποντα.
τοις πρτε δισείτας ίλεοντα ποτὸς ἄντρα μολόντος

τοι πυρόντι δίφρῳ θυντοῖς Ελιζίος ἐλείφθη,
τέρποτα διεσθίατα διεσθίατα ποτὸς ἄντρα μολόντος

τοι πυρόντι δίφρῳ θυντοῖς Ελιζίος ἐλείφθη,
τέρποτα διεσθίατα διεσθίατα ποτὸς ἄντρα μολόντος
τοι πυρόντι δίφρῳ θυντοῖς Ελιζίος ἐλείφθη,
τέρποτα διεσθίατα διεσθίατα ποτὸς ἄντρα μολόντος

τοι πυρόντι δίφρῳ θυντοῖς Ελιζίος ἐλείφθη,
τέρποτα διεσθίατα διεσθίατα ποτὸς ἄντρα μολόντος

μόχθοιστ' ἀργαλέοισι, πελυτλίτοιστε μέρισ
σαις,

ώλετο. Νῦν δ' ἄρρεντον ἔχη Εικλησίη ἀλγθ
ἀναλέν χάριερ κόνει ἀρχύτοσα πρόσωπον.
ὅτι πάλαι τλίμωρ τοιούτα δυδρός ἀμέρικη
ἔντε τούτας καταίστηρ ἔχεσσα πένθεα θυμῷ
ηγείλαι ανοίδεε, καὶ ταῖς πᾶσι λεύκορις ἄγε
ἀιλινὰ μυρομήν συγρέψ λελάθοιστο γόοιο;
ἢ πέλεμ ἐλπορή, σύριγμα, θέμεθλοι, ἔρεσμα
τλίμδην αέλληστηρ μεγάλαις ἴωσε κυνοφάνη
ῶς τιφυς διέτενεν ἐλώ τηλεκλυτὸν ἀργά,
ἴθυνεν μακάρως, οἰωθ' οἱ πράτοι καὶ θό.

χαῖρε φύλαξ κάπιο μακάρτατε λέρισεντο

ἐπλέ φύλαξ ἐφύτευθε, δύμῶστ' ἐπότησες

σαις,

γαῖαρ διψαλέημ, διθεός δ' ἔντυξησε φυτεύθει
ἴλαισε εὐλογίῃ παῖδες, ὥσε γνέσι
οὐλεια πάντα βροτοῖς, ρόδατ' ιάτε, καὶ κυπάρι

σορ,

ἄλλαπε τηλεθώντα φύτ, δῆτος ἐνέδόφος ζόρι
κόσμος θύεχύθη ἐις κλίματ' ἀπειροσίοιο:
πολλὰς δὲ δὴ προφέροι καὶ ἀκέσορι φάρμακο
ἐσθλόμ,

ζεῦς ρέει γυιοθόρυτε νόσους ἀκέσιτο καὶ ἐλκή
διδε τόση πολύκαρπος ἀλωὴ ἀλκινόοιο,
πῆς μὲν μηδὲ ἔαρος μηδὲ δινδαλπέος ἀρρή
χείματος, ὥστος ἐφαρ, κάρπος λίπει, εργίζεται
δυδι ἀραβικηπωρομ μέμφατο τις ἐθλάκην

χαρφύς ἀσαφυλής γένεται, οὐδὲν διανοεῖ.
Χαῖρε Θίλωρ μάρτυρ πάτρος πίε, χαῖρε δέ ποιε
μένος
πατέρες, οὓς πρόσθιον σοφίης μετὰ χρόνον φύσματας
θεαστήσαι, οὐ παραίστασι μηλα μαθηταῖς
προγενέσες εἰαρμάντια ἐλεος μεγάλοιο φυλάξας:
Ἴτοι γορμανῶν οὐκ ἄλλωρ κέρας ἐθνῶμ,
οὐδὲ νέος οὐδὲ πεδρικός ἀγνόμ δεῦρο κάλεσερ.
Ἄρε πρε πενσομάντια σοφίων σολομῶνος ἀνακτού
πλάσθειρ ὅλεισωρ μακάρωρ βασίλισα πρῆμα =

θερι
οὐτώσθιο χάριμ προπίδωρ πρλυ πλείουερ ξεροι,
θεομοι, κυμβροι, κελταίθ ενέταπτε φύλα,
ἢ εκ ταυονίης, οὐκ γῆς Θυροματάωρ,
ἢ εκ θρηκίης, οὐκ ἄλλης πηλόθειρ αἴσας.
γεμόνες κρατοροι, ορθες, βασιληες ἀγαυοι,
ενρυέωρ πατέρωρ βλαστίματα, τέκνα πολιτῶρ,
ἢ έτι πρωθῆσαι, οὐκέτιες γέροντες,
ουδέτις ιοχύνθη ἀγαθῶμ, οι θυμόρ οφέλαιρ
εὔολαχώρ σοφίης, σοὶ κεκληθαίτε μαθητήρ.
ἢ δέ σοι εἴς ἀπαλῶμ ὄνυχωρ πρόσ εφίμορορ οὐ

εις, εις,
εις νέορ εξ ίθης, οὐ πετετ εις ἀνδρα τέλεορ,
κατάλιρ οὐδενίδιος πλιορ πρόσ αεξετο γῆρας.
τοίντοι σοφίης ἀτεληθέτηνάματα κρίνει
αφνεατις λιταστεασι, δεξ σοὶ πνεῦμα πρέοχεμ,
πνεῦμα φρενῶμ, οὐκ ευεπίης ηπείρον οὐλεσ.
οὐλειε μηλοσετήρ νοι πρόφρονι καμέ μετεράλωρ
πιονας

πίονας έις εατάνας οὐ έις πολυπίδακα πηγή
κύαγερ, αέναορ σοφίλω αγαθοῖσι τοι φύσωρ,
ώσε κορεδίνωμι πολυιδρείκτε νόστε
πάντας, οἵ έις αρετῆς ἄκρομ βόληθερ ίκέδη,
εἰ δὲ ξυφῇ τις μᾶλλον, δοσελγείστι διπλέρ
κλελερ, αφροσύνησι τοπρούλαιοισι δύοισι
νήπιοι, ουδὲ αρετῆς διδαχῆς μέγ, ήδη ὄντας
ταῦτα φρονῶμ ἀιδοῖς γέρον, οὐδὲ ταῦτα πονή-

σε,

οὐδὲ πίδόχμια βάσει, οὐδὲ αμαξίτορ έλθωμ,
τοκετὸν χριστὸν λαζίων μάκαρ εὐθάδες θυμός
εμμορφεγκύρος οδηγῶμ κακότητι βαρείσε.
ώρακας ἀρχῆθερ καθαρὸς έναγγελίοιο
εὐθάναφυομλίου, δλος ζυγάνια δήνε
φύεοδης θυντοῖς απονκτή, δολάσε απερίνατ
όντε μεταμορφωθεὶς φραμβρᾶς έις αγελορ άν-

γῆς

ἢ κακομηχανίη βροτολογοφέρει μέτο δαίμων
τοῖσι τοι μεγάλῳ θρασύῃ αντέκηας αέθλῳ
ευχόριοι, καθαρῶς, αείρωντε (Αέφρονα μη
σορ.

ώρακας ἀντιπάλων ἀνθρῶμ δασωλῆτης ζυντό,
πηδοιρωθέντες φοβοράς φυσῶντες απειλάς
μάρτυρας έις ἀγίας μαίνοντες ἀτερέτης χαλιών
ηρή πυρὸς ἀκαμάτη φλογή, οὐδὲ δεσμοῖς αλι-

τοισι.

χριστὸς ένσεβέας γαρ δομοιώθινωμέοικεν,
σλίτει φύ αργαλέη οὐδὲ ἀχράντου κινδείζωκε
ώρακας

ώρακας ἐν διενῶμ πολέμορ ἐπιδίμυο μάτια
αμφιποτριτρωφῶ^{τρι} οὐναὶ χθοναὶ παῖδες πάντα
ἐκτὸς ἔλος^{τρι} εἰς μάσιγι ἐπήρατορ ἐν χοες
ολβιοδωτείρας εἰρώνης καρο^{τρι} ὄφοιο
απλοὶ δὲ τοι^{τρι} σιδηροί, αἱ αἱ, πολὺ ρίγιοι^{τρι} οὐρ
αὐθιούμχαρ^{τρι} εριδας καρύκωρ, οὔτινες^{τρι} εἴναι
αἰεν^{τρι} αλκηθείης^{τρι} πρήγγονες^{τρι} εὐχετόωντε,
οντι^{τρι} δὲ σφι πλέονες κενέοι^{τρι} γηπεῦσι πρόσωποι,
απρδή^{τρι} αφίσκωρ^{τρι} δίκης^{τρι} φύ^{τρι} αφρονος^{τρι} δχλω^{τρι}
τούωμ^{τρι} αμαυρῶντες λυσαράθεο^{τρι} ήχω^{τρι} αὐτῆς.
ταῦτα δη^{τρι} οφθαλμοῖς^{τρι} ἐπεδέρκεο, οὐδὲ^{τρι} ακλαυτεῖ,
σιγῇ^{τρι} τλικμοσ^{τρι} υνήτε φέρωμ^{τρι} οιλοκέρτομοι^{τρι} οὐρηρι.
οὐτως^{τρι} ἀρ^{τρι} διμώεσι^{τρι} θε^{τρι} ταλαπείριος^{τρι} ζιωρ^{τρι}
πάσι^{τρι} κυλινδηται, πράλοις^{τρι} φύ^{τρι} πένθεσι^{τρι} οὐτως^{τρι}
αγηλοι^{τρι} εἰρώνης πικρῶς^{τρι} κλαίστηρ^{τρι} ἐσαιεί.
αγηλο^{τρι} εἰρώνης σύ οιλήσυχο^{τρι} ήδα μελάγ=

χθωρ
διαμόμοφροσνήλω φρεστή^{τρι} ήσυχίωτε διώκωμ^{τρι}
δημαπάτη^{τρι} δὲ μεταξὺ καὶ αφρισεντες^{τρι} ερισαι,
ειθεοι^{τρι} εοσαμηνοίτε κακοζηλέμονα βυμορ^{τρι}
πάντοτ^{τρι} δφέλλαστηρ νείκη^{τρι} δη^{τρι} δηστήτα,
σε^{τρι} κατακρίναντες, σύγε πάστηρ^{τρι} δη^{τρι} πιος^{τρι} ήδα
οὐλομήνας μισῶμ^{τρι} εριδας, οι δηριμ^{τρι} δηρηπη,
σοι^{τρι} δὲ μυσωνυμίλω φύ^{τρι} ανθράσι μηχανώντο
αμφιεβαλέρ^{τρι} φεύδεσι^{τρι} πεποιθότες^{τρι} δόλοιστηρ
κο^{τρι} κακορράφια^{τρι} θύ^{τρι} μυσώνομοι^{τρι} διολομηται.
οὐλετο^{τρι} πάσα χάρις, χάρις^{τρι} οὐλετο^{τρι} μυσεβέεσιμ,
οὐλετο^{τρι}, βουμο^{τρι} ε^{τι} μόγιε^{τρι} αθμαίνω^{τρι} μετ^{τρι} ε^{τι} δὲ
λοις.

τοι δὲ σφιν ἐνκλείσης τοι περιέσσει τεκέος
νήπιοι, οὐδὲ σαστρὶ στορ τοι δόξα Βιαίη
άσατος ζεῖ, κακοῖς δὲ λίγισοι ἐπὶ ξενορ ἀνθεῖ
κτητηδὲ δὲ διαρετῆς θεόστιος θεῖς οὐ μείνω,
κούκρτε λευσομένωρ ἐμαράνθη δὲ φιλαυτῶμ.
Τοῦ δὲ οὐ ποτὲ μοῖραρ ἐχεῖν ἀκίχητα διώκει.
ἀνταρ ἀναιδείκης ἐπιεμλύοι οὐ λιορ διοσχοζ,
λαβραγόρων, μορφαῖς ἀγαθοῖ, ἔργοισι κάκιοι,
μέχι τεν ἡρεστρ ἄμμι θεῖς κλυτὰ μῆλα κατα-
ωσάμ;
λίγετε νῦν φθονεροῖσι λόγοις θανέοντα πιέζειν,
ἥν φθημένωρ τύμενος ἀνορύσφι χερσὶ διάποιοι
ηδελάτηαι δισεβῶς ἀμελιώα καρπα καμόντων
ὑδριεῖ φυ, τῆς οὐδεὶς φύ ἀνθρώποισι χρείων.
ἔρρεθν μεῖζ, ἐπεὶ οὐ πείθεσθε φέρισα νοεῶν
ἄλλας σὺ χαῖρε πάτερ, φά θανθρώρ χαῖρε με-

λάγχθωρ,

λιψόμμοισε κεφαλῇ ηδε σαῖς χνοσῆστιρ ἐθείρας
σέμμα, διποιοσνήκει, σελαγίζων διτὸς οὐκέτι
άστιρ διδιοις, τόπε δὲ κομόσωντες δόλοντο
ὑψόθι λοιμός καὶ λιμός πρλέμωντε προφῆται
ση διορή κονίκ μαλακῶς νῦν τῆς καθεύδοι:
χριστῷ εἵδε ἀγέλης μελέτω καὶ τώδε μιοκοῖ
ρηματος θυρανίοιο διδουσι κύρικας ἀγαυδέ
εις ἔτος δέ ετεος ηδεώς απρ κόσμος δόλη:
σοι δὲ θάλαι διάπαντα κλέθε, ηδε δέδα τυ

ἴωτα,

ἀρχιρεῦ διδίκωρος, πρλιν Σίλατε σῶτρος οὐ

IN TUMVULVM
REVERENDI ET SAN-
CTI SENIS D. PHILIPPI MELAN-
THONIS, Elegia D. Sigismundi Schör-
ckelij Naumburgensis.

Qvisquis in hoc hospes tuleris uestigia templū,
Pauca precor memori carmina mente legas,
Hoc tumulo sīca sunt diuini membra Philippi,
Corpore qui parvus, cætera summus erat.
Quo iactat meritō sese & celebratur alumno,
Parva Palatino subdita Bretta duci.
Cui decus ingenij, pietas, uirtusq; fidesq;
Humana maior conditione fuit.
Tot Deus hunc & tam præclaris dotibus auxit,
Ut non ulla ferant secla futura parem.
Vnde fuit toto semper celeberrimus orbe,
Et magno summis cultus honore uiris.
Ingenij rari specimen puerilibus annis
Credibili maius edidit ille sui.
Cum uix ter quinquennis adhuc, iuuenescq; senesq;
Et Latio & Graio uinceret eloquio.
Nec minus ingenuas didicisset sedulus artes,
Quotquot Apollinei mos numerare chori.
Et sub te, uenerande senex Reuchline, magistro,
Sacra Palæstino dogmata fonte bibt.

Tetra bonas artes illo fœdauerat ævo
Barbaries, uarijs perniciosa modis.
Rarus erat Latia qui sciret reddere uoce,
Et non corrupto dicere quæq; sono.
Rarior Argolici qui prima elementa teneret
Sermonis, tantus mentibus error erat.
Pro ueterum libris, merita quos laude uetus
Extulit, & studijs signa ducesq; dedit:
Horrida regnabant doctorum scripta nouorum,
Cimmerijs tenebris, nocte q; digna tegi.
Pro uenerandorum diuino carmine uatum,
Quiq; Aganippæ gloria fontis erant:
Barbara uix stolido uersabant carmina Gryllo
Digna, quibus nec res, nec lepor ullus erat.
Quid nisi tunc spinis horrens Dialectica campis?
Et bene quam posset discere nemo fuit?
His etiam iacuit tenebris oppressa Matheſis,
Et que uirtutis Ethica monstrat iter.
Quæq; docet ueras rerum pulcerrima causa,
Naturæ inquirens omniparentis opus.
Hæc quoq; inutilibus deformis redditæ rixis,
Et uelut inieictæ est commaculata luto.
Nec minus in templis obscura nocte sepulta,
Extincta iacuit religione fides.
Maximus ignaras mentes possederat error,
Ex operum meritis posse placere Deo.
Posse placere Deo meritis & tollere culpas,
Vox fallax templis omnibus una fuit.

Hinc operum species, & inania somnia mentis.
Plurima, quæ nemo dinumerare potest.
Hic sua pauperibus dando reparare salutem,
Ille putat longas hoc quoq; posse preces.
Pars tolerare magis uacuo ieumia uentre,
Et fraudare suo membra sopore, probat.
Ille memor culpæ, diuū suffragia poscit,
Hos animæ statuit spesq; deosq; sue.
Hic petit Alpino superato uertice Romam,
Quamq; malus uenit, peior ab urbe redit.
Pars monachos missasq; colens, uenalia sese,
Aere dato, cœli regna tenere putat.
Quin sua si uili commendet membra cucullo,
A Stygio tutam credidit esse lacu.
Plurima præterea regnabant impia templis,
Dignaq; Tartarea dogmata ualle tegi.
Has tenebras alto Christus miseratus olymbo,
Ad miseros uultum retulit ipse suum.
Excitat Albiaca Doctorem sede Lutherum,
Arguat ut fictæ relligionis iter.
Ille repurgatis cœlestia dogmata templis
Tradit, Apostolicis dogmata scripta libris.
Doctrinæ sanctos ausus recludere fontes,
Quos male grata Deo texerat antè cohors.
Huic comitem fidum sociumq; Melanthona iungit,
Et facit Albiacæ spemq; decusq; scholæ.
Cecropiae simul hic linguae, studiumq; latine
Excitat, & cultè dicere quæq; docet.

Vt libus ueterum scriptis quoq; reddit honorem,
Et iuuenes uera de pietate monet.
Excitat historiae studium, tubet edere carmen,
Atq; oratorum scripta diserta legit.
Et tibi natuam reddit Dialectica lucem,
Quæ tenebris coeae condita noctis eras.
Monstrat ut in grauibus ductrix fidissima causis,
Des Ariadneo fila sequenda modo.
Mirantur iuuenem, iuuenesq; senesq; docentem,
Mutaq; pisce magis barbara turba silet.
Hinc aperit ueneranda tuos sapientia fontes.
Manantes scatebris Græcia docti tuis.
Hinc liquidos riuos, hinc aurea flumina duxit,
Aurea Leucore et flumina nota schole.
Ardua stelliferi cognoscere sidera coeli,
Æternæ docuit nobile mentis opus.
Quas habeant animæ uires, quæq; organa sensus,
Quam sint dissimili corpora structa modo.
Abdita de rerum causis quecunq; Sophorum
Pagina naturæ conscientia, scripta tenet.
Semina uirtutum quæ sunt, et cur generofis
Tantus honestatis mentibus insit amor.
Quidquid Aristoteles cum præceptore Platone,
Ascræoq; seni iunctus Homerus habent.
Moribus apta bonis quecunq; monere Poëte,
Historie quidquid commemorare solent;
Indefessus acri studio uigiliq; labore
Protulit, et cunctis conspicienda dedit.

Testes

Testes sunt omni maiores laude libelli,
Quos manet aeternus posteritatis honos.

Hoc auditorum testantur millia multa,
Hec iuuat a tanto quos didicisse uiro.

Hippocrates illiq; et magni scripta Galeni,
Notaq; ciuilis pagina iuris erat:

Nec minus insigni flagrans pietatis amore,
Promovuit uerae religionis opus.

Vt pius Eneas fido comitatus Achate,
Per mala cognouit perq; secunda uirum:
Sic comes & socius magno coniuncte Lutherο,

Munere diuino fide Melanthon eras.

Aviduè repetens haec nocte dieq; monebas,
Ore, manu, calamo, carmine, uoce, libris.

Quid iubeat prestatare homines diuina uoluntas,
Quodq; uelit toto corde animoq; coli.

Sed nequeat prestatare hominum mens agra, quod ip-
Lex iubet aeterni non violanda Dei. (sam,

Quodq; hominum corrupta Deo natura placere

Non queat, & laesa uulnera mente gerat.

Sustineatq; Dei merito rea iugiter iram,

Vnde etiam diræ spicula mortis habet.

Nec quisquam placare patrem, nec tollere culpas,

Aut meritis ualeat conciliare Deum.

Vna sed immensam quæ uictima tolleret iram

Sit data, tu moriens unice Natae Dei.

Scilicet ut generis nostri reparare ruinas,

Et miseris posset conciliare Deum.

Christus ab aeterno Deus ex genitoris imago

Factus homo, mundi crimina cuncta tulit,
Sustinuit solus nostro pro criminе penam,

Placatumq; reis reddidit ille patrem.

Terribili rediens superato uictor ab hoste,
Fracta necis uictæ sub pede tela premens.

Perpetuaq; Dei genitoris sede locatus,
Fungitur æterni munere Pontificis.

Vna igitur certæ est h.ec anchora tutæ salutis,
Innihi Christo non dubitante fide.

Conscia mens culpæ, peccati mole grauata,
Det ueniam misero mitis ut ille, roget.

Has audire preces, Christo mediante, parentem
Hocq; reum statuat iustificare modo.

Hinc redeunt pauide letissima gaudia menti,
Placato poterit quis miser esse Deo?

Spiritus æthereis ueniens Natiq; Patrisq;
Sedibus, afflatu iam noua corda regit.

Sufficit hic uires, trepido solatia cordi
Suggerit, et motus excitat ille pios.

Hic facit ut placidum statuens fiducia patrem
Inuocet, ac firmo pectore poscat opem.

Rebus in aduersis docet hic superare ferendo,
Quod Deus imposita sub cruce ferre iubet.

Hic facit aeterno Baptismi foedere sese,
Acceptum domino sentiat esse Deo.

Se statuat uero Christi cum sanguine corpus,
Pignora placati sumere certa Dei.

Excitat

Excitat ille pios renouato pectore motus,
Hinc pietas miseris officiosa uenit.

Certat inoffenso pia mens sic ducere uitam
Numine, ut illius iussa uerenda iubent.

Hec pietas uerum generat uirtutis amorem,
Huic studio est fratri consuluisse suo.

Et posito tandem mortali corpore, uitam

Sperat in amplexu Christe benigne tuo.
Assidua repetens hæc uoce monere solebat,

Et quæ præterea longa referre mora est.
Ita quater denos docuit repetita per annos,

Hec iuuenem certum est, hæc docuisse senem.
Hec coram magno confessus Cæsare, quosq;

Sepè suo Cæsar iussit adesse loco.

Hec iterans eadem, lingua moriente sonabat,
Excessu uite conueniente p.i.e.

Quid referam suaves omni sine crimine mores?
Pectora q; in cunctos officiosa bonos?

Doctor et exemplum uite, morumq; bonorum
Prædictus insigni dexteritate fuit.

Iam decies senos et tres superauerat annos,
Forte sui sexta, quartus et actus erat:

Cum Deus ingrati cernens fastidia mundi,
Transtulit ad coeli regna beata senem.

Hunc igitur merito Germania luget ademtum,
Pierijs moeret candida turba chori.

Si quis in his docti qui gaudent nomine, nescit,
Hunc studijs sumnum restituisse decus.

Quantum magna parcens illi Germania, quantum
Debeat eterni grec & ouile Dei.
Stultior est fatuo furiata mente Corœbo,
Auriculas ueteris dignus habere Nidæ.
At melior quibus est nec tam peruersa uoluntas,
Agnoscant grati munera tanta Dei.
Vtq; Deus seruet nobis sua dona, precentur,
Quorum monstrator docte Melanthon erit.
Et dicas quisquis celestia dogmata, quisquis
Cum studijs placide tempora pacis amas.
Floreat & nunquam moriatur fama Philippi,
Qui fuit Albiacæ spesq; decusq; Scholæ.
Floreat & toto memoretur in orbe Philippus,
Doctior hoc, nostro tempore nemo fuit.
Floreat & placida requiescat pace Philippus,
Quem tu nunc gremio maxime Christe soues.

EPICEDION SCRI
PTVM A M. MARTINO
HENRICO SAGANENSI.

PLange tuum pectus trepidis Ecclesia paluis.
En tibi iam subito moesta querela uenit.
Conde tuos nigra uultus Germania ueste,
Amissum est summum nam tibi morte decus.
Flangite Pierides, & moestos sumite uultus,
Omnia dent luctus tristia signa noui.

Fide

Elete senes, iuvenes, pueri, innuptaeque pueræ,
Scindite sollicitas foemina virgines comas.
Condite lugubri deformia corpora ueste,
Pullaque circumdant pallia triste latus.
En etiam obscurus condit sua lumina Phœbus,
En etiam coelum nubila densa tegunt.
Horrida terrifici luctus, & plena dolorum,
Tempora squalorum moesticiamque ferunt.
Quam nihil humanis unquam durabile rebus?
Quam nihil est firmum, perpetuumque datum est
Tempora labuntur tacite, fugit hora diesque,
Prætereunt anni more fluentis aquæ.
Nudus homo terras, & uitæ lumina cernit,
Cogitur & terras linquere nudus homo.
Cum primum ex utero materno prædit in auras,
Prodit & alterno uitaque morsque pede.
Militia est plena ærumnis, & plena periclis,
Humana innumeris obruta uita malis.
Sunt labor, & curæ, & morbi, pestisque, famæque,
Bellaque quæ mittunt corpora multa neci.
Omnia quis fando numeret, quo in æquore pisces,
Tam uaria Satanas callidus arte furit.
Sed dolet in primis turbata Ecclesia mater,
Fluctuat & uarijs exagitata modis.
Perdidit hæc intra denos & quatuor annos,
Multos & magnos orba relicta uiros.
Non dum dedoluit MARTini fata LVTHeri,
Semina sed luctus alta prioris habet.

Sentit

Sentit adhuc clades, & tristia uulnera sentit,
Semper quod doleat, quodq; queratur habet.
Vix ubi deseruit terras, uitamq; reliquit,
Clausit & in fausto fata supra mea die:
Exiit e sacro felix concordia coetu,
Et lis & rixæ mox subiœ locum.
Hei mihi quas furias, & quæ certanina belli,
Sustinuit multis concio sacra modis?
Enrapuere etiam præstantem fata PHILIPPUM,
Cuius in hoc usus tempore summus erat.
Has ambas sacri coetus, duo fata, columnas,
Præcipui uoluit muneris esse Deus.
Ipse per hos rexit Christus sua signa ministros,
Fixit in innumeris & sua castra locis.
Tartareas pepulit tenebras, lucemq; reduxit,
Et dedit in clara luce uidere diem.
Expulit e templis idola, arasq; Deorum
Fregit, & his longè iussit abesse locis.
Cum subeunt animo tantorum fata uirorum,
Territa sollicito corda timore pauent.
Si querulas fundam uoces, lacrimasq; per ora
Humida, quot uoluit concitus Albis aquas:
Non tamen hos potero luctus æquare dolendo,
Scilicet amissis sunt mala tanta bonis.
Sed quoniam ingrato contemnit munera fastu
Mundus, & hoc quod adest præterit omne bonum
Tollit, & ex oculis remouet sua dona, nec ultra
Esse sinit, uideant ut data dona, Deus.

Si modo Parcarum fatalia stamna solui,
Si possent aliquo cedere fata modo:

Excipiens eras de mortis iure PHILIPPE,
Perpetuosq; dies uiuere dignus eras.

Aut si perpetuos mortalem fata per annos,
Sic posita nullum uiuere lege finunt :

Hoc saltem optandum est, quorum benè uita meretur,
Duret ut in longos commoda uita dies.

Sed quid ego lacrimas & inanes fundo querelas?
Cur turbat sensus anxia cura meos?

Optima quoq; cadunt primum, peiora per ænum
Longius, & numero plura manere solent.

Tempore quam paruo fragrans rosa floret in hortis?
Quamq; breui uiole tempore durat odor?

At paßim lolium infelix, & inutilis herba

Crescit, & in uarijs plurima lappa locis.

Vndiq; fundit humus nocuas cum floribus herbas,
Sic mala sunt rebus plurima mixta bonis.

Quam nimis ignauos multos, & inertia terre
Pondera cum magno terra dolore fouet?

Qui nisi quod turbent humanæ commoda uitæ,
Nil aliud quod agant, quod meditentur habent.

Horum uos Parcae fatales rumpite fila

Rumpite, & utilibus parcite deinde uiris.
Sic sua conuenient uestris cognomina factis,

Nullaq; de uobis caussa querentis erit.

Appicio quoties pictos in imagine uultus,
Quoq; diu es solitus multa docere, locum:

Protinus

Protinus ex imo duco suspiria corde,
Et mea sollicitus pectora terror habet.
Vnus eras reliquias nobis Reuerende Philippe,
Qui poteras operis utilis esse tuis.
Utilis esse tuis precibus, fidoq; labore,
Utilis & docta uoce, styloq; tuo.
Utilis in dubijs tua nos prudentia rebus
Iuvuit, eratq; etias longa magistra tibi.
Motus es, ex iusto doluisti scepè dolore,
Dum furias hominum, dum rabiemq; uides.
Cum Deus irata librauit fulmina dextra,
Sæpè tuæ ardentes impediére preces.
Impediére preces, ne publica poena ueniret,
Hei poena in numero criminis digna nimis.
Tu commune bonum, tibi mens studiosa iuuandi,
Maxima debetur gratia iure tibi.
Et tibi pro meritis, donec mihi uita manebit,
Pro patrio grates pectora semper agam.
Sedulus officij fecisti munera iusti,
Extremum uitæ tempus ad usq; tuæ.
Cum uigor, & lasso languerent corpore uires,
Tunc tibi cura fuit ferre laboris onus.
Quin uoluisti etiam supremum dicere salutem,
Sed uis impediit corporis ægra tui.
Nec tamen insomnis scribendi cura recessit,
Quam prius è manibus mors tulit arma tuis.
Quam pius ante obitum, supremaq; funera, sermo
De sacro cœtu, de pietate fuit?

Et tetigere tuam mundi deliria mentem,
Et pia cum gemitu uota precesq; facis.
Morbis ut exhaustis accreuit uiribus, utq;
Feruida in exili corpore febris erat.
Stabat ut ante patrem mœstus PEVcerus, & ipsa
Filia largifluis imbribus ora rigans :
Et caræ flebant neptes, dulcesq; nepotes,
Filius & patri maxima cura seni:
Clarus & ingenio CAMERARIUS, atq; Senatus
Plurima pars huius, mœsta dolore, Scholæ:
Sepè aliquis gemuit, dixit quoq; sepè iacenti:
Viue precor, nec nos care relinque pater:
Quid mea uos lacrimis uanis turbatis amici
Pectora, non lacrimis nunc opus, ille refert.
Liberor infido, sunt nam dolus omnia, mundo,
Me iuuat in Christo soluere corpus, ait.
Me iuuat in dulci nunc consuetudine cœli,
Conspectuq; Dei colloquioq; frui.
At uos ô nati, neptes, dulcesq; nepotes
Commendo eterno, qui regit astra, Deo.
Huic ego, qui semper me conseruauit, ab imo
Perpetuas grates pectore gratus ago.
Idem etiam posthac uos conseruabit alumnos,
Et tribuet uitæ tempora longa Deus.
Mox ubi defunctos terræ de puluere Christus
Eriget, & uitam, latitiamq; dabit:
Tunc ego uos omnes uos ô mea cura reuifam,
Et gaudebo mea postcritate senex.

Inter ea

Interea cari nati, dulcesq; nepotes,

Et dilecta mibi corda ualete, precor.

Sic ait, in Christo firmatus speq; fideq;

Dormit, & æthereo numine plenus obit.

Flamma uelut lychni si quando extinguitur ardens,

Sic artus graciles uita soluta fugit.

Spiritus at superas placide concedit in oras,

Conspictu fruitur, leticiaq; Dei.

Felix qui fidens constanti pectore Christo,

Clauerit extremo fata supra ma die.

Pleias ubi Eois Atlantis prodit ad undis,

Libraq; ab Hesperijs mobilis exit aquis.

Vespera cum uenit, cum sol sua lumina clausit,

Et clausisti oculos docte Philippe tuos.

Multa quidem tristes ereptum morte dolemus

Orbatiq; opera, consilijsq; tuis.

Tu nobis lacrimas miseris, luctumq; relinquis,

Et desiderium triste Philippe tui.

At tibi nos decet hac gratari morte quietem,

Nam bona coelestis gaudia fortis habes.

Nunc datur & uoces audire, & cernere Christum,

Nunc datur æthereæ mystica nosse schola.

At pius interea Gener, & sacra cura senatus

Officium exuuijs præstitit omne tuis.

Ille tibi exequias, extremum pignus amoris,

Is tibi defuncto munera iusta tulit.

Sis licet extinctus, uitali lumine cassus,

Et tua funereum contegat ossa solum:

part

Parte tamen meliore tui nunc uiuis, & ipse
Alta tuus felix spiritus astra tenet.
Et tua fama uiget, qua Sol utrasq; recurrens
Aspicit in toto candidus orbe plagas.
Si tibi uiuenti prætendit nubila liuor
Ocidet, & ueniet postea dignus honor.
Semper honos, nomenq; tuum, laudesq; manebunt,
Et tua perpetuò fama superstes erit.
Interea somnum capiunt conclusa cubili,
Membraq; sunt proprius iuncta Luthere tuis.
Osca utriusq; iacent ad templi utrasq; columnas,
Est & uterq; sacrifida COLVMNA Chori.
In quo Christe basis, fundamen, & integra rupes,
Firmaq; credenti petra salutis ades.
Siccus ut arescit brumali tempore palmes,
Mortuus & succo deficiente cadit:
Verè reddit Phœbi radijs ubi uiuida uirtus,
In uiridi gemmas stipite uiuus agit:
Sic & nostra iacent emorta corpora terris,
Et sine uitali frigida luce cubant:
Cum sol iusticia Christus reuocauerit artus,
Viuent eternum corpora nostra Deo.
Ut pelicanus, ausi pullos Ægyptia, mater
Viuificat fuso sanguine fida suo:
Corpora sic moriens pro nobis Christe Redemptor,
Efficies sacro sanguine uiua tuo.
Cum uenies iudex cum maiestate uerendus,
Ante thronum fistes cum genus omne tuum:

c

Cum

Cum tuba terrificum sonitum dabit, ether, & ignis,
Et concussa gravi pondere terra tremet.
Cum tua uox omnes hominum resonabit ad aures:
Surgite, iudicij nam uenit hora mei.
Surgite uos homines, quorum sopor irrigat artus,
Proq; suis factis præmia quisq; ferat.
Ut Leo qui nemore in Lybico rugitibus auras
Implet, & horrificos edit ab ore sonos:
Ipse suo uitam natis clamore uocatis
Suscitat, & sonitu uiuere membra facit:
Sic etiam cum uox Christi loca cuncta replebit,
E tumulis tollent corpora uiua caput.
Ipsa caro carni iungetur, & ossibus ossa,
Spiritus & membris consociatus erit.
Insigni ueniet tunc conspiciendus honore
Christus, ut humanum iudicet omne genus.
Huic comites sancti q; patres, sancti q; Prophetæ,
Iusticiaq; alios qui docuere niam.
Tunc fulgere pij cernemus & ora Philippi,
Qualis in aethereo sidere stella micat.
Tunc noua coelestis capiemus gaudia uitæ,
Gaudia in æternos non peritura dies.
Gaudia que nunquam senserunt lumina, nunquam
Auris, & in nullum cor subiere prius.
Tunc Dominus facie lacrimas absterget ab omni,
Peccatum in Stygias præcipitabit aquas.
Destructi inferni Plutonia regna Draconis,
Fractaq; in æternum spicula mortis erunt.

Tunc pura nostros renouabit imagine uultus,
Tunc similes erimus rursus, ut ante, Deo.

Noticiaq; Dei, & sincera luce fruemur,
Flagrabit uero pectus amore Dei.

Christe Dei fili, miseric spes unica nobis,
Extra quem non est spes, uia, uita, salus:

Tu nos propicio desertos respice uultu,
Orbatisq; tuam coelitus affer open.

Tu nos aduersus defendas Dæmonis astus,
Tu nobis Rector, tu caput esse uelis.

Non ego totius desidero commoda mundi,
Si modò te solum detur habere Deus.

Regna fremant, & acerba sonent, extrema minentur,
Nosq; Satan miseris uiq; dolisq; petat :

Ipsa tamen salua est Christo duce, & auspice Christo,
Et pia te Christo uindice turba manet.

Cordibus in nostris confirmes dogmata Christe,
Quæ data sunt nobis ex bonitate tua.

Fac nos depositum cura seruare fideli,
Et gratos animi cum pietate frui.

Fac nos ad seros maculis purgata nepotes,
Tradere sincera dogmata sacra fide.

Tu rege coelesti nostras spiramine mentes,
Ut soli placeant pectora nostra tibi.

Vt te uenturum leti expectemus, & omnes
Simus in eternos nos tua turba dies.

PHILIPPVS MELANTHON DE SE
AD POSTERITATEM EO-
DEM AVTORE.

HAC ego sub tumuli requiesco mole Melanthonis.
Qui fuerim, ut noris, accipe posteritas.
Bretta mihi patria est, duo millia distat ab urbe,
Quae de Cæsareo milite nomen habet.
Sidere felici tunc me genuere parentes,
Moribus insignes, & pietate graues:
Tunc in uitales primum puer editus auratis,
Cum decima exierat februa sexta dies.
Serus & Hesperias ierat modo Phœbus in undas,
Septima nascenti cum fuit hora mihi.
Cum tribus ante annis modo Maximus Hemylianus,
Ceperat Imperij frena regenda sui.
Protinus in ludum me mittit cura parentis,
Instituor tenera gnauiter arte puer.
Prima fuit summum cognoscere cura parentem,
Altera litterulas discere cura bonas.
Et mihi iam puero coelestia uerba placebant,
Inq; suum Pietas sacra trahebat opus.
Annis interea crevit labentibus ætas,
Inq; Scholam ueni clara Tuba tua.
Huc me doctorum proficisci fama uirorum
Iussit, & ingenij debita cura mei.

Captio

Capnio præcipue uirtute insignis & arte,
Me patrio iuuenem fouit amore senex.
Exitit is fidus studiorum rector & autor,
Auxilio dum me consilijsq; iuuat.
Quo tibi, conuentus de regno, annoq; dieq;
Ultimus Augustæ Maxmyliane fuit:
Tunc ego Leucoream perueni accitus in urbem,
Albis ubi flauo gurgite uoluit aquas.
Me Ducis huc sapiens Friderici cura uocarat,
Principe digna pio cura iuuare Scholas.
Litterulas docui pueros, & noscere Christum,
Quod poterat munus gratius esse Deo?
Sumere cum poteram magnis cum rebus honores,
Officij tamen est Sparta probata magis.
Ingenuas artes, & lmguaas uoce styloq;
Simplice, qua potui dexteritate dedi.
Nempe mihi pueros semper pro parte uirili,
Et commune bonum cura iuuare fuit.
Nec labor in Domino noster fuit irritus unquam,
Namq; mihi uiires addidit ipse suas.
Me Deus addiderat magno comitem esse Lutherò,
Sumere quem Pietas iusserat arma uirum.
Pontificum cœcos carpebat iure furores,
Dum scriptis urget prælia, uoce docet.
Duxit is è tenebris in claram dogmata lucem,
Dogmata sacrati religiosa chori.
Abstergit labem, doctrinam à sorde repurgans,
Gloria sic ueri redditu uera Dei est.

Hunc ego qua potui iuui pietate, fideq;

Cumq; alijs subij triste laboris onus.

Hei mihi quot rixas, quot ibi certamina uidi,

Quoq; petunt nostrum sœua pericla caput?
Eccius insurgens in nos animosus & audax,

Territat insanis pectora nostra minis.

Insurgit Latomus contrà, Maluenda, cohorsq;

Tota, petens telis dogmata nostra suis.

At Deus ipsorum fregit rabiemq; minasq;

Eripuit cunctis corpora nostra malis.

Vt mage quo premitur, tanto magis æstuat ignis,

Sic mage lux uerbi protulit ipsa iubar.

Protinus exoriens loca per diuersa refusit,

Nubila cum radijs pulsa dedere fugam.

Sic ubi iam docuit scriptis & uoce Lutherus

Dogmata, constanti bis tria lustra fide:

Hei mihi, tunc obijt fatis ereptus inquis,

Tunc animi cœpi parte carere mei.

Quot coelum stellas, quot habent simul æquora pisces,

Tot mala sustinui pectore dura meo.

Quos ego, cum trepidas liquit concordia terræ,

Concepi pauidos corde tremente metus?

Tunc ubi commotum est patriæ lacrimabile bellum,

Cum fremerent iuuenes, & simul arma senes.

Tunc ego cum natis, uxore miserrimus exul

Erraui uarijs ut uaga cerua locis.

Fratribus à falsis sum plurima uulnera passus,

Officijs iuui quos prius ipse meis.

In cune

In cunctis tibi sed fidentia corda periclis,

Auxilio seruas optime Christe tuo.

Gratia Christe tibi, nam tu mihi Petra fuisti,

Tu curae requies, tu medicina mea.

Tu mihi consilium, robur, mentemq; dedisti,

Tu mihi deserto mite leuamen eras.

Tu mihi iuncta thoro Katharina iugali,

Cui pietas castum nomen habere dedit.

Hec me bis duplice fecit de prole parentem,

Et de Crappiadum stemmate nata fuit.

Filius in studijs primo formatus ab aeo est,

Disceret ut mores cum pietate bonos.

Alter ab his fato teneris creptus ab annis,

Magna mihi patri causa doloris erat.

Filiolas etiam docui cognoscere Christum,

Hec mea præcipue cura parentis erat.

Vna tibi primum, præstanti nata poëta,

Connubio fido iuncta SABINE fuit.

Pignore me seno prima foecunda iuuenta,

Ex te foecundo coniuge fecit auum.

Hec crepta eadem uiridi sub flore iuuenta,

Magna mihi luctus causa, uiroq; fuit.

Tertia PEVCERO felici sidere nupsit,

Et me de seno pignore fecit auum.

Hos omnes commendo Deo, qui proteget omnes

Ceu pater, & cura diuite largus alet.

Iam mihi deterior canos asperserat ætas,

Contraxit multus ruga laborq; meos:

Iam bis sena tribus cumq; annis lustra peregi,
Et totidem numero conueniente dies:
Cum grauis Hesperijs libræ lanx prodit ab undis,
Nascentiq; eadem, quæ fuit hora, uenit:
Tunc mihi consumito morbis calidißima febris,
Corporis extinxit languida membra mei.
Vita quidem breuis illa fuit, sed uita laborum
Omnium in hoc mundi carcere plena fuit.
Exul in hunc ueni nudato corpore mundum,
Exul & hanc liqui corpore nudus humum.
Iam nunc perpetua uitæ mihi uiuitur etas,
Iam nunc me coeli patria diues habet.
At qui me Christus cuncto defendit ab hoste,
Meq; aluit uitæ tempora cuncta mee.
Huic ego de toto meritas ago pectore grates,
Et commendo animæ pignora cara mee.
Ille mihi cordi semper fuit, ille leuamen,
Ille fuit fidei portus & aura mee:
In Christo mihi dulce mori, mihi mors mea lucrum,
spiritus æternae gaudia lucis habet.
Huc Generi pietas, & docti cura Senatus
Corporis exuuias deposuere mei.
Et statuere mihi tristis monumenta sepulcri,
Vicina exuuijs care L V T H E R E tuis.
Hic licet extincto iaceant mea corpore membræ,
Parte tamen uiuo nunc meliore mei.
Spiritus excelsø iam noster in æthere uiuit,
Inq; Dei manibus gaudia læta capit.

Dum mea scripta manent, dum sunt sua præmia lau.
Nominis & nostri fama superstes erit. (di,
Dente licet carpat præsentia liuor iniquo,
Gloria sed ueniet post mea fata tamen.
Interea secura mali, secura laborum
Hic mea iam placido membra sopore cubant.
Molliter hoc grato requiescunt clausa cubili,
Aduentumq; manent optime Christe tuum.
Donec ab ætherea iudex descenderis arce,
Imperijs exercens iura scuera tui.
Tunc animæ absterges labem, reuocabis & artus,
Adijs animas facies membra redire suas.
Omnis in æterna tunc consuetudine cœli,
Concinet æternum linguaq; mensq; Deum.

ΕΠΙΤΑΦΙΟΝ ΤΟΥ

ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΜΕΛΑΓΧΩΝΟΣ
το πατέρος ιερή μιδασκάλης ήμων Θιλτάτου
καὶ σεβασμιωτάτου, γραφθερύνη τῷ

Μαρτίνῳ ἐνρίκῳ τῷ σαγάνῳ.

Ἄρχετε λυκόρεου ἐπένθεθε, ἄρχετε μῦσαι
ἀλυνά μοι σοναχθε νάπαι, ήγέλειδος ὑδωρ,
νῦν ποταμοὶ κλαύσοιτε τὸν ἴμερόντα Θίλιππον.
νῦν φύτα μοι μύρεδε, οὐδὲ λασεα νῦν γούσιαδε,
κριώδες ωδιζεδε, καλὸς τέθυνε μελικτῆς.

Ἄρχετε λυκόρεου ἐπένθεος, ἄρχετε μῦσαι
κατωδιζεδε πρὸς ἀλειδος ὑδωρ,

οὐδονίδες,

καδίονιδες, πᾶσαι τε χελιδόνες, ἃς ποτὲ ἔτοπει
ἔει λαλέειν ἐδίδασκε, καθεζόμεναι ἐπὶ πρέμνοι²
ζαντίοις ἀλλέλαις μελίζετε πένθιμοι ὡδῖαι.

Αρχετε λαβικόρεαι τῷ πένθεος, ἀρχετε μῆσα
ζειπατε δὴ κόραις ἐλικωνιάδεσιν ἀπάσαις,
ζειπατε ἀλειακαῖς νυμφήσιν, ἀπώλετ³ ζειδίσ
μηδένα ὀλγήσας θεοῖς ἀσμάτι, μηδένα ελάτας
νῦν τὸ μέλος τέθυκε μὴ ωλετο θέος ζειδί.

Αρχετε λαβικόρεαι τῷ πένθεος, ἀρχετε μῆσα
δικ οὐκ ἔν πρόστε νάπαις, καὶ πρός λαβικοῖσι ἕρεμοις,
δικ οὐκ ἔν, πρόστ⁴ ὄρεσιν λυγζόμελος ἀντος ζείδη
ζαντὸς ὁ τοῖς μηλοισιν ἐραστμοῖς, δικ οὐκ οὐκ πο
ἱκάσιν κριῶμαι, καὶ σύρεα θεοῖς ἀφωνα.

Αρχετε λαβικόρεαι τῷ πένθεος, ἀρχετε μῆσα
νῦν διγέλαιοι πρόπτλαζόμεναι γοάστηρ ἔρημαις
νῦν πλιθύστηρ ὁδυρομένης πάντ⁵ ἀλσεα φωνῆς
νῦντ⁶ ἀρα δικ οὐκ ἔν ὡς τὸ πρόσθε νέλαστι νέμεαδή
ὅπι τεούς καλάμυσε, καὶ σόρ μέλος δικ οὐκ οὐτέ ξεντη

Αρχετε λαβικόρεαι τῷ πένθεος, ἀρχετε μῆσα
σφι φίλιππε μόρον⁷ σύρεα καλαῦσεμ ἀπόδαλων
ξελικωνιάδες, νυμφαιτε πρός ἀλειδοῖς οὐδωρ,
πᾶσαι κρηνίδες ὡδύρωστο, ὁδυρετ⁸, ιχώ,
δικ οὐκ μιμῆτη τὰ σα χείλεα, ἀλλασιωπά.

Αρχετε λαβικόρεαι τῷ πένθεος, ἀρχετε μῆσα
τίς δὲπι σοῖς καλάμοις θήσει σόμαζῆτοι ἔβροις
ἢ πένυκροις; ή δινοσέμιοις; τάχα πάντες ἔρεσαι
τὸ σόμα δείμοιεμ, μη δεντρα σέο φέρωσιν
ἢ σύριγγα λάβη, ουδεὶς δρασὺς ἔωετ⁹ θύτως.

ΑΡΧΕΤ

Αρχετε λανκόρεαι τη πένθεος, ἀρχετε μάσαι.
πάντες σὸμεντονται μόροι, καλάδισται ἀπαντες
εἰργύφθωνται συγεροὶ μέλοι, οὐ πότετοπες
εἰναί γέται μέλισμα φέροιται μαθηταῖς,
εὐχρήστοι κόκκυζι μελίζεο, οὐ γαρ ἀκεφάλωμ.

Αρχετε λανκόρεαι τη πένθεος, ἀρχετε μάσαι,
πάντες σὸδηρόμηνοι τὰς σὲννας πρθέταις θαοιδίλια,
εὐχρήστοι ενρήμα, οὐ ἀνλουσέται μείρταις την παντες.

εὐχρήστοι μέλισμα κανύρεται οὐτενθεργή.

Αρχετε λανκόρεαι τη πένθεος, ἀρχετε μάσαι
τοτοσοι εἰλειται συγερώταιτε μεύτοροι ἀλγοῖς.
πρέπεις σοι εἴσοι λάθηροι την παπώλετο ἔρνοις,
καὶ ἀλιοι πάλιμψια πολυκλαντοῖσι μεέθροις
δακρυνθει, φωνῆς δὲ ἀλα, οὐ πάντες οὐρεα πλαίθε.

Αρχετε λανκόρεαι τη πένθεος, ἀρχετε μάσαι.
αμφοτέροι χριστῷ πεθιλημήνοι οὐ μὴν ἀείερ
οὐδὲ οὐδεὶς μέλπων γλυκῷροι μέλοις ὥστε ἀκεφάλη
τρικλόδιμεροι, ἀπαστριχήσιμα ἔιπε μαθηταῖς.

Αρχετε λανκόρεαι τη πένθεος, ἀρχετε μάσαι,
αμφοτέροι δὲ πρός τὰς ζωῆς χρήσιμα ἔιποι,
οὐδὲ τοι καὶ μεγάλη, οὐδὲ διδίκη χάρις αὐτοῖς.

αμφοτέροι δὲ γορμανίης κλέος ἀγλαόροι οὐσαρ.
αμφοτέροι δὲ εὐηρθμοροι εἴσοργανοι οὐσαμ,
αμφοτέροι δὲ γορμανίης κλέος ἀγλαόροι οὐσαρ.
αμφοτέροι δὲ γορμανίης κλέος ἀγλαόροι οὐσαρ.
αμφοτέροι δὲ γορμανίης κλέος ἀγλαόροι οὐσαρ.
αμφοτέροι δὲ γορμανίης κλέος ἀγλαόροι οὐσαρ.

ως ἄλλα τῦν καὶ οὐτοις ἐνθόντες γείτονι πύμασι,
καὶ ὀνατῶσιν οὐδεῖς μελιάδες αὐτονομοῦ ἔχοσι,
λίγετε λινούρεσι τὸ πένθεος ἀνθάδες μᾶστις
τῦν μὴν ἐδρῆ νυμῖρη δείσισι μετ' ἀνδράσιμη ἐσίμη
σύνθαγμοις ταῦτα ἔστι, σὺν χριστῷ, σώπτε προφήτῃ
τῦν ἔξεσιμοις φύσισιν ἄλλα τοι ἀντόποι (ταῦτα)
διετομὴ ἀπομένη μυτῆρια ἐκφράζονται.

λίγετε λινούρεσι τὸ πένθεος ἀνθάδες μᾶστις
οὐλεῖοι, οὔτινες ἡμί χριστῷ βίοις ὁδε πλοῦσι,
οἵσις θυσίης ἔντε βίῳ χριστῷ μόνοις, ἔντε πελούτῃ,
ἐλπίς, ὄδος, ζωή, ἀστίς, σωτηρία, ἐσίμη,
τάτοισι τὰ δάνατος γλυκερόμ τοι κέρδος ἔγεντο.

ALIVD EIVSDEM

AUTORIS.

Τὸδε διαώρ τύμβῳ ἔτυχες ξεπόθητε φίλητοι
ἢ καλῷ βίοτοι γέραι τορδε λιπών. (ταῦτα
σοὶ μὴν ἐδρῆ δείσισι μετ' ἀνδράσι, σύντε προφήτῃ
σύνθαγμοις προγόνοις, σύντε θεῷ πέλετῇ.
ἢ μηδὲ συγορόντε πόθοι, τὸ πένθος ἔλατασι
οὐδὲνις δέξει μηδὲ σὺ διστηθάνε τοι.
ἄλλα ταρθρῶν τοι διακρίθεται τοι,
ἔντε τόποις ταῦτα πάντοτε αἰνομ ἔχεις,
χαῖρε πάτρε, καὶ γῆθι διδάσκαλε πιστε φίλητοι
ἢ χριστῷ ο διαώρ τοι δέσποτοι.

ALIVD EIVSDEM.

Εἰ ἐρέκη, τίς τοι δέ τόπῳ ιδρὺς δινάκετοι
φίλε ὄδοι πορέωμ δεῦρο τοι ἐρχόμενοι γνωστοι

γένεσις προκλήστον κλεπτὸν τόδε μνῆμα οὐλίππα,
ζύθασίν υπὸ πλεύθων ὁσέα κένθε οὐχεί.
εὐκλέπτεις δὲ δὲ δημώτης οὐ πίνυτος διηλθείς,
πάσαις μελαγχθόνιοι τὸν νομα γαῖα οὐχεί.
τόντος εὐθίλησαν αἰς μουσίκη, καὶ φοῖβος ἀπόλλωρ,
οὗτοι ἀπὸ σόματος καλὸρ ἀεσε μέλθε.
ποταμὸς γένεσις ζωῶν τοῖς πομοσὶν χρήσιμα εἶπεν
ἀριστερὰ λαχάνη αὐτῷ διηδίκτε χάρις.
εὐθήστοντες, διώρος ὁσέα κέννος οὐχεί.

DIVO PHILIP,
PO MELANTHONI
PRAECEPTORI FACIEBAT
H. VV. RIGÆ 1560. Cal. Maij.

V S Q U E adéone tibi uiolentum numen inesse,
Vsq; adéone rapi uentis nostra irrita uota,
His ut flectantur fata seuera nihil?
Namq; ego quæ de te non feci uota Melanthon?
Quando ego non dixi, uiue Philippe diu?
Fecerunt & idem multi, miracula dotes
Scilicet ingenij qui coluere tui.
Sed Deus heu surdas rogicantibus obtulit aures,
Extimetus quoniam docte Philippe iaces.

Teq;

Teq; flet amissum studijs addicta iuuentus
Albis ubi uitreis moenia lambit aquis.
Ipsa urbs tota dolet, pauper cum plebe Senatus
Funere se miserum clamitat esse tuo.
Flentq; tue Rhenus cunæ, flet Teutona tellus,
Flet Christum & Musas quicquid ubiq; colit.
Ipse quoq; hos inter lacrimans, durabile nullum
Vita hac in fragili conqueror esse bonum.
At cur imprudens, acri indulgendo dolori,
Iudicium culpo iustaq; facta Dei?
Maxima qui minimi facit ingratissimus orbis,
Amplius haud tanto lumine dignus erat.
Imò homines quidam (si fas hoc nomen habere,
Quos maledicendi sola libido tenet)
Tam multis illum linguae petiere flagellis,
Quam si iurassent uelle necare uirum.
Et nisi tam fuerit sapiens, ego morsibus illum
Horum crediderim succubuisse canum.
Has' ne suo par est grates retulisse Magistro?
Sic' ne pium decuit dilaniare patrem?
Qui uos erudit, uobis cumulauit honores,
Vos adeò ut cuperet præposuisse sibi?
Non homines, sed uiperco de semine nati,
Vipera que matrem, uiuat ut ipsa, necat.
Nomina qui quantum ceno præclara Magistri
Consperrunt, tantum se nituisse putant:
Deniq; se surrecturos si concidat ille,
O scelus, ô demens quid facis Ambitio?

Nunc igitur regnent, sint clari sintq; beati,
Conscia mens cædis si esse beata potest.
Tuq; Anima in cœlo cum Christo uiuendo felix,
Curriculi capiens præmia magna tui.
Namq; orbi quamuis te nobis simus adento,
Gaudia gratiamur sed tamen ista tibi.
Nate Dei in dubijs spes nobis unica rebus,
Credimus ad dextram quem residere Patris:
Atq; dare ingenio quosdam linguaq; ualentem,
Qui doceant quid sis, quid fieriq; uelis.
Postquam decepit nunc è statione Melanthon,
Heros in castris strenuus ille tuis:
Huic alios tales facias succedere, qui nos
Exemplo erudiant illius atq; regant.
Quis tua sit tantum, non propria gloria curæ,
Et quos unanimi uiuere pace iuuet.
Quiq; nihil moueant, nisi quod res postulat: hoc est,
Nil moueant, quod non Christe mouere iubet.

EPICEDION SCRIPTVM A IO- HANNE POSSELI.

Θεοῦ πάρκεστι σημεῖα πρόκλυτα πλάξ
τῆς ἐλεκτροσύνης μάλιχίστε θεῶν:
Τεῦσε γένος μορόπωρον, ἵν εἴπωμι Θίληδας,
τεῦσε ὄλυμπον θαῦμα, ἴδεσθαι ἄγαμον.

Εὐθεσ;

αντεστι κοσμησερ γαῖαρ δένδροιστε φυτοίστε
δηρσίτε πάντοδαπής, οὐδὲ ἐδωκε βροτοῖς,
ιοὺλ μετέπεπτα ἐδηρ φίλοις ψόμεπεμψερ Ικούμη
μουνογύρη, ιρ ἐκ λνέορ απαθαλῶρ.
οὐδὲ ἐκ τω δαιάτοιο λνή ἐρέθινστε κακοῖο
φύλοις ἐταχθονίωρ, οὐδὲ απάτησε θεάμη
ταῦτα μὴν ἄμμηρις ἐφι μάλα χρήσιμα δῶρα βε
ἐμπεδοὶ οὐδὲ αυτοῦ μαρτυρίαις ἐλέσ. (οἰο
τοτο δὲ καὶ πελέθε τεκμήριοις οὐτω ἐλαπή
μαρτυρίοντε καλὸρ τοῦ πόθοιο δεῖ.
οὐδὲ δη σφετέρη εικλησία ἀνδρας ἐγείρε
τοὺς ἐτανορθῶντας ῥῆμα τὸ θεωρέσιον.
πολλάκις γαστατᾶς ἐχθρὸς φθείρετε δαμαροῦ
ῥῆμα δεόπνυθιορ γράμματα οὐράνια.
ιοὺλ τὰ γιζάνια αείρει σίτου καθνπερε,
δυντους δηζαπατῶρ αιματίοισι λόγοις.
τάτις δηπωεταπάτας δηλῶσι κακάε, μεγαβύνε
πέμψερ δει ἀνδρας παμμεδέωρ ο δεῖ.
τοῖος ἔλω σώφρωρ Ηλίας ἐξοχ ἀρισθ,
τοῖος τωάννης πρόδρομος ἐσκεμ δηνήρ
απάκεως καὶ ἔλω τοῖς Λατήρ ο νοῆμωρ
ταισότατος θράπωρ ταγνέτασ δεῖ.
δυτθ γα διδαχῶν καθάριζ Ευαγελίο
ορθῶν δεικνύμενος προς τὸν δλυμπορ δηδή
ζειδε πινυτὸρ κοινωνὸν ἐδωκε φίλοπορ
μικρὸν μὴν τὸ δέμας, τὰς σοφίην ἐμέγαρ
δυτθ ανήρ, τηγαῖς το ειότοιο καλῶρ.
γλωπῆς

γλωττοῖς ὥφελίμοις καὶ τὴν παιδείαν ἀπάσῃ
αὐτεχάριντε φάσι δῶκεν ἀπρθίμιον.
εὐδέλη διαμάρτυρος φετέρῳ ὅπι ἄμμι λαλῆσσῃ
τῷ χαρίσαντα διὰ γραμματα ἄμμι λαλεῖ.
Εἰσιν αὖτε εέστιν κατέλαπτε μελάγχθων
κρίσιμα τοι μυήμιλα ξισταὶ ἀθάνατοι.
καὶ τὸν διδαχὴν σώμασίν τε νόοντε μέγισος
αἴματι τότει πήται ἀγαυός ἀνήρ.
ἀνθρώπει μηρὸς μέλι κατακρύπτῃ γαῖα μέλουνα,
ελλαδοσίνηρ ψυχὴν δυρανός εύρυς ἔχει.
σοὶ δὲ τοῦτο οὐκέτι εἶγω φίλη ιντος διώτορ εάσωμ
εὐχόμαν, εὐμένεως τῷ μετάνειον ἔμοι.
σὸς οὐ τοῖς Εικλησίοις ἀγνῇ ἀγαυούς
παλμούτας πράλους ἀνδρας ἐπισαρλίζει.
εἰς τὴν ἄνεξηται εαστιλείατο οὐνομα τεῖορ
ἀπέρι θυμάτου τῷ μηρῷ ἔπειτα, Αμήρ.

EPITAPHIUM SCRIPTVM A MAGI- STRO THOMA VINITO- RE DRESDENSE.

HOC tumulo docti requiescunt ossa Philippi,
Qui recte ingenuas, docuitq; fideliter artes,
Nigra cui dederat nobile nomen humus:
Triste uelut quondam quæ iacuere Chaos.
Quis Deus, & qua sit uerè pietate colendus,
Quid sit, quid possit, quæq; sit alma fides.

d *Doctrina*

Doctrinae scripsit diuina uoluminta, uomen
Corporis hæc rectè relligionis habent.
Nec potis exiguo est hæc carmine cuncta referre,
Quæ pollut meritis docte Philippe tuis.
Ingentes sensit te uiuo Ecclesia dotes,
Cui quoquis fidus turbine ductor eras.
Ingentes eadem te sustinet orba dolores,
Amisiq; ducis languet amore sui.
Quam Deus, à Satanæ, rapidiq; furoribus orbis,
Ut seruet, crebras fundimus ore preces.
Præsentemq; uelut letus nunc aspicis ipsum,
Hec placidum uideat, post sua fata, Deum.
Viuis ibi æternæ donatus munere uitæ,
Hic uiuet famæ gloria summa tua.

A L I V D.

PR: DISTICHON AN: NA: ALT:

AN: MORTIS CONTINET.

Vnde tibi deCVs est en diVVs, Bretta McLanthou,
QVI Ingenio CLarVs, CLarVs & arte fuit.
Atq; Ve Dei docvit qVI pVrè Verba PHILIPPVS,
In Christo felIX, hac reqViescit bVMO.

Tempus obitus 1560.

NoCte Vbi ConsVcta svrgvnt ex PLeione nata,
EVnCVs es heV Vlta sancte PHILIPpe tva.
Iosephus à Pinu.

ÆN^o

ENIGMA DE ANNO

MORTIS EIVSDEM.

Belligeræ Diuæ superest inuisa quot ales
Secla, Gyges fertur quot tenuisse manus,
Lata quot obliqui sunt sidera partibus orbis,
Quot Lyra luminibus, maior & Vrſa nitent,
Soles quot medio pendentibus & quore nidiſ
Incubat Halcyone matris imago piæ,
Quot rota falciferi senis annis tota mouetur,
Vnam ortam demas si sine matre Deam,
Tot per signa means bis sex uariata figuris,
Sol nato à Christo clausit Olympiadæ:
Albidos ab ripis ubi notus ad astra Melanthon,
Hinc Diuum ad sedes iussus abire fuit.

Iosephus à Pinu.

CARMEN DE MORTE D. PHILIP-

PI MELANTHONI S.

Plangite Pierides lacrimas ô fundite Musæ,
Lugete tristes Gratiae.
Lucibus indulge querulis orbata fideli
Duce & parente Ecclesia.
Amissum lumen nobis, amissus & huius
Auriga currus seculi.

d 2

Concidit

Concidit exhaustus feruentī febre Melantho,
Et nunc quiescit mortuus.
Ædibus ossa sacrī nigra tellure teguntur.
Pietatis hæc sunt præmia.
Cœlesti fruitur patria, Christi q; receptus
Sīnu fouetur Spiritus.
Sic igitur fatis currentibus ordine iniquo,
Duraq; lege agentibus:
Vel potius summo (pœnas malè facta merentur)
Exasperato uindice,
Viuius inuisi, prædulci patre carentes,
Et orphani relinquimur.
Hac sunt, iam dudum cecinerunt omnia uates
Virtute quæ Prophetica:
Ecce rapit iustos duræ inclemensia mortis,
Et hinc pios intercipit:
Nec tamen hoc curant, nulla huc ratione feruntur.
Sed lenta rident pectora.
At Deus è medio sanctos sibi tollit, in alme
Locum salutis colligens:
Et licet humanas rabies agit impia mentes,
Leuis tenetq; incuria,
Consilij ut nequeant diuini cernere causas,
Vel nosse causas negligant:
Seu is è manibus iustos tamen eripit, omni
Crudelitate liberat.
Directæ quicunq; pij uestigia carpunt
Intaminata semita,

Facultas

Pacatum faciet Deus incoluisse cubile,
Hæterna reddet præmia.
Sic ergo uiuis nimium dilecte Melanthon,
Contuituq; Dei Letaris,dum duce Christo
Ereptus his mortalibus,
Promissa sentis gaudia.
Quem spurci quondam Cuculi,fuciq; procaces,
Et Stelliones liuidi:
Quem turpes Afini,quem Galli,flaccida monstra,
Latijq; lerna principis,
Quem toties inquam trucibus petiere sagittis,
Necem parantes & dolos.
Sic ergo uiuis furibundis,atq; tyranis
Væ nobis fuci,stimulat quos fucus honorum,
Ereptus his crudelibus.
Queis placet in lucem mendaces edere chartas,
Trium dierum gaudia:
Ne dubitate, Deus magno conamine uestro
Credite,fama uiri nunquam delebitur huius,
Posuit furori terminum.
Lucent poli dum sidera.
Duratamen uestri sceleris uos poena manebit,
Deusq; iustus panet,
Ultima iudicij cunctorum meta laborum,
Quando dies illuxerit,
Cum tandem reddetur honor nouus ille sepultis,
Et claritatis gloria,

Vindice tum Christo, causamq; tuente Philippi
Coram supremo iudice,
Premia perfidiæ, pudor & confusio, perdent
Vos sempiternis ignibus.
At uiuis meritò nobis dilecte Melanthon,
Ereptus his mortalibus,
Contuituq; Dei letaris, dum duce Christo
Promissa sentis gaudia.
Viue Deo gratus, Christo dulcissimus hospes,
Et fidus Angelis comes.

M. Laurentius Durnhofer
Noribergensis.

EPICEDION
SCRIPTVM AB ANTO-
NIO HOBNONIO TILLE-
BERGENSE.

GAUDIA se ponant, lacrimosos Musica cantus
Edat, sint luctus, sint omnia plena doloris,
Carmina mœsta canant citharae, uocesq; sonora.
Et ueluti pullis queritur philomela perentis,
Cum gemitu pariter pueri, simul atq; puelle,
Ex oculis fundant guttas fontesq; perennes.
Lugeat accepto Germania uulnere, nec non
Tota sui signum det nunc Europa doloris.
Si quenquam pietas tangit, si cura salutis,

Hö

Fuc gemat effusis querulo sermone capillis.
En iacet immitti consumtus morte Melanthon
Præco Dei uiui magnusq; propheta Philippus.
In quem spectabant omnes hoc tempore, quotquot
Religionis opus faciunt, unumq; fatentur
In tribus esse Deum, qui sanctum colligat agmen
Voce ministerij, coetum nec deserat istum.
Quod bimari quondam diuinus in urbe Corintho
PAVLVS erat, nobis uerè fuit iste Sacerdos.
O lacrimosa dies nuper quæ sustulit illud
Præsidium, multis ò detestenda querelis.
In præceps labitur moles immensa colossi,
Quam rex Assyrius Chaldaea uidit in arce.
Signa DEVIS monstrat natis certissima, Iudex
Quod sit uenturus subito, collapsaq; regna
Restauratus, rigidis stat cœtus in armis
Angelicus, mandata ducis, sonitumq; tubarum
Expectans, acies, uexilligeræq; phalanges
Intendunt acres arcus, amentaq; torquent.
Pars apta gladios lateri, pars tela pharetræ,
Ingratoq; necem minitatur fulmine mundo.
Scilicet ista notat mors immatura piorum,
Quos rapuere breui Parcæ, lethoq; dederunt.
LV THERVS
Quis nescit quanta fuerit pietate LV THERVS
Excellens, quantum sano beneficerit orbi,
Dum grauiter uera pro religione laborat,
Et scriptis hominum genus atrox, impia spargens
Dogmata pontificis, damnat, discrimina uitæ

Nil metuens nec quas ipsi struxere Tyranni
Insidias, istum, dolor hei meminisse, parentem
Sollicitè qui pro sancto pugnauit ouili,
Ante diem iustum uitale relinquere lumen
Cogis summe Deus, tot in uno pectore dotes
Vna dat, una rapit defleti temporis hord.
Te quoq; Musarum decus aufert lumine cassum,
A cruce qui cognomen habes dulcissime Gaspar,
Transfixumq; suis mors sternit iniqui sagittis,
Cum crescentis dubijs Ecclesia poscere rebus,
Et sperare malis poterat suppressa leuamen.
Hos sequitur, nostro ne desit causa dolori,
FORSTERVS, Solymi censor sermonis acutus.
Tunc etiam quando te fors inopina tulisset,
Infelix moritur **POMERANVS** magna nepotum
Gloria, pastoris qui functus munere, uerbo
Pauit oves Christi preciosa morte redemptas.
Hoc, nimium Parcis crudelibus occidit, anno
MILICHIUS, quo non poterat præstantior ullo
Arte Machaonia tristes depellere morbos,
Ille etiam ad superos humana cessit ab auris.
Tot prius amissis, te nuc diuine **MELANTHON**
Orbati, mœstum lacrimantes ducimus æcum:
Et ueluti castus surrepta compare turtur,
Æternum gemimus. Quis nos solabitur ægros?
Quis' ue leuamen erit lacrimis super ora profusis?
Sicci' ne consumti tabescere cogimur omnes,
Nullaq; cordis erunt solantia pharmaca fessi? Tus

Tu' ne tuos dilecte senex, ueneranda senectus
Deseris, & misera querulos in ualle relinquis?
Cum tot sunt uera de relligione tumultus,
Cumq; malus passim mundum circumsonet error,
Et lites, pugnas, & amare prælia linguae
Excitat inuidiæ stimulis. Concordia blandæ
Pacis alumna latet, procul atq; fugata recessit
Omnibus ex terris: discordia castra locauit
In loca cuncta, prius Lybici seu littoris oram
Seu Boream spectes, seu pinguis flumina Nili,
Quæ uel ad occasum sit sunt pulcerrima regna.
Hos fluctus poteras, nisi te male grata tulissent
Fata, tuis precibus, mentes compescere dictis.
Nunc te care parens defuncto lumine uitæ,
Turba relicta sumus, luctuq; dolore grauati.
Hoc tamen esse potest multis qui forte requirunt
Solamen, tua fama uiget, tua scripta leguntur,
Scripta quibus rediit longis suppressa tenebris
Lux Euangeliu, Papæ uox improba quondam
Extirpare uago stolidè quæ iuss'erat igni.
Sic igitur, scelus indignum, sic tota peribit
Magnaq; doctiloqui succumbet Musa Philippi,
Et tot congesti noctesq; diesq; labores
In nihilum redeant: mentes qui desuper audit
Humanas D E V S hoc sed quod mandauerat ipse
Sit uetusse meum dicit, licet una Draconis
Instinctu ueteris pereat, flammaq; dehiscat
Altera ueridici uatis tamen usq; uigebit

Musa, dies donec ueniet quo uindice dextra
Officij memor accipiam, pœnasq; rependam.
Firmiter assensu nunc his innitimur uno,
Quos pietas mouet, & luctus solatia nostri
Quærimus, & sequimur uestigia sancta parentis.
Quem Deus ex magna dederat benitate, suoq;
Motus amore, gregi, sublato præside, sacro.
Non ipsi quicquam natura negauerat uni,
Nam claras seu mentis opes, seu candida puri
Ingenij species pulcherrima flumina, primus
Hic erit, hic qualem uenturi temporis ætas
Vix feret ulla uirum castæ genetricis ab alio.
Docta quod Ausonios calles Germania libros,
Quod fera Barbaries sensit propulsa ruinam,
Et quod quam multis hodie tua scripta leguntur
Grecia, nos illi totum debere fatemur.
A paucis tamen accepit data præmia tanto
Digna labore, lues etenim uesana malorum
Dente notare senem non unquam desijt egrum.
Hos quoq; sustinuit placato pectore casus,
Ingratos hominum mores infidaq; corda
Deplorans, cœcæ simul & contagia mentis.
Barbaricæ plena noctis pro uiribus artes,
Quæq; premebantur scripture dogmata sacra,
Orba suo cultu, collectis undiq; libris,
Restituit rursus, turpesq; aboleuit abusus,
Non ipsi census magni, non regna fuere,
Nec quoq; regales epulæ, sed uictus honestus,

Contentus

Contentus modicis argentum spreuit & aurum.
Auxilium miseris propensa mente ferebat,
Quos deformis malum prædura premebat egestas,
Nec patiebatur uacua discedere dextra
Quenquam sed manibus plenis hinc omnis abibat:
Ergo his pro meritis carus fuit omnibus æque,
Quod modo non rari lacrimis testantur amaris.
Deficiens tandem magnisq; laboribus æger
Cum febris tectas esset populata medullas,
Effundensq; animam placide sua lumina clausit.
Sidera quæ quondam latè fulgentis Olympi
Est perscrutatus cœliq; uolubilis orbes:
Nunc propiore uidet uultu compage saluta
Corporis & sanctos maiestatemq; uerendam
Afficit exutus curis rebusq; molestis:
Nam mors est uite precium finisq; laborum,
At nos in gemitu uitam luctuq; trahemus,
In cineres donec quoq; longa redegerit etas
Viscera nostra tibi nullo sit pondere terra.

E P I T A P H I V M

E I V S D E M .

Divinus situs est hic lector amice MELANTHON
Non procul à tumuloclare LV THERE tuo.
Quem scriptis hostes uos occidisse putatis,
Molles cum CHRISTO nunc agit ille dies.

E P I

EPICEDION SCRI
PTVM A NICOLAO
DREGERO LEMGOVIENSE.

Nunc habitu pulcros lumbos accingere tristis,
Cæsariem intricent tristia pepla tuam.
Palla humeros suetos uestiri ueste nitenti,
Nunc promissa grauet, creta Thalia loue.
Non metire gradus solitis tunc passibus istis,
Cum fluit uelis aura secunda tuis.
Sic præsens rerum doctrix nunc exigit hora,
Diuersas faciens rebus inesse uices.
Est rerum facies longè immutata tuarunt,
Non fert pro uotis candida queq; dies.
Vita etenim clausit defunctus fata suprema,
Quo nullum toto maius in orbe, iubar.
Sortitus nomen tellure Melanthonis atra,
Nobilis Aonij famaq; lausq; chori.
Si quis & Oceanum glacialem classe pererret,
Quâ circum totum labitur orbis opus:
Non poterit maius Musarum offendere lumis,
Hic uigor ingenij, splendor, acumen erat.
Quem summo doctum Parnassi uertice montis,
Demisit terris Augur Apollo, decus.
Namq; ubi natales ortus iam Bretta dedisset,
Bretta ortu tali nobilitata nimis:

Transl.

Tramite & ut certo iam gressus figeret ipsos,
Callaret patrem iamq; uocare suum:
Fama est in uiridi prato spaciasse tenellum,
Et iam tum cœli mente notasse uias.
Iam tum solertem rerum indagasseq; uires,
Cum tenera premeret pharmaca lecta manu.
In medio istius prati succreuerat arbos,
Umbrae quæ fessis præbuit ipsa uia.
Huc se se tulerat dux coetus forte noueni,
In medio cœli sole secante uiam.
Conficit augusto ingenio spaciare puellum,
Præbentem ingenuæ tunc simulacra spei.
Intuituq; imis ardescit amore medullis,
Ingenij penetrat nobilis, ille uigor.
Ergo percutiens mendacibus aëra pennis
Abripit, atq; ipsum monte bicolle locat.
Ceu Diuum summus percussus amore puelli
Iliades secum candida ad astra rapit.
Ut si quando agitet plena coniuia mensa,
Præbeat ansancto pocula plena choro.
Dedicat Aonidum præstantum laude canendi
Collegio, quarum mandat inesse sacris.
Exili Aonides miratæ in corpore flammæ
Ingenij, sacris communicare suis.
Plena Caballino præbereq; pocula fonte,
Quem uolucris feriens ungula fecit equi:
Ille Heliconiados auido sitit ore liquores,
Donec multijuga præditus arte foret.

Tunc Py=

Tunc Pythius sumtis, ponit, mendacibus alis,
Arreptum gremio, restituitq; suis.

Doctrina omnigena patriæ inclaresceret ore,

Et quā quadrijugos, Sol radiosus agit.

Hoc unum nostri secli decus occidit, axes

Mergere in occiduos Sole parante lacus.

Ergo Thalia uides iustum causam esse doloris,

Cūm uestri occiderit gloria prima chori.

Illi ad tumbam cūm multi munera soluant

Præstantes uates, ultima, laude, piam.

Dedec et immemores nos tanti numeris esse,

Qui coetus suimus pars quotacunq; sui.

At licet ut coruus crocitabimus inter olores

Dircæos, quos mors iam truculenta premet:

Attamen auspicijs freti nos Musa secundis,

Te firmante uias ingrediemur iter.

Nec quo integræ sumamus præconia laudis,

Elusit uanis spes animosa modis.

Si quis enim in uersus tentet conferre, laboris

Ilias immensi longa futura foret.

Obscuris tantum nos depingemus at umbris,

Est dare res tali, carmina, digna uiro.

Primùm ubi Leucoreas tantum decus appulit orbi

Auspicijs ductum dux Friderice tuis.

Pectora discentum culto sermone poliret,

Attica quo quondam terra polita fuit,

Omnia Cimmeria nube intricata iacebant,

Nec qui posset erat restituisse decus.

Disce

Discentum ergo uolens turbæ inservire Melanthon,
Officij exequitur munia quæq; sui.
Discentum pendet profitentis ab ore corona,
Diuitis ingenij donaq; larga stupet.
In primis autem miratur Hymettia uerba,
Que promanabant pectore multa sacro.
Sicut ad Argiuos si quando Gerenius heros
Verba daret, uulgas pendet ab ore senis.
Dicentiq; animos arrestis auribus affert,
Linguæq; Hyblæ dulcia uerba stupet.
Tunc huius studio, atq; sagaci indagine cuncta,
Sensim coepерunt exeruisse caput.
Exeruit sese Stygias detrusus ad umbras,
Hoc monstrante uias, Atticus ille lepos.
Ma quoq; exererat cristas seculo antè priori,
Cum uitæ exigeret tempora Gaza sue.
Is quoq; non minimam sibi laudem uendicat inde,
Cui celebres ortus Phrisia terra dedit.
Primus ab Italicis oris qui inuexit in oras
Teutonicas, horum scripta Pelasga, rudes.
Hic Desiderius meruit sibi nomen ERASMVS
Præclarum, patriæ fama superstes humus.
Atamen haud ullus limam superaddidit, illo
Que Graijs scriptis addita lima duce est.
Non adeò tersus tunc sermo inclariuit oris
Graijs, quo nil iam tersius esse potest.
Non tot terrarum, riui tunc temporis uno,
A fronte effusi, climata cuncta rigant.

Addit

Addidit ille manum, res est manifesta, supremam
Amiat ulterius Graia iuuenta nihil.
Debentur tibi partes o uenerande Melanthon
Primae, debetur florida palma tibi.
Et si quos dixi, doctrinæ laude celebres,
Aura uitali iam fruerentur adhuc:
Certatim tantum tibi quisq; offerret honorem,
Temporibusq; darent laurea ferta tuis.
Est adaperta choro Musarum turba dicata,
Ad Græcos fontes semita lata tibi.
Ergo sitim plenis cyathis restinguere, palatum
Ex illo riuo pocula mixta iuuent.
Si quis at oblatam iam fastidiuerit ansam,
Lactea nec sapidis fontibus ora riget:
Is damno sapiens secum luctabitur olim,
Arrodensq; animum uulnera seu feret.
Quod cara ætatis fraudarit tempora pulcre,
Quæstis opibus queis frueretur, iners.
Ausoniæ dederit quanta incrementa loquela,
Æque iudicium posteritatis erit.
Namq; tuo, partis, nostrum est ingratius eum
Exundans opibus, sancte, labore, senex.
Sicut mens hominum fastidit, mersa tenebris,
Præsens, dignum et si quo quis honore, bonum.
Non tetricis Latium tenebris inuoluit apertus
Sermonem, ambiguis nec finit esse locum.
Qualia erant quondam uatum responsa parentis,
Quando querenti mystica dicta dabat. Omnis

Omnia luce ipsa medie fluxere diei,
Quando dicta dabant pectore clara magis.
Candoremq; idcò sapiebant omnia mentis,
Qui certè ipsius pectore summus erat.
Nam quodcumq; bonum est Labyrinthis dicitur illud,
Verborum exclusis irremebilibus.
Simplex est uerus sermo, sapientibus ullis,
Haud etenim emplastris, indiget ille quidem.
Suspecte ueluti causæ hinc atq; inde leguntur
Fallaces fucus, queis liniantur eæ.
Ut quadam ueri specie perstringat ocellos,
Pectoribus tenebras obiectatq; tuis.
Quid quod & illius scriptoris dictio tantum
Arpini certum terfa lepore sapit?
Non quorum proprius Ciceroni sordeat usus,
Vena tibi illius sordida uerba dabit.
Contulit Hebrææ quoq; linguae lumina magna,
Expendens lingue singula uerba sacrae.
Vnde quoq; excusit uerborum pondera, callens
Quæ patribus fuerit uis genuina sacris.
Immersam Cyclopædiam unus vindicat ipse
Tartareis tenebris, & super astra uehit.
Queis etenim tenebris præcepta Palemonis artis,
Aeo præterito longa refusa forent:
Norunt queis uoluendus erat lapis ille, laborem
Hippotade exuperans de genitore sati.
Carmine Alexandri tristii fatigare docentes,
Discentum miserè discruciendo gregem.

e,

Hic

Hic autem ut doctas profitendi munia sumvit

Artes, immense munia dura rei :

Hæc ars linguarum quæ prima clementia iuuent

Tradit, qua excellens ille Palemon erat :

Qua sine et incassum reliquarum ambius honores,

Ni bene iacta imam fulciat illa basim :

Haud secus enituit tradente Melanthone, quam cum

In medio cœli Parrhasis ursa micat.

Quæ reliquos uincit fulgore notabilis ignes,

Repperit et coeli uix regione parem.

Quid quantis nebulis scrutando uindicat artem,

Quæ methodum certam rebus adesse facit.

Quæ nubes hominum obtrusas detergit ocellis,

Resq; ipsas clara luce uidere facit.

Quæ facit una artes reliquæ dicantur ut artes,

Namq; docendi artes suggesterit una modum.

Ordine quæ cum prescripto hac traduntur in arte,

Tunc insigne artis demeruere sibi ?

Hanc interclusis Labyrinthis deuocat illò,

Dicatur missum cœlitus illud opus.

Præstigias nihil, ac inculta sophismata rerum

Præcidens, artis propria quæq; docet.

Cunctaq; solerti librans examine mentis,

Includit summi quæq; necessaria.

Qua luce ornate pictam uestiuerit artem

Dicendi, in claram protulit hora diem.

Res manifesta, ingens arti, conuincit aperte

Accessisse decus, quo renitescat, habet.

Ordin

Ordine concinno tradens p̄cepta iuuentae,
Maiori reserit limina clausa rei.
Vt cum fruge queas eucluere scripta uirorum,
Quēis Maiæ positu fausta propago fuit.
Vt sensa arripias autoris plenius ipsa,
Censura admota iudicijq; tui.
Ac ut ad autoris tua tunc uestigia ponas,
Materies humeros si subeunda premat.
Quo motu Eoo cœlum rapiatur ab ortu.
Vt siāt Luna, rutuli fratrisq; labores,
Vt uariant anni tempora certa uices :
Hec quia non ignota latent, referamus id ipsi,
Acceptum quoquis pectora grata die.
Ipsius ualuit mens tantum indagine solers,
Rursus ut antiquo sisteret illa loco.
Adiutusq; tuo gener o Peucere labore,
Parrhasidem supra retulit illa polum.
Ipsius ingenij simul hic eluxit acumen,
Iudicio iunctum Caspare docte tuo.
Pristinus ille uigor numeris quod redditus, alis
Quēis Plato nos ratus candida ad astra uehi.
Quodq; Euclidis honos elementis ille reluxit,
Qui uitali aura dum frueretur, erat.
Artibus unde alijs promanant semina prima,
Prolibus à dulci ceu genitrice fluunt.
Vix elementorum coniunctio mutua fiat,
Naturæ maneant cur suus ordo ratus :

Hoc duce prima tenente omni percrebuit orbi,
Huius in ingenio uis ea summa fuit.
Quæq; hominum multum mentes exercevit olim
Lis, sublata illo iudice tota silet.
Vtpote quid sectetur homo, quo fine quiescat
Extremo, summi fulgida imago patris.
An durum, ingenuo ductus uirtutis amore,
Aggregiatur iter per salebrosa iuga:
An mentem dementatus sibi deligit illud,
Florida quod prima fronte uiret locat.
Ast ubi per metam extremam uestigia ponis,
Eludit, summo præcipitatq; iugo.
Ipse autem litem genuino ex fonte diremit
Potans, his finem carceribusq; locat.
Ut μηδόνος μόνο homo sic uitæ dirigat acta
Ad superum ut cedant omnia ritè Deum.
Eius ut immensum nomen celebretur in ænum
Omne, et notescat Solis utraq; uia.
Sicq; agnoscatur ueluti delapsa superna
Sede reuelauit pulcra propago patris.
Fons est lympidus ille heros altusq; Melanthion,
Hinc puros riuos spargit et inde suos.
Hinc artes nostro seculo quasi origine primis
Manarunt, cristas et super astra leuant.
Hinc quoq; barbarie detersa protinus omni,
Accessit linguis docta suprema manus.
Nec cuiquam sacros fontes obstruxit apertus,
In commune suum contulit omne bonum. vt quoq;

Ut quodcumq; bonum est, sese communicat ipsum,
Nec potis est usquam nube latente tegi.
Omne bonum gaudet distendi fontibus amplis,
Ut possit multis notius esse bonum.
Quid nam quod bifidi referit tibi uerticis altum
Limen ubi Phœbus, Thespiadesq; colunt.
Ut diu Clario sacris turbaq; nouena,
Placata possis ire redire iugo.
Vertice odorato fragrantes carpere flores,
Pulcraq; temporibus ponere ferta tuis.
Et quando festa, Smynthæo sacra dicata,
Fecerit Aonidum casta caterua die:
Intersis sacris tunc pars aliquota dicatis,
Adiungas illis tu quoq; sacra sacris?
Haud equidem exiguae præconia parua meretur
Laudis, qui abstrusum tale recludit iter.
Difficilem ut pubes citra studiosa laborem,
Culmina Parnassi iam superare queat.
Historias rerum gestarum ab origine mundi,
Immensum ductas ipse reclusit opus.
Rebus ut immensum sic immensiq; laboris,
Non certè paruo constitit illud opus.
Cui minimè grates, quantumuis grata putetur,
Posteritas poterit sera referre pares.
Huic operi ut rursus grauioris acumine iuncto
Iudicij incumbit gnara laboris apis:
Extremiq; grauem lapidem iam uolueret actus,
Fatales rumpunt stamina pulla deæ.

Sed tibi doctrina summa Peucere (reclinat

Cui pertexendo grande laboris onus)

Vt possis, sicut potis es, pertexere laude,

Quæ socero, facilem dent tibi fata uiam.

O quantum imbuerat mentemq; animumq; fluentib;

Quæs natus Clario de genitore preest.

Archiatrus præses pulcris de fontibus ipsi

Hausta, ministrârat pocula plena fauens.

Atq; adeò ut posset gemina contendere prole,

Archiatro, gemina prole, parente satu

Voluerat & sacris simuosa uolumina iuris,

Posset ut ambiguus arbiter esse foris.

Tantumq; in studio prosecit acutumne mentis

Ilo, quò laudis portio magna foret.

Vt multi palmae consulti iuris honorem,

Victi iudicio iam grauiore darent.

Quamuis pollerent longæuo temporis usq;

Sed arintq; illo iam bene fonte sitim.

Sed quid' nam in sacræ doctrinæ fontibus ille

Præstigit antistes fama decusq; soli?

Hic mea Musa hæret mentem percussa stupore.

Nec potis est dignis hæc celebrare modis.

Ille tibi iunctus Thesea mente LV THERE,

Nec dum illis seculis exuperate malis.

Præstigit iniuctum se insani in fluctibus orbis,

Ceu rupes seuum sustinet alta mare.

Ille Luthere tibi se fidum præstat Achaten,

O duo non ullis pectora leſa malis.

Nec tantum laudis tetigisses docte Luthere
Victuræ culmen, te quoq; teste graui:
Si non sèpè tibi dubio de rebus acutis,
Promisisset mentis sensa profunda sive.
Res minime alterutro potuit grauis illa carere,
Ingentis facies poscit utrunq; rei.
Quanta tibi dederint Romane damna cathedrae,
Deflenda antistes secula nostra sciunt.
Plena theatra dolis tua iam uix ossibus hærent,
Sic horum insultu sunt labefacta pio.
Ante genus rutilo demissi à uertice coeli,
Immersum tenebris dogmatis omne fuit.
Tetra supersticio spacio sum inuaserat orbem,
Et quicquid Phœbus, merserat, ambit equis.
Nemo uiam rutuli reserandi limina coeli
Calluit, hæc nulli semita trita fuit.
Hi meritis nisi sanctorum tangere summi
Frustra sperabant atria posse poli.
Hi proprijs freti meritis fastigia coeli
Sperabant, tali non superanda modo.
Ceu quondam Terræ soboles sumfisse feruntur,
Ast ubi sancte Luthere orbi, et tu sancte Melanthon,
Cardinibus misi lumina magna poli:
Emicuit subito terris doctrina reducta,
Que summo nobis est patesfacta finit.
Qualiter emicuit fulmen per nubila densa,
Obliqua stringens lumina nostra face.

Vos sacrosancte sparsistis nocte profunda

Doctrinæ abstensa dogmata luce noua.

Fontes scrutati germano Biblia sensu

Eruitis, densa nube sepulta prius.

Per uos uerum eluxit iter, quo limite ducti,

Aetherei rectâ scandimus astra poli.

Illis, unde diem nobis Aurora reducit,

Quadrijugosq; suos Sol ubi mergit equos.

Quâ Phœbus radijs medius flagrantibus urit,

Quâ Scythicum astringit pallida bruma mare,

Hoc iter à nobis, summo duce, rursus apertum est,

Patre tenente manu totius orbis opes.

Vt non confisi precibus penetremus ad astra,

Exultat quorum spiritus ante Deum.

Nec nostris fisi meritis superemus Olympum,

Si quando dabimus putre cadauer humo.

Verum ut confisi precibus, meritisq; Tonantis

De genitore sati semita aperta poli.

Ille etenim irarum solus compescuit aestus

Patris, ubi ligno uictima cæsa cadit.

Ergo suis meritis infami morte necatus,

Cœlestis reserit limina clausa chori.

Hæc tibi iustifica sunt apprendenda tenaci

Indubitate fide, si tibi cura salus.

Sic duo coniunctis operis hæc lumina mundi,

Prouexere sacrum religionis opus.

Te uero ut tandem reuocassent fata Luthere,

Cœlestis cœtus ciuis ut usq; fores :

Quam

Quanta tuis humeris moles uenerande Melanthon
Incubuit totum religionis opus.
Si scrupulus sacræ doctrinæ erat ullibi, asylum
Ex quo quis mundi cardine cuius eras.
Semper eras dubijs in casibus anchora sacra,
Hoc ponebatur portus & aura sinu.
Nauiget Anticyras, si tantos ore labores
Proscindit cynico Zoilus ullus iners.
Non equidem exigui moles est ista laboris,
Omnia sic luci restituisse suæ.
Lustra in Zodiaco Sol octo absoluerat, orbem
Insuper & uicibus uoluerat ille tribus:
Dum tanti, sinuosi ad fuluas Albidos undas,
Immensum uoluis sancte laboris onus.
Talem fata uirum, meliori fidere dignum,
Ex nostro nimium dira tulere sinu.
Dignum Hamadryadas nymphas præuerteret euo,
Integer æternos duceret utq; dies.
Dignus erat ueteri heros ille leberide cana
Exuta iuuenis sumeret ora uiri.
Quem propter uim mentis demirabitur omnis
Insignem semper sera propago sacræ.
Donec quadrijugis luces Aurora reducet,
Cynthiaq; assuetum continuabit iter.
Hunc ergo raptum terris Ecclesia deflet,
Quæ illo defuncto est orba parente suo.
Orba est nauclero, rexit qui in fluctibus ipsam,
Et pater in dubijs casibus unus erat,

Israëlitice cecidit iam gentis asylum,
Cui Iesse domus nixa, columna iacet.
Natales Albicole tibi tristes ultima iusta
Expediunt uda sancte Philippe domo.
Extractos sertis tumulos festisq; coronant,
Luna suam quoties integrat alta uiam.
Pristina nymphæ etiam Nicri monumenta prioris
Comperiunt uitæ iam recolendo dies:
Esse suæ terræ carum natalis alumnus,
Pulcraq; sæpè aris fertu dedisse suis.
Hinc in stillantes lacrimas soluuntur ocellis
Candidulis manant flumina larga suis.
Hinc Echo gaudens antris in ualle Philippum
Dulcisonum crebris ictibus ipsa sonat.
Quantum Leucorides uero stupuere Camœnæ,
Postquam uox aures perculit illa suæ.
Qui tellure nigra nomen sortitus obiuit,
Illa Aganippæ fama, tubarq; chori:
Vidiſſes illas medio sermone solutas,
Candida frigidulo membra stupore suæ.
Sensus expertes labuntur, fauibus hæret
Vox, hac sueta loqui nescia uerba uice.
Nunc ergo lugent demissa ualle Philippum,
Non explebilis funera cara modis.
Valle ubi defuncto uita illo castra locârunt,
Victuro ornantes carmine busta noua.
Tardaq; tunc istæ Charites uestigia ponunt,
Inſinuans languor candida membra tenet.

Et quæ

Et quoties reuehunt Aethon, Pyroeis, Eous,

Atq; Phlegon claram luce micante diem:

Serta sacris ponunt cultæ fragrantia bustis,

Et sacrum pangunt ad sacra busta melos.

Hunc uiuis raptum deflent nemorumq; potentes

Syluani Albicolis numina sacra iugis.

Nec minus Aedon, cui te dulcedine uocis

Cygneæ æquiparant sancte Philippe, gemit.

Moeret, & annosa residens super arbore, fundit

Dulcisono insolitum gutture triste melos.

Et protestatus circa præcordia luctum,

Flebile iam ex illo funere fngit opus.

Quale melos pangit uiduatus compare turtur,

Qua sine non uiduum transfigit ipse thorum.

Nam quis non ictus lugeret uulnere tanto,

Lapsa ut lessæ est firma columna domus?

Si quis tantus erit forsan astorgus, eidem

Caucaseæ mammæ applicuere feræ.

Desinat in luctum totus, quem terminat, orbis

Voluendo Clarius nobile Phœbus opus.

Illud enim funus poenam impendere minatur

Toti orbi, Phœbi quatenus ambit opus.

Quando uiros pulcri tales extructor Olympi,

E medio terræ deuocat ipse sinu:

Immittit terris, peccati præmia, poenas,

Quæ cum longinquis proxima quæq; premunt.

Ergo relucentes summo pietatis honore

Demerit, ac ueniat poena luenda, prius.

Ne quoq;

Ne quoq; in insontes similis fortuna redudent,
Quæ grauis ad Stygios degrauet usq; lacus.
Si pendes anceps animi fortasse, LV THERO
Tempora defuncto mente reuolute tua.
Quanto bellorum uah tunc exarserit æstu,
Armi potens tota Teutonis ora plaga.
Exarsere nouis subito ciuilia bella
Motibus, armorum uis ferit astra poli.
Ira flagrantes diuersæ partibus orbis
Diuersis acies conseruere manus.
At tu sancte Deus nostros miserare labores,
Fac ueniat populo mitior aura tuo.
Tu benè demeritas poenas auerte benignè,
Dilecta prolis uictæ crux tue.
Contrahat irarum laxatas æstus habendas,
Officij dulcis sis memor usq; patris.
Nauarchasq; alios concusse suffice puppi,
Ne totam mergat missa procella ratem.
Erige qui solus potis es Deus alme ruinam,
Portio ne ruderum cætera tota ruat.
Quæ nisi sufficias alios ruitura minatur,
Qui simili studio pondera tanta gerant.
Quorum præsidio defensa Ecclesia sistat,
Ceu rupes tumido non uiolata mari.
Substitit ut patrocinio defensa LV THERI,
Et patrocinio tecta PHILIPPE tuo.
Hostes diuersis petierunt partibus orbis,
Alcedo ut rueret fluctibus icta uagis.

Subsistit

Subsistit hæc nihil minus imperterrita, docta
Ilorum elusit nec minus arte dolos.
Sic quoq; sinceri nunc hostes dogmatis urgent
Alcyonis mortes, exiliumq; pij.
Sed tu sancte Deus doctorum promove uires,
Impetum ut illorum sustinuisse queant.
Et nutritores, quos in statione locasti,
Doctrinæ sacra, protege sancte pater.
Suppedita uires, cœpta ut teneantur honore,
Propagent fontes dogmatis utq; sacri.
Vnde sacris scriptis lumina magna fluunt.
Hic ubi pinniferos muros allabitur Albis,
Rursus ubi eluxit religionis opus.
Hic ubi Sicelides fixerunt castra Camœnæ,
Nec non Ausoniæ florida prata colunt.
Atq; ubi cunctis diuine tempora certa datis
Est instauratum religionis opus.
Et caput æthereas super erexere Camœnæ
Nubes Aoniæ te moderante uias.
Vos autem incœlit, quæ nam tam dira libido
Quæ cunctis diuine tempora certa datis?
Vt tanta uirtute virum hunc insigniter auctum,
Vos mandaretis mortis obire uices?
Quæ mentem occœcans lucri spes pulcra refusit,
Quæ ue manus auidas suasit habere manus?
An nihil faciens diuini numinis æstus,
In quoduis sese præcipitare nefas?

Cuius

Cuius in augusto cœlis accepta reluxit
Ingenio pietas, uitaq; labo carens.
Innumera pestes hominum duxere per annos
Etatem seros, pondera sola, suam.
Tot uiuunt præsentia tetra catharmata terre,
Digna uel in cunis interisse suis.
Ut genus inuisum semper melioribus estis,
Quæ nulli uite stamina firma datis.
Sub manibus uestris lactantum concidit agmen,
Et quorum uestit prima iuuenta genas.
Nec canis senibus uestra inclemencia parcit,
Quorum iam fermant iuncta bacilla gradus.
Nec minus illorum rumpuntur stamina uite,
Quorum cana fides, integritasq; liquet;
Quorum terrarum uirtus est cognita sphæra,
Virtus ad superas clara leuata polos:
Ac quorum uita est uicijs infecta nefandis,
Presseruntq; solum pondera tetra modo.
Cur sine respectu sic omnibus estis inique,
Nec sua uita ulli certa, tenaxq; manet?
Hæc quia fixa sacre menti sedere Tonantis,
Que rata decernit, que placuere semel.
Colligit æterne mellita in gaudia uite,
Queis citra labem uita peracta, pios.
Rapti hac sentina, luctus quæ plena fruantur
Colloquio dulci, contuituq; Dei.
Cognitio rerum menti q; integra paretur,
Quam minime assequitur carcere clausa sub.
Vnde

Vivat & eternum mens nulli obnoxia curæ,
Exactæ uitæ præmia digna suæ.
At qui probrose duxerunt crimina uitæ
Laudi, Teneris liminis antra colunt.
In quos irarum Deus omnes fudit habens,
Et uiciata premit pectora liuor iners.
Omnia labuntur uota in contraria retrò,
Mens gemit, eternis afficiturq; malis.
Quem uero rapuit nunc inclemens nostra,
Qui Clarij cœtus portio prima fuit:
Qui commune bonum uiuens, communeq; terris
Exitium moriens, nunc quoq; latus agit.
Thariadis gremio cani requiescit, & inter
Cœlestes pangit iam quoq; dulce melos.
In patre quoq; tenente manu, gnatoq; Tonante,
Pneumate & in sacro lumina fixa tenet.
Mystica corruptæ rationi abscondita præsens
Aspicit, & tantis percitus illa stupet.
Orantes audit patres ætate uerendos,
Et uice conuersa mutua uerba facit.
Amplexusq; tuos Aëdon candide Cygne
Excipit, alloquio iam fruiturq; tuo.
Iam (meministis enim) confertis tempora seclis,
Ut uestri fuerint obsita tetra situ.
Vt uerbi uestroq; labore refulserit aura,
Detecta Stygia fraude, doloq; sacri.
Vt pater Ausonius cum nulla refulserit auri
Postmodo spes, expers, luxerit, omnis opis.

Vincit

Vicit in aeternos aeternum spiritus annos,

Ast urnæ placide condita membra cubant.
His sic effatis tunc dilabuntur in auras,

Fatales, teneras, numina saeva, Deo.

Ast ubi Cyrrhai rumor uenisset ad aures,

Clausisse hoc tantum fata suprema iubar.

At tonitus sibi tanta infligi uulnera dicto

Ocyus articuli tunc cecidere chely.

Nam docto resonas tenetabat pollice chordas,

Aures ut doctas fama maligna ferit.

Turba nochenarum quoq; consernata sororum,

Cum Clario quantum nunc genuere Deo.

Ver erat, irriguis ad prata recentia riuis,

Carpebat tardos turba nouena gradus.

Capta animos Zephyri mulcenti flamine lenis,

Qui creber multum gramina parua iuuat.

Colloquiq; sacris fragrantia tempora fallens,

Omnigenos flores pollice casta premit.

Inde suo diuo neciebat prompta corollas,

Ornabatq; suis tempora pulera comis.

Postq; suo ambrosio ponebat ferta capillo.

Vt Clario diuo conspicienda foret.

Ast ubi percussò uclocibus appulit alis

Aëre, de tanti funere fama uiri.

Serta repexarum subito cecidere comarum,

Contraq; in lacrimas est resoluta graues.

Tunc tenuit languor uiridi uestigia ripa,

Nec facit officium mens labefacta suum.

TMG

Tunc luctus totum Parnasi uertice montem
Implet, ut æthereo clangit in orbe fragor.
Respirans tandem luctu sic ora resoluit.
Aurea, Pegasei duxq; parensq; gregis.
Parcitis ut nunquam Parcae melioribus atrae,
Cum tantum feriunt spicula uestra decus.
Quod nostro tenuit sacrato in uertice primas,
Cui uictrix cessit turba nouena frequens.
Quisq; retexendo uel secula multa reuusat,
Reppererit certè nullibi tale decus.
Sic etenim largè de nostris fontibus hausit,
Ne minimum posset praterissè quidem.
Si quis nec seris Nelidae cesserit annis,
Non similem cernet secula ferre uirum.
Sed quia sic fatis uisum, proh fata, seuera,
Ut uestro imperio subditus ille foret:
Cedamus fatis, nec enim superabile nomen
Quod semel hæc animo constituere, manet.
Attamen ut tantum decus ornem munere digno,
Gloria quo tanti stet sine fine uiri.
Carmine cantabo uicturo tempore quoquis,
Ipsius augusti nomina magna uiri.
Ambrosia dabo uicturus uescatur opima,
Miserat & dulci nectare pocla sua.
Muneris hoc habeat fatis credentibus ipsis
Quo, uel defunctus membra, beatus erit.
Eius fama, superstes erit, laudesq; uigebunt,
Donec in hoc mundi carcere corpus erit.

f

Et licet

Et licet in merito petulanti Zoilus ore
Detrectet, laudes obtenebrare uolens.
Sed tamen incassum cedet labor . irritus ille,
Huiusq; cludet laus grauis ipsa minas.
Excellentis enim comes est uirtutis, inertum
Arcadica arrodens pectora liuor iners.
Sicut perpetuus Comes est informis aperti
Ad Solis positi corporis umbra iubar.
Attamen ipsius superum petet aethera fama,
Cum Stygias umbras liuida turba colit.
Ilia rumpantur quamuis conuicia lingue
Mendacis, laudi nil nocuisse queunt.
Exili arctarat natura in corpore quanta
Ingenij, rerum, Dædala dona, parens.
Que quaecunq; licet si non mirabitur etas,
Sincera Arcadicam turba fuisse feret.
Sic ait, assistens simul astipulata corona,
Deliquio mentis concidit ægra suis.
Tunc habitu pulcro Musarum turba relicto,
Iam tristem membris applicat ægra suis.
Aurea promissos flauos redimicla capillos,
Integra adhuc cum res, implicuere prius.
Palla sinus fluxos tunc exornata trahebat,
Gemmæq; articulis enituere suis.
Iam rebus lapsis heroë Melanthone uitæ,
Inuoluunt, functo, tristia pepla comas.
Palla sinus fluxos oblonga recincta coercet,
Nec suus articulis iam uenit ullus honos,

Sic fontis præses mœrore Melanthona ademtum
Castalij luctum, Mnemosydesq; probant.
Nos ergo mentis prodamus uulnera nostræ,
Indicio ex illo funere facta pari.
Concidit immensam rapiens spes nostra ruinam
Secum, nonnulli quæ relevanda uirum.
Israëlitice gentis collapsa columnna est,
Lapsaq; Gorgonei portio prima iugi.
Verum ne obstreperi carpentes munera somni
Turbemus manes, ora Thalia preme.
Et si quem pietas mouet acceptissima cœlo,
Ut placidè recubent condita membra roget.
Spiritus etherea uiuit sublatus in arce,
Letus inexhaustis iam fruiturq; bonis,
Floribus erectos tumulos fragrantibus ornet,
Et soluat tanto iusta suprema uiro.
Et mortis reuehit quoties Hyperione cretus
Orbis emensus tempora certa suos:
Annua sacra piè defunctis manibus offer,
Muneribus dignis accumulata sacris.
Ignoscas autem, laudes, uirtute Melanthon,
Si non assequitur nostra Thalia tuas.
Da mihi diuinam uenam Colophonis alumni,
Vatis & Andæi carmina prome mihi.
Non tamen ut tua laus dispergitur assequar illud,
Ut dicar dignus præco fuisse tuus.
Vel citius numerem quot pontus uoluat arenas,
Quot supera niteant in regione faces:

Vel quot apes gnads cerealis pascat Hymettus,
Quamq; auras uolucrum corpora multa secant:
Vel mare squamigeri coetus quo corpora fundant,
Quot ueris flores tempora lata ferant:
Quam præcelsa tua pertexam encomia laudis,
Perfectis numeris o uenerande senex.
Iamq; leuata supra cœli cataphracta recurui
Siderea, & nullis exuperanda modis.
Laus tua per totum orbem non exhausta uigebit,
Dum terras aér, æqua terra leuat.

PHILERGV S EC
LOGA ANTONII HOE
NONII TILLEBERGENSI S.
De morte reuerendi et clarissimi viri
Domini Philippi Melanthonis.

LYCIDAS. ALEXIS. IOLAS.

E xtinctum Lycidas multo sermone Philergum
Secretis lucis, & littore solus oberrans
Sæpè memor domini nec quicquam flebat ad Albis,
Et miseræ querens solatia plurima menti
Heu tristi tales rumpebat pectore uoces:
Fons D E V S est uitæ, uitam speramus ab ipso
Perpetuam, licet hinc parcæ fatalia nentes

Stanning

Stamina nos rapiant, & ineuitabile fati
Ius rigidum, pariterq; senes, iuuenesq; trucidet,
Serius hos, illos citius, promissa parentis
Eterni rata, sunt etenim sine foenore nobis.
Iacircò stultum nostri dixere priores
Id mortale genus, noctesq; diesq; suorum
Quod fleat interitus, lethi uia cum semel una
Omnibus è terra natis calcanda sit, omnes
Simus & hos rursum sumturi corporis artus,
Post dulcem somnum, renouata carne priori.
Natura tamen imperio, que mollia nobis
Corda dedit, luctum cumulantes, funus amici
Prosequimur, testesq; pijs sine fraude doloris
Sèpè madent largè suffuso flumine ocelli.
Illud sublato mihi nunc pastore PHILero
Euenit, inter oues uel si benè condita uersu
Carmina decanto, uel membris nocte solutis,
Somno suppressus iaceo, uelamine tectus.
Sic att, atcq; memor nuper uiuentis amici
Exanimis totus, lacrimas fundebat inanes,
Flebant tum coryli, circum quoq; consita quercus
Stillabat guttas, & oues ad pabula ductæ,
Præ nimio domini lacrimantis amore dolebant.
Tantus erat luctus, densa inter robora, quantum
Effudisse ferunt Thisben cum uiscera ferro
Pyramus ad pactæ confederat arboris umbram,
Post etiam sumens sœnas in vulnera uires.
In pratis, secum tam tristia fata querentem,

Audierat calamos inflare peritus Alexis,
Percitus atq; sui miseranda uoce sodalis,
Ibo, refert, causamq; mali, luctusq; requiram.
Nec mora, conueniunt Lycidas & Alexis in unum,
Tum prior incumbens baculo sic cœpit Alexis.
ALE: Ede palam Lycida, cordis pars altera no:
Nec celest quicquam cur te mœrore fatigas? (str.
Quid tantum luges? cur fimbria pulla galerum
Cingit? & insolitus circum te serpit amictus?
Vel tua cur totum cessat suspensa per annum
Fistula? disparibus septem compacta cicutis:
Quam, quæ cantabas, meruerunt carmina quondam.
Te memini (nec enim, nisi me sententia fallit,
Firmiter impressum capiti semel excidit ulli)
Vestitu lynces imitari, Pana canendo.
An tua Chrysothemis, constans quam fama ferebat,
Te solum medijs, totumq; souere medullis,
Pacta reformidat connubia turpiter ignes
Concipiens sub corde nouos, flamasq; recentes,
Dum procul ignotis miser in regionibus erras?
Vel mala præteritam turbârunt somnia noctem?
Somnia non uanos nobis portantia casus.
Talia præmetuens mala maxima mœstus Alexis
Voce refert, Lycidas nihil intractabilis audit,
Sed celeres animi motus iam diuidit illuc,
Iam rapit huc, uarias in partes omnia uersans,
Nunc uocat illacrymans umbram, manesq; PHILEGI
Nunc rigidas leges accusat, & ipsa deorum Iuris

Iura magis, fletu ualles & complet amaro.
Nil minus interea tamen ardens instat Alexis,
Et Lycida, clamat, nimium ne cede dolori,
Sat lacrimas sensere genae, sat lumina fletum,
Tu modo, quæ turbent, referas incommoda mentem.

LX: Annius in gyros hac luce reuoluitur orbis
Mensibus elapsis, ex quo senis ossa PHILergi.
Deflentes lacrimis, & corpus humauimus ipsum.

AL: Pastor ad Elysios deserto corpore campos?
Deserto grege & desertis pastoribus? aeo
Exist, infesta sublatus morte PHILergus?
Scilicet id nobis, si mens non laua fuisset,
Virgarum iunctos memini prædicere fasces,
Quos Mycon, et Corydon, quos uiderat ipse Palemon
His oculis egomet stupida quos mente notaui,
Dum nitidi scrutor sinuosa uolumina coeli,
Gnosiacam querens præsaga per astra coronam,
Quæ iubet imbelles tepidis ab ouilibus agnos
Vere nouo, clausis in pascua pellere septis.

LX: Vera recordaris, nec te mens fallit Alexi,
Conspexit & tales, cœli per inania formæ,
Magnorum semper metuenda fuere malorum
Signa, famis, belli, cladis, pestisq; futurae,
Nec non interitus grauium pietate uirorum.

AL: O simulacra gregi nimium funesta relicto,
O lacrimosa dies, & cunctis lucifer annus,
Quo cecidit moesto sublatus funere, nostri

Ruris, & etatis decus immortale PHILergus.
Cum tamen insignes neq; non super aethera notis
Extarent Medici? Damon, Melilætus, & Hægon,
Quos, prius amissam succo reuocare salutem,
Et ualidum membris robur superaddere lesis
Posse, mihi, quondam memorabas, facta canenti
Phillyridis studio præstantis, & arte medendi?
Quod non quæsierint seuum prohibere dolorem,
Aut prorsus fœdi contagia pellere morbi.

L Y: Et senior Damon longoq; peritior usq;
Et Melilætus, oves herbis qui pascit odoris,
Si quando molles morbus superauerit artus,
Adfuit, & prudens cum quo propiora PHILergus
Vincula iungebat, multis dilectior, Hægon.
Is, uelut ingenio superat, quos diximus omnes,
Sic post annorum fuerit cum firmior etas,
Crescit, & à pecorum tolletur ad astra magistris.
Hos, simul & reliquos, eadem qui rura colebant,
Namq; sium munus peragebant gnatiter omnes,
Herbarum uidi species coniungere mixtas,
Sed frustra letho membris adhibere sepultis.
A L: Ergo post magnū (testor querceta) Menalcam,
Unika pastorum laus, & spes sola PHILergus
Occidit, emeritæ præmensus tempora uitæ,
Quandoquidem diuūm sic tristia iussa uolebant.
L Y: Cum uigili cura ratio nil proficit artis,
Nil medicina potest, nec quidquam promouet usus,
Mors infesta bonis, sorti mors inuidia nostre,
Lathifex

Lethiferos annes herbis ubi miscet odoris.
Sed tu si quod habes sub arundine carmen Alexi,
Quod uel inextincti decantet facta PHILERGI,
Vel leuet accensum nostro sub corde dolorem,
Incipe te ueniens ex ualle sequetur Iolas.
AL: Magna quidem Lycida sed non iniusta requiris
Nam quoq; defunctis aliqui debentur honores,
Præcipue quorum dum spiritus ossa regebat,
Vita modesta fuit, uerbisq; probata piorum.
Ingenij licet ille labor sit diuinitis, uno
Nec reddi queat ore, sonos sed mille requirat,
Quantocunq; tamen studio compacta cicutis
Fistula disparibus poterit, quam seruo, PHILERGUM
Laudibus extollet, D E V S est qui iusta rependit
Præmia, coelicolæ neq; desunt talibus ausis.
Verum, uicini uocem ne fluminis undæ
Impedit int' inter saxosas murmure ualles,
Aut percussa uago nos turbent littora fluctu,
Prætereuntis aquæ per concava saxa recessus
Linquamus, uirides, mecum concede sub ornos.
LY: Non procul hinc liquido pomaria fonte ri=
Hic cerasi præbent enata sedilia frondes, (gantur,
Grataq; suppeditant molles umbracula uites,
Si placet huc teneros dum pascit Tytirus agnos,
Iobinus, alternis resonabit aueno, camænis.
IOL. Tardus ad h.ec quamuis pastoria carmina
Incomptamq; feram uocem, duramq; cicutam, (ueni.
Si tamen, in sylvis ipso cantante, quid hausi,

Manibus id tandem totum tribuatur amatis.
At tibi maiores quia sunt in carmine uires,
Ingenij primus neruos tentabis Alexi.
AL: Plangite Castalides, uatum pia numina, Musæ
Humano genus est non ærumnosius ullum,
Quis? nunc quis calamos? densa sub fronde iacentes
Tollet & inflabit? tales contingere cannas
Orc quis audebit? quæ nunc in montibus altis
Vel per saxa iacent, tenera uel ab arbore pendent,
Ipse quibus iuuenum mulcebat corda PHILERGUS.
IOL: Plangite Castalides, uatum pia numina, Musæ
Humano genus est non ærumnosius ullum.
Inter amicicias distinguere doctus, et inter
Fucatam, ueramq; fidem, uirtutis alumnus
Quem Nicer in lucem felicior edidit annis
Mortuus inter oues, en Monte quiescit in albo.
AL: Plangite Castalides, uatum pia numina, Musæ
Humano genus est non ærumnosius ullum.
Mirabundus ibi subsistet sœpè uiator,
Siue uiam pedibus, seu nauita puppe per undas
Carpet, et o socij dicet felicia quondam
Tecta, gregum quando uiuebat cura PHILERGUS.
At (corylos testor) nunc infelia prorsus
Tecta, procul tenues quando secessit in auras.
IOL: Plangite Castalides, uatum pia numina, Musæ
Humano genus est non ærumnosius ullum,
Tuq; fleas Helicon, similis non gratia lingue,
Nec rerum maior cedet prudentia multis,

Nec tibit donec eris, tantus nascetur alumnus,
Quantus erat præstans pietatis laude PHILergus.
A.L. Plaudite Castalides, uatum pia numina, Musæ,
Humanæ genus est non ærumnosius ullum,
Ad fontem pietas terris erepta recurrit,
Grataq; perpetuos habitacula querit ad usus,
Sic quoq; non sicut pietatis imago PHILergus
Raptus ad æternas, animarum gaudia, sedes,
Sidera quæ quondam fulgentis semper Olympi
Est perscrutatus, cœliq; uolubilis orbes
Sub pedibus uidet, et medijs exultat in astris.
L.Y. Plaudite Castalides, uatum pia numina, Musæ,
Humanæ genus est non ærumnosius ullum.
Congrua sunt morti uitæ benefacta prioris,
Pastorum decus, æternæ nouus incola lucis
Factus, apud superos, manes gaudete, quiescit.
Et nemus Elysium, fortunatosq; recessus
Incolit, ingrati pertæsus secula mundi,
Emeritæ donec quisquis sua tempora uitæ
Permenitus, præsens præsentem cernet amicum.
A.L. Plaudite Castalides, uatum pia numina, Musæ,
Humanæ genus est non fortunatius ullum.
Coelatumq; bono de marmore condite bustum,
Et breue concisis carmen superaddite membris,
Vel sic, uel simili post quod legat ore uiator:
Hac sub terrena requiesco mole PHILergus,
Fermosi pecoris custos, pecorumq; magister.

O. Plaudite Castalides, uatum pia numina, Musæ,
Humanæ

Humano genus est non fortunatius ullum.
Spiritus (inuentas quia claudere fata per artes,
Viuentis labor hic fuit, & cognoscere Christum.)
Æthereas sedes, & prata recentia riuis
Incolit, omnipotens ipsi que tradidit Heros,
Nectar ubi potant, lateq; per agmina fusi
Felices uarijs pascuntur floribus agni.

EXEQVIAE
REVERENDO ET
CLARISSIMO VIRO
PHILIPPO MELANTHONI,
in Acadamia VVitebergensi factae a
Iohanne Maiore Ioachimo: Do-
ctore Theologie.

AM sol ingentes ter mille peregerat annos
Orbis ab exortu, magnoq; ita criminis mundi
Religio patrum multos neglecta per annos
Conciderat, uacuæq; suis cultoribus are
Stabant immemores uoti, ingratae q; salutis,
Siue dolo, seu iam mundi sic poena ferebat:
Cum genitor faciem hanc coelo miseratus ab alio,
Nec torpere graui passus sua sacra ueterno,
Magnis

Magnanimum Heliam cum fido misit Elisa
Imperio accitos, qui sacra immania gentis
Belidae, arguerent manifesto numine uerbi,
Et populum antiqua sub relligione tenerent,
Ambo animis, ambo insignes præstantibus ausis.

At postquam cursum dederant quem fata peregit
Helias, et iam fallax concesserat umbra
Vita die, et fulsit tenebris doctrina fugatis:
Ecce Dei natus, non est mora libera terris
Amplius Helia, coelum est quo tendimus, inquit,
Posceris, et coelo expectat te currus ouantem,
(currus erat turbo radijs qui pluribus ignem
Proiecit, et rutulis hinc atq; hinc pingitur auris.)
Hunc preme, et huic necum uictor te crede per aut
Fata uocant, eia, terraq; hominesq; ualete: (ras,
Dixit, et ex oculis tenues sublatu in auras
Heliam curru radiantibus intulit astris.

At pater excedens tellure, uocauit Elisam
Ad partes tantorum operum, curamq; docendi
Imposuit solum tantis quem rebus habebat
Consortem, et casus fuerat complexus in omnes.

Ingenuit cari grauiter genitoris amore
Ut uidit iuuenis, simul hec, quis credere posset
Tantum discessu mihi te nunc ferre dolorem:
Tu regno munimen eras, nihil omnibus actum
Armorum impensis, nec tantum in prælia currus,
Aut equitum turmæ potuere, aut bellica uirtus,
Quantum tu regno et rebus communibus unus

Contule=

Contuleras, equidem non dicere uera pigebit,
Nam tu noster eques, tu currus instar agebas,
Quicquid & in toto benè gestum est corpore regni,
Hactenus Eliæ precibus stetit: hei mihi quantum
Præsidium Syria, & quantum tu perdis Idume.
Sic memorans, uultum lacrimis ac ora rigabat,
Atq; ut discedens præceperat optimus illi
Helias, si qui lapsus, error' ue fuissent,
Pallia fuscipiat, condatq; errata magistri,
Hæc capit, atq; humeris aptat nunc alter ab illo.

Ergo scholæ, quâ lata patent Bethelidos arua,
Et Iericho foecunda rosis, & Gilgalis ora,
Egregium uatem uati succedere gaudent
Sorte noua, atq; illum uenientem pectore toto
Accipiunt iuuenes, pendentq; docentis ab ore.
Accingit uates operi, patiensq; laborum
Formabat mentes iuuenum, quâ flumine sacro
Iordanis foecundat agros, & sortis egentes
Matres, atq; uiros paruae circum antra Sarepte
Officij plenus dictisq; opibusq; leuabat,
Et regnum ornabat uerbo, & præstantibus ausis.
Quin etiam gratis aliena è gente Naënum
Tabe leuat: ueniamq; dari iubet hostibus ipsis:
Multa quoq; illustri fastidia passus ab aula
Sustinuit: plenusq; Deo longè antè canebat
Fataq; fortunasq; graues, quibus ordine longo
Debentur, quicunq; Deum præcepta perosi
Non finem posuere malis: quiq; arma secuti

Impii:

Impia : nec ueriti per amici fallere nomen.
Quondam etiam insultant pueri, diuinaq; rident
Verba senis, quos ille rudes formauerat antè
Artibus, & primis dederat præcepta sub annis,
Hos super antè Deum supplex per uota precatus
E latebris ursos ridentum in fata ciebat :
I nunc & uerbis doctrinam illude superbis.
Ergo ubi bis septem labentia lustra docendo
Expluit genitor, præstantesq; inter alumnos
Egregium eduxit uatem quem miserat Amos :
Hic annis grauis, & studijs iam fessus Elisa
Assyrium terrorem inter regniq; labores
Contracto languore iacet, supremaq; Parca
Fila legunt, metasq; dati peruenit ad æui.
His uero ut Ioe regi iam nuncius aures
Verberat, egregios humeris rex scindit amictus,
Et uenit in medios, atq; illie uate reposo
Proculbit super, atq; heret lacrimansq; gemensq;
Multaq; se incusat qui non suspexerit antè
Factaq; uirtutemq; uiri sanctosq; labores :
Et quamquam sero agnouit, tamen optima dona
Agnouit tandem : pacemq; & commoda regni
Acceptum uati tulit, & pro talibus ausis
Illum etiam patris dignatur nomine, & illum
Currumq; aurigamq; uocat, debinc præmia solui
Posse negat, guttisq; humectat grandibus ora.
Iamq; dies fati instabat, fractusq; labore
Lacra, suosq; Deo precibus commendat Elisa,

Quæq;

Quęq; in promissum sua sit fiducia semen
Edocet, immiscetq; preces, tum uita per auras
Concessit lata ad superos, corpusq; reliquit.
Hic uero obijcitur monstrum, magnoq; futurum
Augorio dictis, quę tunc quoq; plurima uates
De Christo ediderat passim, uitaq; futura:
Namq; uirum exanimem, nec iam cœlestibus ullis
Debentem, in lucem reuocarunt ossa sepulti.
Hac celebrata tenus uatum sit fama piorunt.

AT uelut antiquis fatorum arcana canebant
Alterum ab Helia manifesto numine ferri
Qui Christi aduentus anteiret munere primos.
Omnia Thesbitæ similis, uocemq; animumq;
Et miras uestes, & numen habentia uerba:
Sic quondam à patribus famam accepere minores,
Esse quoq; in fatis ut mundo redditus Enoch.
Iunctus & Helias ipsi: seu tertius orbi
Editus Helias fido comitus Elisa
Supremum aduentum Christi praeuerteret olim.
Hos fore prædictis testis sub uoce Ioannes,
Instar oliuarum, uacuas quę intonsa sub auras
Attollant capita, & sublimi uertice nutent:
Hos fore, qui claram doctrinæ extollere lucem
Conati infidias iniulta mente refutent,
Atq; tot egregias artes, pietatis alumnas,
Linguarumq; usus varios, in pristina reddant.
Dicta fides sequitur: natas hoc tempore Oliusi
Vidimus ingenti fatis se tollere sylua

Concordia

Concordi studio, paribusq; insurgere ramis.
Ille quidem Helias postremo in tempore mundi
Alter erat nostros fatalis Oliua per hortos
Hercinijs educta iugis, qua nulla uetus
Iapeti de gente prior, maior' ue coorta est
In lucem, nec tam praesens mortalibus egris,
E tenebris tantis tam clarum educere lumen
Quae primum potuit coelestia sacra repurgans.
Diuina ante oculos fodere cum uerba iacerent
In terris oppressa graui sub fraude Papatus:
En Germanus homo dictis contendere contrâ
Est ausus, primusq; sacris obfistere inquis,
Quem nec fama Papæ, nec fulmina, nec mimitanti
Murmure comprescit Latium, sed eò magis acrem
Incendit uirtutem animi, conuellere ut ima.
Ab radice nigri cuperet sacraria Ditis
Vi superum, & letho multare Baalis alumnos.
Ergo uiuida uis animi peruicit, & ausus
Sublati aperire dolis coelestia uerba,
Lustrate & Cereris cultum, uetitosq; hymenaeos
Primus adoriri, tanquam duo fulcra Papatus.
Primus & ille Fidem qua sola sidera adimus
Edocuit, stabiliq; animi uirtute professus
Doctrinam, stetit obnixus tela omnia contrâ
Iingenio, uitamq; in aperta pericula misit.
Ille & uocalis numen uenerabile Verbi
Exultit, & sacris ausus conuincere dictis,
Qui sua uisa solent uanis extollere signis,

Et premere auditū uires & pondera uerbi:
Namq; illi prē se iactant responsa deorum,
Et uano adflatū suspensi numine captant
Dementes, quos ille omnes ex ordine ponens
Compreßit scriptis: debinc sacra uolumina uertit
Teutonico ritu: pacatēq; instar oliu^m
In pacis studijs communi dēsse saluti
Noluit, & quanquam uaria in regione locorum
Exarsēre faces belli, furijsq; docentum
Mota loco pax est, aliqui dum somnia prē se
Vana ferunt, non ille tamen, non ille furori
Adiecit stimulus, nec cūsus attulit armis,
Sed menuit pacem excusso componere ferro.
Ergo illa florente Olea, pax floruit olim
Alma solo, moriente illa, pax mortua terris
Excessit, subiit bellum, tristisq; repente
Seditio: quod si maiores fata dedissent
Illi in luce moras, non tot Germania clades
Ferret adhuc, nec tot uidisset cædis aceruos,
Cognatas' ue manus inimica in prælia ferri,
Alternisq; instare odijs: ea sola potentes
Flectere uoce Duces poterat ne credere bello,
Ne ue aciem auderent opponere Cæsar's armis.
Tecta modò, & tutas seruarent milite portas
Armatiq; cauis expectent mœnibus hostem.
Atq; ea dum terris diuina negocia solus
Sustinet en socios tantis adiungere rebus
Cura Dei uoluit, partita sorte laborum:

Techi

Te cui larga fuit dicendi copia Iona,
Et qui se ueniens Pomerana ē gente ferebat,
Quiq; crucis nomen tenuit, dum uita manebat,
Et Rhēni in ripis ad parua moenia Bretæ
Dñs genitum heroëm, sed quo te nomine dicam
Cui paruos membrorum artus, parua ossa, lacertosq;
Induit, & parum finxit Natura Philippum,
Maxima quanquam illi mens, atq; inuicta ferendo,
Qui cùm partiri curas, suaq; optima facta
Lutherus, si quid uellet, tutoq; locaret,
Iam tum circumstante odio, quos fama Philippi
Obliqua inuidia, stimulisq; agitabat amaris,
Scindere qui iunctos animis, studijsq; uolebant.
Iamq; suos tandem cursus explerat Helias
Ultimus, & fidens animi, fixusq; manebat
Omnes per mortes animam dare, quām tua sacra
Abiurare Deus, qui ne quid triste uideret
Iam senior, fessura ponens caput, urbe paterna
Occubat, & Latio moriens animam abstulit hosti.
Corpus at exanimi multo gemitu, lacrimisq;
Vrbem ad Leucoream referunt, atq; aggere busti
Composito, multo decorarunt mortis honore.
Ut senior letho canentia lumina soluit:
Agnouere Duces insignia dona Philippi,
Sedatosq; animi motus, ea cura sagaces
Admonuit doctum precibus tentare Philippum
succedat, seruetq; uices statione Lutheri:
Ipsum rem studijs cupiunt decernere, & ipsum

Rectorem iuuenum poscunt, cui maxima rerum
Verborumq; fides, quando felicibus æquè
Tum comes auspicijs caro datus hæsit Eliæ,
Non ita certandi cupidus, quām propter amorem
Christe tui, scriptis illustrans commoda uita.

Hæc erat, hæc iterum quæ creuit Oliua sub aurah
Altera, quam gentes uariæ responsa petebant
In dubijs, & quæ multos lenire dolentes
Solando potuit, dictisq; auertere curas,
Cuius sub folijs positi, & felicibus umbris,
Soliciti monstros, animo accepere quietem.
Digna quidem terris nasci melioribus annis,
Ne uita incideret fatis agitata sinistris
Tempora : Sed si mens multis non leua fuisset,
Et menita auersas poterant demittere in aures:
Fors Germana minus uidisset terra malorum.

Sed motus animorum, & saeva incendia belli
Parte aliqua tandem ut fatis compressa quiérunt,
Et uentum ad pacis leges, sœcundaq; fuso
Concilia : haud ulli quicquam moderabile lingua
Consulere in medium uisi, nec pendere secum
Quid fortuna ferat populi, qui casus agat res:
Tantum illi inter se uanis de rebus agebant
Certantes, animosq; hominum in diuersa trahebant.
Sed pater intentus studijs quorum indiget usus,
Consilia in melius uertit, posuitq; furentum
Corda, uolente Deo, monitisq; instabat amicis,
Ocia ne rumpant patriæ, sedataq; paulum

Arma Ducum, moueant Stygijs emissâ tenebris :
Ne uero, ne me ad uanas impellite rixas.

Sed tandem accepta cùm primum clade leuari
Inciperent concusse urbes, formasq; priores
Disiectæ sumiseré scholæ : tum docta reuersum est
Ad monumenta operum, bello quæ rupta iacebant.

Sicut apes pinnis non possunt tendere pastum,
Nec legere aërios latices in suauibus herbis,
Matrem mellis, sequit dum turbidus aër
Imbris, atq; diem ex oculis rapuere procellæ,

Sed clausæ alueolis latitant, & triste susurrant,
Ocia neglegio peragentes moesta labore :
Sic quando inter se uiolatis legibus urbes
Luctantur bello, cessant opera, atq; labores,

Spreta latet pietas, studijs quoq; gratia rara est,
Tantum Musa ualet tela inter Martia, quantum

Libanias dicunt Aquila ueniente columbas.

Et quanquam furia obstabant ingentibus ausis,
Non opere in tanto quicquam leuitate remissum est.
Nec sanctas curas, & magna incepta Philippus
Deserit, aut tristi turbatus tempore differt :

Sed contrà accinctus studijs non segniter instat,
Et patiens operum, rebusq; assuetus agendis
Aut dictis iuuenes docet, aut dat scripta sub auras,

Ausus & ipse manu iuuenum censere laborem,
Et curas abolere humiles, suaq; ardua sensa
Substituisse loco : fandi numerumq; modumq;
Precipere, & suavi formare inculta lepore,

Vnus qui nobis conuulso cardine lapsus
Restituit linguas, artesq; in honore locauit
Barbarie pulsa trans Pontum, atq; ostia Nili.
Omne æuum studijs agitur, nec cana senectus
Imminuit uires animi, mutatq; uigorem,
Caniciem uitæ tegit, & sedit ilia circum
Succinctus tunica, libriq; ante ora reposti
Intentum exercent in relligione tuenda.
Quæ regio, quæ terra tui non plena laboris.
Sandæ senex magnis mundi iam functe peridit,
Sed cœlo meliora manent: tua docta reperta
Iucundo super aspectu mortalibus astant,
Et genium spirant: manet, æternumq; manebit
Doctrinæ corpus, monumentaq; cætera rerum
Materiem laudis, pietas dum stabit, habebunt.

Relligio in templis ut inutilis, inq; uolunt
Perstreperet, Verbiq; ignaras pasceret aures
Lusibus: ille dolos tandem, ambagesq; resolut,
Et facilem esse uiam uoluit, primusq; per omnes
Doctrinæ campos uolitans, se sustulit acri
Pectori supra hominem, sacras & uersus ad artes
Intima mente sua diuū ad penetralia cœsit:
Doctrinamq; uagam latè, neruisq; solutam
Contraxit pius, in numeruniq; repente coēgit
Lucida Theseo monstrans compendia filo.
Hic uir, hic est qui forte sua in commune laborans
Sinceræ pietatis opus mira arte redegit
Corporis in faciem solidi, diuinâq; pure

Scriptus

Scripta uetus statis relegens, erroribus altis
Expediit mentes, atq; execrabile sacrum
Stans in sede sacra, sibi quod pro Numine cultus
Vendicat, exigui cantatus Pollinis orbis,
Majestate sua exutum iam fraude reiecta
Pontificum, increpuit dictis, ueraq; repleuit
Religione animos, nodosq; & coeca resoluit
Texta doli, uerbis anceps haud antè repertus.
Hic pro confessu Fidei, memorabile fama
Sed breue scriptit opus, quo non exactius ullum
Vindelicis quondam terris coēunte Senatu
Imperij, missum est tibi Carole diue legendum.
Ille in Concilio procerum assistente corona
Quid teneat fari iussus, responsa ferebat
Ordine tecta suo, causamq; ante ora potentum
Pro Christo, & ueræ pietatis nomine dixit,
Ne quicquam accensus donis, farijs' ue superbis
Territus: ille Dei uerbis immota tenebat
Pectora, & obnixus Christum sub mente souebat.
Ille idem uano doctores aetheris haustu
Attonitos, Verbiq; hostes: Christi' ue negantes
Numina: confudit scriptis, fraudesq; reuellit.
Te quem degenerem populari à gente Maronis
Mantua in herbosis produxit Stancare ripis,
Quiq; Borussiacas implēsti erroribus oras
Meritos egregia migrans Ostander ab urbe,
Et qui foeda tenes malevolentis nomina campi,
Horresco referens, spredo qui numine Verbi

Expectare iubes raptus, dicens aethere ab alto
Augurijs inhibas, Flacij quem monstra sequuntur
Effera, Dic talem templis auertite pestem,
Et placidi seruare pios, ne cuncta pererret
Serpentis furiale malum, ueraique ueneno.
Parvus homo, & tantis o ciues undique pressis
Aduersantum odijs, tantos impunè labores
Perulerit & tantas scriptis euoluerit artes?
Hic claram rebus lucem attulit aspera clivo
Præcipiti, strata esse dedit, foedisque repletum
Prestigijs tantum, Christi purgavit ouile,
Regis ut Augiae stabulum Tyrimthius heros.
Ille etiam quæ sit sacris præstantia scriptis
Edocuit, quæ conuersis fiducia Christi.
Quo motore nouis cor rursum indulgeat ausis,
Et quam sortem obeat lex, & pia Gratia Christi,
Quis diuīm metus, & quam sit uenerabile Verbi
Nunus, & æterno placeant quæ uota parenti,
Et quæ signa ferat præ se Respublica Christi,
Quid regno Christi ciuilis in orbe potestas
Distet, & inter se qua sint ratione repulsa.
Inde Magistratus sancti, Vitæque iugalis
Exequitur laudes, & rerum signa sacrarum
Commendans populis ueros edisserit usus:
Quæ si cuncta meis complecti uersibus optem,
Magnus in immensum rerum mihi cresceret ordo,
Quid genus, & patriam memorem, quod pars
Bretta Palatinas tanto se iactet alumno. (per oris
Obiit)

Quodq; pater nulli armorum fuit arte secundus,
Quod puer addictus studijs, sacrata Camoenis
Templa frequentarit, & primos egerit annos
Haud molles luxus, aut curas inter inanes:
Parvus erat membris, sed factis uiuida uirtus
Ausa caput proferre suo maturior ævo.
Atq; illi puero Latiae, Graiaeq; Camœnae
Nosse suas artes dederant penitusq; repostas
Naturæ causas, secretaq; iura tueri,
Fatalesq; ignes coeli, uariosq; meatus,
Defectus solis uarios, Lunæq; labores,
Qui motus terram quatiat, qui nam, igne corusco
Fulmina molitur, uel qua uice sexua tumescant
Obicibus, ruptis freta, & in se deinde residant.
His lingue cultum addiderat, curamq; loquendi.
Seu dictis sedare animos, seu tollere malit.
Ergo in Gymnasijs doctrinæ insignia nactus
Penè puer graduum egregio gaudebat honore
Quâ Nicri iuga culta iacent, qua' ue ora Tübinger
Vitiferos despectat agros, & palmitæ uestit.
Cuius ubi inspexit mores, uariaq; rescertum
Cognitione animum, coniunctus fœdere stirpis
Optimus interpres Hebræe Capnio lingue:
Auctor erat Friderice tibi, (qui forte sub illo
Tempore fundabas habitanda palatia Musis
Ex Helicone uocans ad flauas Albidos undas,)
Ut iuuenem pro se tanta ad molimina rerum
Accersas, iube asq; rudi dare iura iuuentæ,

Hunc studijs restare canens, hunc poscere Musas,
Hunc fatis promitti iterum, qui sacra deorum,
Artesq; linguaq; in apertas eruat auram.
Quas ibi tum scriptis operas, quæ facta Philippus
Ediderit, paruo assuetus, patiensq; laborum,
Et quæ præstiterit ciuilis munia uitæ,
Audijt, & si quem calidi sub sidere cancri
Pressa tenet tellus, & si quem conscia brume
Opposito uidet axe, & quem Sol lumine sero,
Et quem clarus equis Oriens aspectat anhelis.
In manibus Musæ, quas ipse ad Teutonis oram
Induxit faciles quascunq; uolebat ad artes,
Heroum seu gesta uelit, seu pangere Christi.
Hic Sophiæ fontes quos tristis amaror habebat,
Instar Elisai quondam, gustantibus aptos
Esse dedit, uitacq; pios conuertit ad usus.
Autoresq; operum uariorum, artisq; reposte
Explicit, Graium uoluens antiqua reperta,
Germanam resonare docens uerba Attica pubem:
Et si non patria obstaret, Rhæniq; fluenta,
Graius erat, tantus lingua fuit usus in illa.
Huic pater omnipotens dederat cœlestia noſſe,
Et rerum cauſas, obitusq; inquirere & ortus,
Doctrinamq; omnem recti quæ conscia & equi
Dat leges uitæ officijs, & foedere certo
Describit quod fas homini, quod moribus aptum.
Quim etiam curæ est longos extendere in annos
Facta uirum, & rerum series ab origine mundi
Digerere.

Digerere, & serum scriptis trānsmittere in cūm.
Quas non ille artes, quae non monumenta priorum
Edidicit? quas non tām paruo in corpore dotes
Contulerat melior Deus & natura Philippo?
Conser enim diuina aliorum inuenta, librosq;
Nec numero, nec honore pares, nec simple uena.
Quis' ue ualeat uerbis tantum, qui condere laudes
Pro meritis eius posset, qui talia nobis
Pectora parta suo, quæsitaq; munera liquit,
Quorum si uellem numeros æquare canendo,
In Lybico uidear disponere littore fluctus,
Cūm ferus Orion hybernis mergitur undis.
Et tamen ille æquè grandis¹ bor, ardua si quis
Virtutum decora, atq; animi bona uincere uerbis
Aggressus, factis tām claris addere honorem
Tenderet, aut peregrè aduectas inducere formas.
Stat factis contenta suis imperdita fama
Iusticie, sensere pium, sensere fidelem
Communes quicunq; operas haufere laborum.
In uultu graue numen erat, sed Gratia in ore
Egregio, in dictis fatalis candor, in actis
Dexteritas rerum prudens, in fecdere pacto
Intemerata fides, & nescia fallere uita.
Nec leuis ambitio, nec amor furiosus habendi
Flexit ab incepto securum odijq; latentisq;
Inuidie, seu cūm manifestos iret in hostes
Intrepidus, seu cūm calidis se opponeret ausis
Falsorum fratum, & motus inhiberet iniquos,

Dum

Dum paci medium se offert, moderatior unus
Qui fuit in populis cum Teutona regna flagrarent
Dissidijs, semper cui cura auertere bellum,
Et pacem proferre orbi, placidisq; tueri
Consilijs, pressे succurrere religioni,
Omniaq; in studijs rerum conuertere ad usum,
Excipere insultus, & ne certamina fiant,
Fanda, infanda pati, atq; hostes superare precando,
Nec dictis certare ulli, aut decernere bellum,
Sed mussare animis, & uincere probra tacendo.
Non illum officijs piguit certasse priorem,
Atq; sui memores alios fecisse merendo.
Quin & confessos morbo, satis ue sinistris
Lenibat dictis, & non ope defuit unquam.
Finibus expulsos patrijs, in tecta recepit
Quotidiè solitus proprijs admittere mensis.

Quid memor em quibus ille preces ardoribus, &
Ediderit gemitus, superis cum debita uota (quos
Solueret, & te summe pater cum compare nato,
Et consorti aura studiorum in cœpta uocaret?
O quoties, & quæ nobis suspiria fudit
Læta precans statuiq; pio, & ciuilibus ausis.
Idq; unum in uotis habuit, quo föedere firmo
Duret ad extreum felix Respublica Christi,
Cui sine labe fidem, lætamq; in rebus egenis
Spem nutricë hominum, quiq; has comitatur armorum
Legauit moriens, neq; enim dare maius habebat.
Vtq; aliqui doceant iura intemerata salutis,

His indefessum studium, & cor ferre paratum
Optauit moriens : dehinc qui sunt cumq; profesi
Ingenuas artes, urgere fideliter illos
Ingenuas artes, & moribus esse magistros
Maluit, & pueros studijs educere honestis.

At iuuenes studijs operati, ante omnia prompti
Rectorum teneant se lege, & iussa uolentes
Expediant, placidumq; agitent cum ciuibus aeuum,
Discursu abstineant, leuum spectacula rerum

Ne celebrent, studia ad mores componere discant.
O ciues, ciues, referenda est gratia doctis,
Agnoscenda semel tot praestita munera ab ipsis
Hospitiibus, non o miseros deglubite, ne ue
Ignorate Deum memorem fandi atq; nefandi,
Hoc uobis moriens optauerat optimus heros.

At Roma imperium magnum tibi maxime Christo
Vni animis, opibusq; tibi se dedat, & olim (ste
Accipiat tua iura, dehinc & iura uetus
Seruet in integro, postq; indeiecta propaget.

Quin & uota dabant ducibus, quo foedera firment,
Externosq; petant coniuncti uiribus hostes
Pace donu facta, & nullo turbante tumultu.
Sunt etiam altores cœtus te Christe profesi,
Egregiasq; artes current, & premia reddant,
Sunt Necœnates & erunt Auguste Marones.

Idem optans mandata dabant, quo subdita turba
Pro ducibus pia uota ferant, & uiuere honestè
Affluescant, rerumq; statu præsentे fruantur,

Agnoscant

Agnoscant merita, & celsae uirtutis honor em.
Atq; ut se grati possint prestare magistris,
Commendat uirtutem illam discentibus artes,
Palliaq; ante oculos habeant quibus usus Elisa est,
Quæ pater Helias digressu liquerat ipsi:
His uicia occultent, tacitiq; abscondere discant
Si qui olim infirmis senioribus excidit error.
At uirtutem animi, atq; exhaustos mille labores
Decantent memores, iuuet hoc meminisse minores.
Hoc uenienti æuo doctis transcribite chartis.
Quod si aliqui fessis studio atq; ætate magistris
Illusere olim, nec habet petulantia finem
Turbandi studio, Chamiq; exempla sequuntur
Quà se aperit uia, & obnixi stant omnia contrà:
Dedicat his laqueum, poena & gestamen Iude,
Hoc uulgi illaqueant animos, quod carmine gaudet
Auriculisq; Midæ, nec habet discrimina rerum.
Deniq; & optabat quò credula turba Papatus
Agnoscat mature animum, erroresq; suorum,
Inq; uiam redeat cultus exosa nefandos
Sacratos dum ritè litans altaribus orbes
Ter centum tonat ore Deos, lustrataq; liba
Pro uotis offert uiuorum, & luce carentum,
Et face gentiles ferroq; tuctur abusus.
Quod superest, trifidum gemmis, auroq; galeriis
Defectori optat Staphylo, pro sorte laborum
Sacrificam ut gentem præsul ditione teneret,
Quandoquidē hæc merces sola est quæ decretat auaro.
Hæc

Hac suspiria, & hos gemitus uir magnus ad auraz
Assidue fundebat, & hac ita uoce precatus
Omnibus imperij statibus sua uota reliquit.
Cumq; quater denos & tres tamen insuper annos
Urgeret cursum studijs, uariosq; labores
Conderet, & nullo precio, precibus' ue minis' ue
Auelli incepto posset, statione peracta
Decubuit lenta correptus febre, nec ultrà
Esse sinunt Parca terris tam nobile lumen.
Sed studia & curæ non ipsa in febre relinquunt,
Ilo quippe die quo tristia fata uocabant
Fertur adhuc scriptis que truncæ ex parte iacebant
Adplieuisse manus, agrè cùm membra moueret
Vista suo, & tremulam posset uix ducere pennam.
Cum tandem in medios dat uocem, & pignora caræ
Cum genero, paruosq; amplexus ritè nepotes
Prosequitur uotis, supremum & uoce salutat,
Exoluï membris cupiens, & corpore liber
Esse penes Christum, superasq; euadere ad arces,
Talia dicentem uox unâ & uita reliquit,
Arg; animam placide ponens caput exhalauit:
Purpureo ueluti cùm flore Melanthion agris
Languescit moriens, aut nigris lilia terris
Luccumbunt, & colla suo decussa reflectunt,
Ecce minor in tectis luctus moriente Philippo,
Et subitus fragor, atq; ingens concursus ad ipsas
Exuias, qui im cùm demortua membra Iacobi
Per Canadæ populos magno ueherentur honore.

Circumst.

Circumstant gemitu ingenti, mulcentq; magistri
Pectora plausa sui manibus, pars pectora tundit
Ipsa sua, & lacrimis largè rigat ora profusis.
Multæ uiri uirtus animo, multusq; recursat
Religionis amor, promptusq; ad singula sermo.
Continuusq; labor: quam uellent ad uada Nili
Nunc efferre pedem, & uiuis attendere uerbis,
Et proprius conferre latus, & dicta notare,
Fata obstant, placidusq; uiri sopor alligat artus.
Sed tum morte sua studia interrupta iacebant
Multæ modis miris, tot enim tot commoda in uno
Mors rapuit, tantosq; orbi substraxit honores,
Atq; aliquem infandum casum fortuna minatur,
Cernis ut insultent hostes, Staphylusq; feratur
Per medios, furijsq; incendat corda regentum,
Atq; iterum in nostros Scythicis insurgit ab oris
Turca ferox, equidem credo noua prælia restant:
Securi interea cumulamus criminis poenas,
Ah dolor, atq; animis tantum certamus iniquis.
Sed nunc exactis compleetur mensibus annus
Ex quo reliquias, diuiniq; ossa Philippi
Condidimus terra, tumulumq; ereximus arce.
Et nunc ad cineres iterum cum carmine moesto
Adsumus, & festo grati celebramus honore,
Et pomparam hanc memores ferimus, monumenta dolos
Exigua ingentis, caro sed debita patri.
Fortunate Senex tibi nunc tibi præmia coelo
Expectare licet, quando hic tibi triste relistum es.

Doctrinae

Doctrinæ premium, nec parcit manibus ipsis
Qui nunc Parthenope scuit Tilomanus in urbe:
At tu magne Pater Diuum miserere, tuoq;
In sanum hoc detrude caput sub Tartara telo,
Quando aliter nequit infectam compescere linguam.
Sed tu salve iterum atq; iterū dijs care Philippe,
Qui rem Germanam magno feruente tumultu
Seruasti precibusq; tuis, studioq; fideli,
Tu letus nunc pace agitas, fruerisq; Deorum
Alloquo, & dictis uates affaris amicis.
Tempus erit cūm te pater & tua maxima facta
Inscribam Cedro, si quid mea carmina possunt,
Huncq; diem dum fata sinent ego semper acerbum,
Semper honoratum solenni carmine habeo
Quo res cunq; cadent, nec sit mihi gratior ulla
Quam que magnanimum seruat nunc terra Luthe=
Et gremio parui complectitur ossa Philippi. (rum,
Nos alias iam hinc ad lacrimas eadem horrida lethi
lura vocant, salve eternum diuine Melanthon,
Aeternumq; uale, & cape grati munus amici.

EPITAPHIVM PHI= LIPPI MELANT:

Hic iacet Europe decus et pia fama Melanthon
Corpore qui parvus, maximus arte fuit.
Cuius ob egregias uirtutes, claraq; scripta
Et pietas, & pax hac regione stetit.

b

Bretta

Breita uiri patria est, clarum uirtute parentem
Ampla Palatini fouerat aula ducis.
Sed puer in ludum missus Phorcenidos urbis
Indolis egregiae prouida signa dedit.
Mox patris in patriam tendens, ut disceret artes
Ingenuas, Nicri culta Lycea petit.
Et duo transegit cum lustra & quatuor annos,
Nactus ibi primum cepit in arte gradum.
Hinc iuuenem fecit titulo gaudere Magistri
Aonij nutrix clara Tubinga chori.
Tunc noua fundabat conductis atria Musis
Albidos ad flauas Dux Fridericus aquas:
Insignemq; uirum Capnionem ad coepta vocabat,
Augustae Imperij conueniente statu.
Capnio laude uehens cognati dona Philippi,
Hunc iubet Albiacē munus obire scole.
Hic tunc Argolico docuit sermone iuuentum,
Barbaries illo pulsa docente fuit.
Et Sophiae tristes fontes, uelut alter Elisa
Farre dato, gratos usibus esse dedit.
Nota uiri uirtus, nota est doctrina per orbem,
Proq; pia exhaustus relligione labor.
Hic fidei summam uerae, mandante Lutherō,
Obtulit Augusta Cæsar in urbe tibi.
Membraq; doctrinæ, corpus digeſit in unum
Sparsa prius neruis que iacucre suis.
Ac hostes fidei scriptis & uoce refutans
Multa foris subiit, multa pericla domi.

Et quin

Et quam Romani latè patet orbita regni,
Impleuit meritis templa scholasq; suis.
Donec ab ardenti consumtus uiscera febre,
In Christo placida morte solutus obit.
Et nunc ille quidem defunctus mole laborum
Conspictu fruitur, colloquioq; D E I.
Sacrificis ubi iunctus anis astante Lutherò,
Doctoris Christi pendet ab ore sacro.
Fors & uota facit quo sacra Ecclesia Christi
Vnanimi doceat cœlica iussa fide?
Mox tamen hæc surgent coelesti rore rigata
Quæ nunc ossa solo marcida febre iacent:
Cum uelut herba uirens florebunt ossa piorum,
Et Fidei capient præmia digna suæ.
Et te posteritas colet ob tua dona Melanthon,
O uir ingenio non habiture parem.

A L I V D.

Maximus hic meritis sed parvus membra Philippus
Pone iacet tumulum magne Luthcre tuum.
Cui pia religio se totam debet & Artes,
Et pax & regni publica commoditas.
Testis erit uitæ studijsq; actijsq; laboris
Quicquid Romano uiuit in imperio.
Cumq; odia à multis fuerit perpessus alumnis,
Nunc cœlo precium dulce laboris habet.
Ossa tenet tumulus, sed uiuit fama: iacere
Tot dotes uno non potuere loco.

EXEQVIAE
D. PHILIPPI ME
LANTHONIS, SCR
PTÆ AC RECITATÆ IN PV
blico congressu Academiæ Vitebergen
sis, Anno 1561. Mense Maio,
à Hieronymo Osio.

ILLVSTRISSIMO, AC REVE
RENDISSIMO PRINCIPI, AC DO
mino, D. Sigismundo, Archiepiscopo Magdeburgensi,
Primati Germaniae, Administratori Halberstdenii,
Duci Pomeraniae &c. & Burgrauio Nori
bergensi &c. Principi clementissimo.

Vt pia defuncto trahit ægra parente dolorem
Gnata, diu graue quo saucia uulnus alit.
Dum desiderio terit illius anxia curam,
Quam nisi longa dies, nulla medela leuat:
Sic dolet orba suo te nostra parente Melanthon
Musa, tuam quod nunc uana requirit operi.
Non uno quam ferre modo tu sponte solebas,
Dum tibi uita Deo dante superstes erat.
Tu uice patris eras, tu portus, & aura, sed illam
Te moriente mori spem potuisse dolet. Terti

Teres optat ad quondam autore tulisset,
Quas alias simili uix ratione ferent.
Sed auctore Deo quae non fortuna recusat,
Hæc hominum nobis nemo negare potest.
Aut mutata suum neget ut fortuna fauorem,
Dum fauet unus obest uis mihi nulla, Deus.
Condidit exuias tibi uile poëma parenti
Musa, boni quas est consuluisse tuum.
Quo uiuum mallet sinerent si fata parentem,
Carmine post obitum te celebrare parat.
Gratia si qua tamen nostris est uersibus, & si,
Quod uires nequeunt, uelle sat esse potest.
Non alio gratam datur hic quia prodere mentem
Nomine, parte, licet qua placuisse uelim.
Qualicunq; refert tibi Musa poëmata grates,
Dum dare nil aliud muneris illa potest.
Quo donare tui dominum ipsa laborat amantem,
Se placuisse tuo nomine posse putat.
Nil licet optatæ lecturo carmina promant
Læticiae, est plenum tale doloris opus.
Moesta referre tuam molitur pagina mortem,
Hanc est materiem non nisi triste legi:
Dum tamen hæc de te defuncto charta loquatur,
Forte mihi quædam causa fauoris erit.
Brandenburgiacam stirpem sortitur aucto
Iure, mihi Princeps ille patronus erit.
Urbem Saxonie qui curat Episcopus Halam,
Dulce Sigismundi nomen habere potest.

Omine facundæ linguae quod habere uidetur,
Munere naturæ uerba diserta facit.
Marchiadum laus illa Ducum nō parua, quod omnes
Eloquio linguae fama ualere docet.
Quorum quæ uirtus Europe impleuerit orbem,
Hoc alij scripto me meliore docent.
Quod mihi si qua Ducum per laudes ire uoluntas
Deficerent uires carminis huius opus.
Hanc immensa mihi conanti copia rerum
Scribere materiam grande moueret onus.
Horum cui uolui mœstos donare labores,
Quos mea Musa patris fecit amore sui.
Arguit hunc Musis clementia mira patronum,
Se quibus ante alios ille fauere probat.
Cui decet eternas agat illo nomine grates,
Cum socio celebrans semper Apollo choro.
Principis ut uirtus laudum præcone suarum,
Sic tute sacer Principe Phœbus eget.
Fama Ducum memori non se se uindicat aeuo,
Nī uatum usq; uetent scripta diserta mori.
Esse Ducum famule non Musæ hoc iure recusent,
Si dominos illis non piget esse Duces.
Vulgus, ut exornent, hæ non ignobile curant.
Quos facit illustres stirpis origo colunt.
Aut quos laude uehi dignos probat inclita uirtus,
Hæ celebrare suum quam quoq; rentur opem.
Digna Sigismundi pietas sic principis harum
Munere, qui Musis saepè patronus adest.

Et paucos reperiire Duces, qui talia curant,
Quiq; nihil studijs ferre grauantur opem.
Diligit ille uiros, quos docta scientia rerum,
Ingenij eximijs dotibus esse probat.
Texit es excellens Prætori laude tuarum
Virtutum, celebres quas sua fama facit.
Qui qualem generosa uirum mens arguat, illo
De Duce tu iudex optimus esse potes.
Mlore senatorum cui dum seruire laboras,
Præstantem ante alios te uidet aula uirum.
Dignius es ergo regas tali qui stirpe creatum
Consilio, quoties res iubet ulla, Duce.
Qui Latio doctas, ac Graio reddere uoces,
Teutona uerba iuvant cum minus, ore potes.
Mira tua comitis lingue facundia uerbis
Res ornare, tuo quas geris ore, solet.
Hæc ob uirtutes, ob hæc tua dona, fatemur,
Nobile te dicti principis esse decus.
Et tibi cur tantum Dux arguat ille fauorem,
Carminis inscribi cui libet huius opus.
Nostra licet uix sint hoc carmina digna patrono,
Velle tamen quoddam pondus habere solet.
Si, seu debueram, non principe digna uidemur
Hæc dare, materiæ forte placebit opus.
Bæt tu Paule faue saltem clarissime nobis,
Duxq; uolet Musis ille fauere meis.
T, C. deditijs:

Hieronymus Osius.

EXEQVIAE PHI
LIPI MELAN
THONIS.

A Vrea formoso facies cum redditur anno,
Et decus è terris se geniale refert.
Cumq; gelu grauis hyberno deseuijt aér,
Vernaq; temperies rebus amica redit.
Et uigor arentes iam uiuidus erigit herbas,
Aut natura nouas sole souente facit.
Iamq; Chelidonio florente remigrat hirundo,
Hospitis et noti tecta reuisit avis.
Cumq; redit foedis inimica ciconia ranis,
Veris et aduentu tempus adesse probat.
Cum uiret omnis ager, cum fronde pullulat arbos
Omnis, et è rupto cortice germen agit.
Iamq; comas sylue, ramosq; nouare uidentur,
Inde domos auibus fronsq; renata parat.
Arboreumq; nouos nemus induit omne colores,
Vernaq; luxuries gramine uestit humum.
Pròh dolor, hoc alijs perit una uirentibus arbos
Tempore, quæ Clarijs sacra Deabus erat.
Quæq; Deo gratos ipsi speciosa ferebat
Fœtus, et folij nobilioris opes.
Balsameum fruticem decori uelut esse fatetur
Arboreis hortis fama, fidemq; facit.

ANT

Aut qualem ille suo de succo spirat odorem,
Quo fragrante nihil gratius esse potest:
Haud secus ante omnes pulcherrima floruit arbos,
Huius & è folijs suauius ibat odor.
Durat adhuc qui spirando, nec desinet unquam,
In cariem ipsa licet stirps redigatur humo.
(Nomen ab undenis fontibus amnis habet.)
Campus arenosum Musis est cultus ad annem,
In quo grata tibi germina Phœbe uirent.
Hic diuina rigat crescentes gratia plantas,
Robur ut hæ lœto dulce uigore trahant.
Ut decorent olim maturis foetibus hortum,
Ac multi fructum plenius inde petant.
Nec modò sunt teneris sata tempore florida plantis,
Crescendi gratas quas facit esse labor:
Arbor adulta recens natis quin miscet honorem,
Germine que fructus uberiore parit.
Quorum tota fruens Ecclesia suauiter usu,
Hunc hortum merito iactitat esse suum.
Bonidum quem nobilitat cultura Dearum,
Hunc iucunda quibus res habitare locum.
Sed nunc moeror agit quas casu motus acerbo,
Flebilis ante annum cuius origo fuit.
Rebus in hoc alijs dum uita repullulat horto,
Vna renascendi non habet arbor opem.
Deserit illa suam moriente uigore salutem,
Quam radice sequi deficiente nequit.

Quæ quoniam una tulit fructum acceptissima Musis
Carpere quem magnæ commoditatis erat.
Hac pereunte dolor turbatas anxius hausit,
His qui mœsticie flebile mouit onus.
Hinc Duce cum Phœbo socias tenet ægra puellæ,
Cura moram lucu quæ grauiore trahit.
Arboris extinctum diuinum arente uigorem
Germine, nilq; magis roboris esse dolent.
Cuius odoratis folijs sua uerba notabant,
Hæc seu Graia sono, siue Latina dabant.
Illijs hæ fructu potientes robur alebant,
Quo studij ardantis dulce uigebat opus.
Quoq; feracis erant his uenæ in carmina uires,
Materiamq; grauem uerba diserta dabant.
At folijs, fructum illa suis quibus edidit arbos,
Non diuinus odor, non quoq; dicit honos.
In nihilum radix ut se cariosa resoluat,
Inq; caduca putrem stirps redigatur humum.
Nulla tamen folijs diuinum demet honorem
Ætas, quæ uiridi germine semper erunt.
Sic ferat ipsa licet foetus non amplius arbos,
Ante tamen fructus, quos tulit illa, manent.
Interea rediit reuolubilis annus in orbem,
Arboris ex quo stirps arida facta iacet.
Illijs è ramis fructum quia carpsimus omnes,
Hac meritò acer agit nos pereunte dolor.
Tempora quem reuocant solennem hæc annua nobis
Et memores animos illius esse iubent. Arboris

Arboris instar eras Musis diuine Melanthon
Fructu quo potuit dulcius esse nihil.
Te cùm deficerent morbo corpore uires,
Et mors exuia posceret atra senem.
Hei mihi quanta pijs tulit undiq; cura dolores,
Nata recens multis te moriente uiris.
Terra putrem exuia nunc efficit arida massam,
Spiritus ante Deum uiuit & astra tenet.
Corpus inane parens Gnatii modo terra recondit,
Vindicat arx animam præside tuta Deo.
Hec tibi gratari quamuis bona tanta decebat,
Heredem Christi quæ sine fine manent.
Cion tamen ingenio, non aut uirtute secundum
Ediderint euo fata priore uirum:
Non obliuisci sinit hæc iactura dolorem,
Turba grauem quam nos fecimus orba tu*ī*.
Magnorum mors sepè uirū denunciat iram
Moesta Dei historiæ quod secus esse negant.
Et quas prisca refert longis annalibus ætas,
Quasq; recens passim secula nostra gerunt.
Non' ne graues casus defunctio hæc tota Luthero
Sensit ab exequijs illius ora sequi?
Ingratum ergo uiris orbant cùm talibus orbem
Fata, sequi luctum non pietate caret.
Non obitu crebro tantum impendere labores,
Ingenio summi præmonucre uiri:
Nuncia diuinæ quin iræ ostenta per auras
Visa, Dei signum triste mimantis habent.

Diro

Diro conspectas audiimus omine uirga,
Aëris hac regio qua super urbe patet.
Viuere ter digno cū mors uicina Philippo
Esset, & huic morbi triste moueret onus:
Prodigijs pœnam qui dixit imagine pingi,
Quam patris exemplo uellet obire Deus.
Hæc mala ferales urbi portendere scopas,
Progeniem uirgis non ferit ense Pater.
Sed quia tale parum signum curauimus omnes,
Naturæ esse rati forte iocantis opus:
Consueto reuocare uolens à crimine morum,
Terruit ostento nos grauiore Deus.
Quâ decus astrorum sunt septem insigne triones,
Quâq; sub illarum sidera terra jacet.
Hâc ardore tetro nos igni uidimus auris,
Cum tenebras oriens dimouet inde dies.
Vna dabat fumos, diros pars una cruores,
Additus his signis igneus ardor erat.
Credibile est flammis arsurum talibus orbem,
Hunc Deus in cimeres quando iubebit agi.
Prodigio cui maior erat uis illa nimandi
Pœnam, mota Deo quam parat ira sequi.
Luce quod hac uisum, pueris qua infantibus olim
Impius Herodes funeris autor erat.
Omine quo se pœna notat fusura cruorem,
Conciliat melior nos nisi uita Deo.
Multæ monent armare Deum graue robur in iram
Signa, sed adficiunt illa timore parum.

Non

Non iubar herorum sat erat, famamq; Philippum

Ante mori, nobis quam placuisse potest:

Verum etiam, ingenij uiuent cui semper honores,

Milichium ante breui Parca maligna tulit.

Qui licet excellens existeret arte medendi,

Non tamen artis opus tunc tulit huius opem.

Pene duos uno nec uos modo sustulit anno

Parca, tamen nullis parcere nata uiris:

Sed dum luget adhuc sacerum pia Musa Sabini,

Ipsius exemplo cogitur ille mori.

Herorum ille licet, clarorum hic maxima uatum

Fama foret, mortem gloria nulla mouet.

Sic quem fata uocent hominum scit nemo priorem,

Euocat hunc bodie, cras aliumq; Deus.

Lotichium uatem mors hoc etiam obruit anno,

Cultorem Musis eripuitq; suum.

Cui tamen extingui celebrem non gloria famam

Laudibus ingenij nobilitata sinit.

Cui post exequias nomen ubiq; manet.

Qui quanquam alter erat medicado penè Machaon,

Non tamen extremam distulit arte luem.

Hunc omni uirtute potens dilexerat heros,

Quo Danis etas aurea rege fuit.

A Christo cui nomen erat fatale, Professor

Maximus iniicio pectore cuius erat.

Qui quo quemq; uirum norat uirtute priorem,

Hoc illi ante alios carior unus erat.

Hoc

Hoc erat ante alios cur te magni ipse Melanthon
Fecerit huic uitæ tempora donec erant.
Quod si posterior te cœli regna petisset
Hunc grauis hausisset te moriente dolor.
At nunc leta tenent ambos commertia cœli,
Est ubi colloquio dulce sonare Deum.
Pléias aurora bigis cum iuncta resurgit,
Et chelas Phœbo libra cadente leuat:
Occidit exacto cursu tu uita Melanthon,
Et tua deficiens deserit ossa calor.
Vere nouo recipit tellus uelut arida uires,
Rebus & hoc cunctis tempore uita reddit:
Sic tumulo mandata nouum tua membra uigorem,
Ut surgant Christo Leta uocante, trahunt.
Vernat ut arboreum fœcundo germen in horto,
Cui decus enatum uiuidus humor alit:
Membra uirent terræ uel sic commissa piorum,
Suntq; fouente uelut germina pulcra Deo.
Donec ad æternam surgant enata salutem,
Diuinoq; ferant flore perenne decus.
Interea usq; tui sed diu Philippe teneri
Nos desiderio non uetat ipse Dcus.
Ut qui fecit opum olim alienos sponte suarum
Hæredes, meritò gratia magna manet.
Sic te participes magnorum autore bonorum
Qui sumus, ingratos non sinat esse pudor.
Et quia defunctis ostendi grata uoluntas,
Ni memori sedcant hi tibi mente, nequit:

Has parat exequias tibi Musa Philippe parenti,
Orphana facta diu quo moriente dolet.
Heu te quanta sacris defuncto gloria Musis
Concidit, atq; tuo funere quale decus?
Non doctore suam modo te Germania pubens
Exultam linguis, arteq; mater ouat:
Quin aurora diem roseis uocat unde quadrigis,
Aut tenebras quā nox sole cadente refert.
Aut Notus unde ciet pluuias, Boreas' ue serenat,
Hinc petit Albinam missa iuuenta scholam.
Vngaris ora suos cum nummis mittit alumnos,
Ingenue hic ut emant sumtibus artis opes.
Dives opum regio sic huc Boemia gnatos
Mittit, & hos doctos inde redire uidet.
Ingenijs foecunda bonis Silesia largos
Hac etiam sumtus conditione facit.
Sic Prutenia frequens adit, hanc Romeranaq; pubes,
Et celebri dignam censem honore scholam.
Sic, licet huic studijs Academia clara sit ipsi,
Hanc urbem patrio Danus ab orbe petit.
Sic hanc Suecus adit iuuensis, sic Liuonius urbem,
Per mare terrestrem quod negat inde uiam.
Sic alijs iuuenes huc ē regionibus adsunt,
Quas sua Teutonicis distulit ora plagis.
Hinc loca dimoueant quamuis longissima gentem
Italicam, & studijs clara sit ipsa suis.
Gallia sit doctis quamuis cultissima Musis,
Et uia sub nostras longa sit inde plagas:

Huc

Huc tamen ex illis multos tua fama Melanthon
Traxit, & has oras fecit adire, locis.
Multi te studio tantum petiere uidendi,
Tæduit huc longas nec superare uias.
Maximus extreum quæ terminat ambitus orbem,
Nominis hæc nescit fama latere tui.
Itala te tellus Germanis inuidet oris,
Teq; dolet dici non potuisse suum.
Quemq; tibi conferre parem uirtutibus ausit,
Non habet, inuidia causa fit ille pudor.
Talem cum dederint te fata, negabimus æquum
Nos desiderio sèpè dolere tui.
Qua ducente fugit fato tua uita sub umbras,
Hebdomas historijs nobilitata uenit.
Quarum noticiam recolant ut sèpè minores
Conuenit, & ueterum gesta subinde legant.
Paschatis hoc festi sanctum celebravit honorem,
Tempore gens, placuit quæ magis una Deo.
Hanc seruare diem quia lex diuina iubebat,
Quæ toti populo ritè tuenda fuit.
Angelus Ægypti cœlo demissus in orans,
Matre satos primum sustulit ense maresi.
Sed non exitio dedit Israëlitida gentem
Tunc unà, uoluit quam superesse Deus.
Fas erat historiam memori quam mente tueri,
Hinc ea solenni more notanda fuit.
Quam qua gens addicta Deo celebrare solebat,
Historia alterius claret honore dies. Huc quis

Hac quia luce cibum Cerealem prima facultas
Carpendi populis facta uolente Deo est.
Cælestemq; cibum eripuit penuria Mannam,
Tempore tam longo quem dedit antè Deus.
Pauit ad hunc diuina diem quo gratia gentem
Bis uiginti annos dum mora longa terit.
Obsidione dies Solymam idem exercuit urbem
Primum, autore Tito quæ duce facta fuit.
Hanc etiam Augusti claram uictoria lucem
Reddidit, Austronij qui caput orbis erat.
Te Mutinam Antonij pulso cum vindicat urbem.
Præsidijq; minas uincit, et arma tui.
Hoc etiam populis dux anni tempore Moses
Primum Ægyptiaco fecit ab orbe uiam.
Cum sexcenta uirum grassanti pone Tyranno,
Millia præsenti duxit ubiq; Deo.
Præter foemineum sexum, teneramq; iuuentam,
Penè carens numero quæ quoq; turba fuit.
Huic duoloris erat populo uice prævia nubes
Tempore, quo lucem spargit ubiq; dies.
Nocte uiam prebebat eundo flamma per auras,
Ne qua retardaret causa laboris iter.
Tertia post ceptos iam lux erat orta labores
Migrandi historiæ contigit huius opus:
Nocte priore uiam uento siccante per undas
Punicei stagni fecerat ecce Deus.
Stabat aquæ moles imitantis imagine murum,
Diuiduoq; uiam fecit utrinq; fredo.

Prima legit quamvis trepidans uestigia Moses,
Cui firmans animum fert Deus ante pedem.
Pone metum comites fungente pericula primum,
Credere uix audent seque, suosq; uadis.
Dispescet aquas mirè uia lata minaces,
In morem scopuli stabat utringq; liquor.
Inter aquosa gradum iuga sic proferre uideres,
Et uada calcari sicca, uiamq; legi.
Quæ prius à populo nubes discreuerat hostem,
Prævia nunc miris cernitur ire modis.
Quæ pietas orare Deum tunc iussit omnes,
Ipsa sat historie quemlibet acta docent.
Sæpe gerens humeris dilectam pallida prolem
Mater ait: clemens ô precor esto Deus.
Effice felicem contingat ut æquoris oram
Pes meus, & da uis ne qua refundat aquas.
Has, aliasq; illo Deus anni tempore gesit
Historias, quo te fata Philippe necant.
Exangues terre qua luce dicauimus artus,
Natalem Roma discimus esse diem.
Namq; locum hac Princeps muro signauit aratro
Romulus, & fieri nobile coepit opus.
Sic Roman fundant primi qua luce labores,
Flebilis exuicias excipit urna tuas.
Impia que quantum doctrinam errore prophanauit
Urbis, autore Deo que patefacta fuit:
Vindice discussis tantum te nocta tenebris
Lucis, & est eadem dulce secuta decus.

Aeneis

Anni etiam spacio, quo te lux ultima uidit,
Historie Troiam uicem cecidisse canunt.
Quae uictore tulit Graio expugnata ruinam,
Et patrias hosti uictu dicavit opes.

Præterea propiore geri quam uidimus ævo,
Hac anni historiam parte referre iuuat.

Ter, deciesq; nouis se frugibus induit aestas
Interea, toties scq; reduxit hyems.

Saxonie uires dux illo armaverat anno
Ianfridericus, ut hac bella moueret ope.

Hec te causa grauem pugnax accendit in iram
Carole, Romani qui caput orbis eras.

Vincendi uehemens exercuit ardor utrungq;
Sed grauis ambiguum pugna diremit opus.

Est locus euentu tali celebratus ad Albim,
Molberge oppidulo proximus ille iacet.

Hic Albinus quis discreuerat alueus ambos,
Impetus ad pugnam rarior unde fuit.

Vltra Cæsar erat, Princeps cis fluminis undas,
Vincendiq; diu captat uterq; locum.

Esse uadum audierat breue tutis Cæsar arenis,
Agmina qua sua mox præcipit acer agi.

Perq; nouas artes inuadere destinat hostem,
Quem cautum pietas non satis esse finit.

Forte diem festam iam temporis ordo trahebat
Sancta bonus princeps uota uolebat agi.

Audit ergo Dei quæ dogmata præco docebat,
Nec uastrum interea cauit in hoste dolum.

Nam dum doctrinam cœlestem audire uolunt
Suadet, & infidias iam fore nemo putat.
Cæsareus strictos exercitus ingerit enses,
Agmen & hostili cedit inerme manu.
Sic dum coniunctis nec uiribus arma capeſſit,
Nec socios acie munit, ab hoste cedit.
Hei mihi quanta rapit dirum hic uiolentia Martens,
More fluentis aquæ sanguine riuus abit.
Hæc fortuna uiros aut desperare salutem,
Aut tentare fugam, qui datur illa, iubet.
Quod si quos animosa facit se opponere uirtus,
Vnum sœpè decem cæde furente necant.
Nec sine clade tamen uictoria parta suorum
Hæc hosti, ferro fusus utring; crux.
Ista procella Duce fortunæ dira fatigat.
Saxonie, at fortem mens generosa facit.
Namq; licet gerat inferior rem robore princeps,
Non urgente tamen corripit hoste fugam.
Sed præstans animo præsenti dimicat heros,
Nec subito finem deditioне facit.
Ingentem clauam manus illius una gerebat,
Edidit hoc specimen roboris ille sui.
Congressos secum ille uiros hac strenuus audet
Sternere, quos forti uulnere dextra domat.
Nec nisi se denso compulsus ab agmine paſſim
Dedidit accepto uulnere, uimq; tulit.
Rem tunc signa geri magnam miranda docebant,
Solis ab æthereo quæ dedit orbe iubar.

Ipse pīj casu quasi principis anxius isto
Sanguineo fulgens lumine Phœbus erat.
Heu quantos uictæ lux attulit ille labores
Saxon i.e., quæ tūm pressa sub hoste fuit.
Qui tamen indomitas gentes exercuit iram
Mitius arguerat quām fore fortē metus.
Nam quamuis impunē graues exposcere pœnas
Posset, & hic belli libera iura sequi :
Non tamen illius uictum mens sœuit in hostem,
In rabiem uirtus non generosa uenit.
Ut Leo magnanimus strato sinit hoste furorem,
Hunc multare ferox morte nec ille solet.
Sic satis heroēm sua quem natura creauit,
Esse uiro uinci non potuisse solet.
Hanc diuina modo tali rem gratia rexit,
Ut foret iniustum mitior ira Ducem.
Quos penes imperij fatali lege potestas,
Ipse manu ueluti dicit ubiq; Deus.
Prefinitq; modum, quo res adeantq; gerantq;
A solo pendent principis acta Deo.
Sicut gesta Dei nutu res, Cæsaris iram
Leniit ipse, uolens nil uiolenter agi.
Capto Leucoream cum principe cingeret urbem
Victor, & hæc cessit deditio[n]e minis :
Nil initio contra sanctas foedere leges
Tentat, eum pietas quas uiolare uetat.
Huic quamuis esset graffandi impunē potestas,
Res tamen atrocem nulla locuta fuit.

Sed quod sparsa cremauerunt incendia pagos,
Et ferus agricolis miles ademit opes:
Militis ascribi debet petulantibus ausis,
Impius inuito qui duce multa facit.
Non sine clade geri multorum prodiga possunt
Arma, bonis pariter bella, malisq; nocent.
Hæc ibi Saxoniam tetigere pericula gentem
Tempore, quo uernos sol facit ire dies.
Quo petijt mundo ualedicens astra Melanthor,
Alterius membrum factus & ipse schola est.
In qua que docuit mortales ipse magister,
Discipulus repetit cuncta docente Deo.
Quæq; fide quondam lucente futura uidebat,
Illa uidens animum nunc saturare nequit.
Et ceu fidus erat uiuo collega Lutheru,
Sic nunc ante Dei uiuit uterq; thronum.
Sicut Elisa senex uati succedit Eliæ,
Illijsq; datas caput obire uices.
(Illum ubi flammanti curru Deus intulit astris,
Et uiuum æther eam iussit adire domum)
Sic successorem iusso migrare Lutheru
Te uoluit donis clare Philippe Deus.
Carpitis ambo pari fructu nunc gaudia cœli,
Quorum non usum finiet ulla dies.
Hic iam non odio datur exercere sophistis,
Liber ab inuidie scommate semper eris.
Non uelut antè tuum fortunæ ferre procellas,
Vindicat à cunctis altera uita malis.

Qui status in terris erat hic scrutante Lutheru

Gentis amat Christi quam ratione Deus.

Ore refers illam turbari lite docentum,

Qui turpi rixas ambitione mouent.

Quorum dira gerat discordia flebile bellum,

Quæ sit acerba pia pacis ubiq; lues.

Obstupet, hæc aures tangunt ubi dicta, Lutherus,

Fusus & ante Deum fundit ab ore preces.

Orat & ut tali tegat illam à peste uicissim,

Nec finat errores lite furente seri.

Cœpit adhuc labi pax te uiuente Melanthon,

Qui tamen adsertor maximus huius eras.

Dum tua sèpè graues uicit patientia morsus

Sepè tibi pulcram peperere silentia laudem,

Zoilus ad pugnæ quando uocabat opus.

Maior erat uirtus quam ui, pugnare ferendo

Liuorem, patiens cor tibi cuius erat.

Sed te curarum tempestas magna grauabat,

Dulcius unde mori, quam superesse fuit.

Vnde Deum assiduis uotis urgere solebas,

Demeret ærumnas ut tibi morte tuas.

Ah memini faceres hæc cùm mihi uerba uicissim,

Non leuis est nobis quæ meminisse dolor :

Egra breui faciet curam mea uita poëtis,

Cùm terræ exuuias morte soluta dabit,

Quam non ipse mihi seruari longius optem,

Nostra suis dum sunt tempora plena malis.

Dixti, fatidicam nec lusit opinio mentem,
Namq; breui uenit post tibi summa dies.
Vatis ad exemplum quam noras penè futuram,
Tām præsaga tuæ mens tibi mortis erat.
Hunc quam uenturam antè diu præuidit ad annum,
Quo tibi & infestas intulit illa manus.
Tres, deciesq; Dei tua sex compleuerat annos
Nutu uita, mori quando coacta fuit.
Magnis esse uiris fatalem exempla satentur
Hunc annum, historie quæ tibi multa dabunt.
Cum magno (mirum) tibi magne Philippe Lutero
Ætas una fuit, iussit & una mori.
Vna duobus uti sua uitam clauderet etas,
Quos uirtute pares nemo fuisse negat.
Iam mihi si laudum decus omne referre tuarum
Mens foret, ingenioclare Philippe tuo:
Nomina tentarem dare uernis floribus amens,
Quot' ue cadant guttae, cum pluit imbre, loqui.
Aut quasi littoreas numerare uiderer arenas,
Aut siccare maris nello furenter aquas.
Discipulo cari sat præceptoris honores
Sit tetigisse, magis nil mea Musa potest.
Si uires tantas in carmine fata dedissent,
Quantus in hac omnes anteit arte Mare.
Gloria seu uatum clarorum maxima Naso
Quantum, aut Stigelij Musa diserta ualeat:
Non tamen ad laudum mihi robora tanta tuarum
Sufficerent coepi grande laboris opus.

Deduction

Deducunt tenui Musæ mihi carmine riuo,
Cui steriles torpens uena ministrat aquas.
Ergo dabis ueniam meliori ò digne Melanthon
Versus indocta rudem quem mea Musa facit.
Nil tua laudis eget nostræ clarissima uirtus,
Fama mori nunquam cuius ubiq; potest.
Maximus ipse tamen sis laudum ut præco tuarum,
Non illas alij sat celebrare ualent.
Donec agant cursus in candem flumina partem
Et pluuias labi desuper aura finet.
Aequora donec arent ærata spuma puppes,
Et uarias merces unda marina uehet.
Donec aquas habitent pisces, auium agmina sylvas,
Perq; uices æstum cedere cogat hyems.
Et terat assiduos rerum natura labores,
Ac solitas leges pergit obire parens.
Nox alterna diem tenebris dum mutet opacis,
Astra suum fundant donec ab axe iubar.
Donec in hoc alijs morientibus orbe minores
Vivant, posteritas semen ut inde trahat:
Semper honorato tua nomine fama Melanthon
Viuet ab exequijs maior ubiq; tuis.
Edidit ingenij solers quos arte labores
Cura tui, haud æui uis abolere potest.
Exangues diram uim tantum exercet in artus
Mors, animam nullo iure maligna tenet.
Ingenio quondam qualem te fara uolebant,
Parvus adhuc dederas maxima signa puer.

Te fore magna uirum magnum argumenta docebant
Indole quæ morum nobilitore dabas.
Nec non ingenij præstantis acumine, iam tum
Hæres quo fieri uisus honoris eras.
Extulit ipse sui cognati Capnio dotes,
Has quia diuino semine uidit ali.
Qui licet ipse docens linguas excellat, & artes,
Hunc fore præstantem se magis ipse uidet.
Hinc Duce Saxonie Friderico Capnio quondam,
Ut regat Albinam fortè uocante scholam:
Huc consanguineum fato suadente Philippum
Mittit, & huic oneri posse sat esse uidet.
Corpore parvus ubi uenit ergo Philippus in aulam,
Maximus ingenio qui tamen esse potest:
Princeps dum tenues membrorum iudicat artus,
Capnio quem puerum miserit ille rogat.
Et iubet explorent quidam horum examine uires
Ingenij, doctos quos habet aula uiros.
Qui foret, ille Duci cur missus homuncio rident.
Corporis esse rudem quem ratione putant.
Sed primum acriis ubi specimen censura requirit,
Vim uox diuinæ redditæ mentis habet.
Et cum Doctores hì magni nominis essent,
Esse pares iuueni non potuisse dolent.
Hac edocitus ubi est Princeps de laude Philippis
Hunc fato missum coniicit esse schole.
Debita cui statuens stipendia præficit illum,
Et tibi collegam diue Luthere facit.

DMM

Dum studium ille puer discendi exercuit artes,
Quas nisi mente sequi nemo sagace potest :
Ingenij magnum uires haufere uigorem,
Cum tenero creuit corpore cuius honos.
Sunt dum nocta suam crescendo robora finem,
Mens huic maturo iudicioq; fuit.
Tum uero è paruo micat ingens corpore uirtus,
Inq; dies multum roboris aucta trahit.
Tunc qualem ingenio, qualem & uirtute dedisset
Hunc Deus, iudicio cura laboris erat.
Passus abire fuit nullam dum segniter horam,
Qua graue non studij continuauit opus.
Eximias profitens quin mentis acumine dotes
Officij arderet munus obire sui.
Sedula sicut apis terit orto uere labores,
Aerios succos dulceq; fngit opus :
Haud secus ipse graues operandi uincere curas
Visus es ingenij fama Philippe tui.
Non ignava quies tibi tempus inutile fecit
Vnquam quin faceres quale decebat opus.
Quin aut Graia stylo mutare scriptas Latino,
Siue nouos faceres arte sagace libros.
Consuleres ue alijs autorum sensa docendo,
Vtilis exponi quos erat arte labor.
Tradendo ue uiam discendi gnauiter artes,
Genis humana quibus tota carere nequit.
Aut tua quin Latiam, aut Graiam facundia linguam
Illustram studij redderet arte sui.

Scriben-

Scribendi' ue uiris, loca quos longinqua tenebant,
Exigereſ totos ſæpè labore dies.
Aſſiduè urgerent te magna negocia curis,
Confiliij peterent teq; frequenter opem.
Posceret aut doctas te turba ſcholastica chartas,
Scriptas artificem te moderante manum.
A magnis aliunde uiris ſeu miffa ueniret
Litera, que curæ lecti mouebat onus.
Nulla dies abijt ſcribendi libera curis,
Quotidie calami tale uigebat opus.
Tempore quin uno uiginti ſæpè tabellas,
Aut plures peregrè ſcriberet arte manus.
Non opis humane has operas tolerasse uidetur
Vis ea diuini roboris instar erat.
Triuerit hos cum perpetuo tua cura labores,
Mirum non oneri ſuccubuiſſe ſenem.
Robur erat quam uile tuis, quam debile membris,
Et tamen has curas ſuſtinuiſſe potes?
Viribus inferior ſed quanto corporis ibas,
Ingenij tanto robore maior eras.
Hac uirtute Deus dedit hac te laude priorem
Cunctis, hoc hominum nemo negare potest.
Roma ſuo quales Ciceroni ſanxit honores,
Et decus hiec gnato quale dicaffe potest:
Patria tale ſuum te lumen habere fatetur,
Quemq; tibi anteferat, non habet ora uirum.
Quod ſolet eſſe graui pauidis discrimin'e uauis
Ancora cum tumidas turbo fatigat aquas;

Hoc patrie magnis tua rebus idonea uirtus,
Difficiles casus quando ferebat, erat.
Cum, quem fata dabant, cursum tua uita peregit,
Mors tibi consortem sustulit ante tori.
Te grauis absentem peregre cum causa uocasset,
Et procul inde sitas iussit adire plagar.
Atulit ille tibi moerorem casus acerbum,
Te magis angebas unde dolore senex.
Altera quæ uitæ tibi pars erat optima coniunx,
Dum peregrè ipse manes, cogitur ægra mori.
Triste mori sociam lecti presente marito,
Aet absente magis coniuge triste mori.
Fama pudicicie cum sancto qualis Abramo,
Coniugij exemplum nobile Sara dedit:
Tale tori uestri decus edidit apta pudico
Coniugio pietas, moribus apta bonis.
Vos ornatiss enim uitam qua laude iugalem
Ambo, fama mihi publica testis erit.
Vix monstrare pares uobis uirtute maritum,
Et nuptiam possunt secula nostra duos.
Namq; parem ceu nostra tibi desiderat etas,
Sic non uxori laude secunda fuit.
Vos exercitio uirtutum addicta uoluntas
Indignas uetuit res pietate sequi.
Mira dedit suauem totam concordia uitam,
Mutuus armari lite uetabat amor.
Edidit ille mares binos, totidemq; puellas
Pignora legitimi non nisi pulcra tori.

Quorum

Quorum unius vitam mors præmatûra peremisit,
Ætas dum tenero flore trahebat openit.
Alter, idem qui nomen habet cum patre Philippo,
Viuit & esse probum se pietate probat.
Mitis ad exemplum sua quem natura parentum,
Huic sit ut à uicijs mens aliena, regit.
Natarum una tibi Peucere dicata marito
Nupta, fuit nullo te nisi digna uiro.
Quam tribuisse Deum tali tibi feedere credis.
Quo sua cuique uiro nupta uolente datur.
Qua dignam uirtus sua coniuge quenque fatetur,
Hanc solet ipse tori lege dicare Deus.
Te uirtute uelut non excellentior alter,
Nec prior ingenij laudibus esse potest:
Sic illo generum socero te fata uolebant,
Qui nec laude parem, nec pietate uidet.
Quicquid ad ingenij dotes spectare uidetur,
Hoc tibi donorum contulit omne Deus.
Sed cur laude uehat te nil mea Musa necesse,
Huius enim uirtus nil tua laudis eget.
Publica quam paſsim claram sua fama tuetur,
Nec celebri dignam semper honore negat.
Altera nata tori consors est facta Sabino,
Quem quoque præstantem nemo fuisse negat.
Cui licet hac vitam cum coniuge fata necarint,
At uiuace tamen laude superstes erit.
Casibus oī infelicem fatalibus annunt,
Mors fera quo sacerum tecque Sabine necat.

Fama refert, ubi defunctos nece comperit ambo,
Barbariem miris exiluisse modis.
Cui de successu rabies spem fecit inanem,
Infesti doctis plena fauoris erat.
Orbatas ueteri quoniam solamine Musas,
Insidij tutò posse putabat agi.
Destinat externis hic ergo furenter ab oris
Vi penetrare moram nec sinit ira sequi.
Sed dum adfectat iter docet obuia fama morari,
Hac alios doctos semper in urbe uiros.
Qui non arma minus uenienti animosa minentur,
Quam tulerit Musis ante Philippus opem.
Mota metu rabies iram desperat inanem,
Et uidet hæc aliam poscere cœpta uiam.
Audierat gentem quadam regione morari,
Insignes morum simplicitate uiros.
Tirigetas hodie à patrio quo flumine dicunt,
Qui terræ factos irrigat huius agros.
In qua Musarum tutores lite moueri
Ad pugnæ docuit fleibile rumor opus.
Hanc uastare uolens sauvam se mutat in ursam.
Bellua, remq; nouis tentat obire modis.
Ut cum mota canem rabies seuire coegerit,
Letali morsu bruta, uirosq; petit.
Acta furore parat fera sic cuertere gentem,
Iniminet insultans illius ergo plagis.
Dianciat hæc uates prohibenda pericula Phœbo
Stigelius, rabiem ni tolcrare iuuet.

Haud

Haud mora, præsidio comitante propinquat Apollo,
 vt solitæ uires experiatur opis.
Stigelioq; parat tentare satellite pugnam,
 vincendi quam tunc ardor utrinq; parat.
Gesta diu ancipi res est certamine palme,
 victor in hoste decus donec Apollo tulit.
Qui quia Stigeli parit hunc uirtute triumphum,
 texerat auxilio qui grauiore Ducem.
Hunc uirtutis ut eximiæ monumenta manerent,
 vnum ursæ perimens amputat ille pedem,
Quem dat habere uiro titulis insigne superbis,
 has grates uati rettulit ille suo.
Vrsinum inde pedem radians gerit annulus duxo
 Illi, & gestam rem memissæ monet:
I nunc, & iacta Musis inimica uideri
 Barbaries, patriam uicq; lacesse meam.
Præstantes licet inde uiros uirtute uocârint
 Fata, quibus te uis magna domare fuit:
Leucoream tu siue tamen tentaueris urbem,
 Aut aliam, frustrâ surget in arma furor.
Et doctos, quos seruat adhuc sua uita, tuendi
 Acres se studio robur habere putas.
Verum est te uirtus exercuit una Philippi
 Plus alijs, doctos quos tamen esse tenes.
Sed tibi propterea temerè ne finge triumphum,
 Quem tibi sperandi copia sola datur.
Hinc recitare preces, tua quas sub agone Melantheo
 Eudit lingua fidem corde fouente, iuuat.

Indicium

Indicium morbo faciente supra minari
Fata necem has iteras uoce subinde preces:
Conditor o' coeli, terraq; marisq; hominumq; Deus.
Qui regis omnipotens, quicquid ubiq; Deus.
Cum Gnat spirante sacrum tu numine motum,
Adfer opem in medijs tutor ubiq; malis.
Humani generis de semine collige cœtum,
Vnum qui studeat te celebrare Deum.
Nominis uicq; tui per nos ut gloria crescat,
Organa redde tuae laudis ubiq; Deus.
Et rege nos omnes, ualidas & suffice uires,
Fac tua nos bonitas hic & ubiq; regat.
Hanc etiam formam pietas audita precandi
Est tua, cum faceres uota Philippe, sequi:
Vera tui æterni qui uiuus imago parentis,
Christe meæ sortis tu miserere Deus.
Qui crucis ob nostram tolerasti probra salutem,
Adq; domus superas hinc rediisse potes.
Qui uis agnoscit mediator, & autor haberi
Æternæ uitæ, quam dare Christe potes.
Tu nostri miserere redentor, & optime uindex
Contra uim Satanae, quam procul ire iubes.
Tu rege, tuq; tuae bonitatis idonea redde
Uasa tuo motu, quo pia corda foues.
Et bido ante uocant quam fata supra sub umbras
Hæc imitante preces pectore uerba facis:
Christe meis (dixti) è manibus mihi nemo potenti
Auferet insidians robore raptor oues.

Ergo suam tua perga ouem me dextra tueri,

Et frustra Stygijs scuiet ira lupi.

Te miseris iterum nobis autore potestas

Esse Dei gnatos hac ratione datur.

Et fieri hæredes uitæ omne sequentis in æcum,

Christe fide qui te non dubitante colunt.

In te spes dominum mea solum immota recumbit,

Fallere quæ mentem te duce freta nequit.

Has effata preces extremas lingua Philippi;

Hæc quoq; corde Deum uota precante facit:

O tantis subiecta malis Ecclesia curæ

Sit tibi perpetuò me moriente Deus.

Turbet ut hanc rixis discordia nulla docentum,

Tu rege, daq; regi se patienter ament.

Quamq; meo iuui uigil ipse labore tot annos,

Fac florere statu prospere scholam.

Seq; piosq; Deo sic commendare minores

Audiri moriens ille, scholamq; potest.

Nunc Augusta gerit quæ te rectore Georgi

Munia, quæ claro nomine Maior obis.

Qui uelut ingenij famam celeberrimus edis;

Et procerum merito diceris esse iubar:

Sic æquas uirtute, sonas quam nomine, laudem.

Maior ut ingenio, sic pietate manes.

Cui canis ætas ueneranda meretur honorem,

Maius et has dotes pondus habere facit.

Cui Deus officij fortunet ubiq; laborem,

Et ferat in tali munere præses opem.

Ac sinat

Ac finat incolumem matura senecta sequatur,
Quam duris onerent tædia nulla malis.
Ut seruire diu studijsq; Deoq; docendo
Possis, & solito more iuuare scholam.
Incolumes alios sic in statione docendi
Seruet, opemq; ferens adsit ubiq; Deus.
Et tegat usq; suam patrio ille fauore Sareptam
Tutor, & omne mali cogat obire genus.

ELEGIA FVNE BRIS DE CONIVGE DOMINI PHILIPPI ME- LANTHONIS.

Sole sub occiduas fuluum ducente leonem
Vndas, & Boreo pisce leuante caput.
Sydus ubi uideas iam Phœbi emergere coruum
Lumine, casta tibi nupta Philippe cadit.
Caratibi coniunx languentem reddere uitam
Cogitur, ac duræ mortis obire uicem.
Dum Christo dilecta graues Ecclesia causas
Te peregrè iusso forsan abesse gerit:
Eripit absenti dulcem mors improba nuptam,
Vim dare maiorem posset ut ille dolor.
Coniuge præsentem priuari triste maritum,
Tristius absentem talia fata pati.

Tu pro laude Dei dum ferre pericula uindex

Doctrinæ, nobis quam dedit ille, potes.

Et foris exerces diuini nominis hostem,

Coniunx exuia poscitur ægra domi.

Quæ tecum unanimes cùm casta tot egerit annos,

Hanc absente doles te potuisse mori.

Ore quòd extremò ualedicere nulla potestas

Contigit, hæc curæ res simul auget onus.

Sed licet augeret tua morbi absentia uires

Matronæ, illa tamen fracta dolore nihil.

Sic tu cùm noris hæredem uiuere coeli,

Te minus exerces inde dolore senem.

Illa tibi luctum solatia uera piorum,

Qua Deus ipse iubet, conditione leuant:

Non perijisse, datam sed ueram huic esse salutem;

Sorte frui uitæ sed meliore tenes.

Esse tibi creptam scis hac non lege, sit hanc ut

Hora reuisenendi nulla datura locum.

Non procul esse diem, nosti, qua lætior ambos

Ante Dei sedes iunxerit una thronum.

In domino potuere mori quicunq; beati,

His dare mors uitam non abolere potest.

Illa pijs gratam requiem solatia prestant,

Cedit agens animum qua redeunte dolor.

Has humana uices incertis sustinet horis

Vita, Dei nutu cogitur illa mori.

Hæc nos conditio manet, ut qui uiuimus omnes,

Lex olim miseros urgeat una mori.

KX

Nec prece, nec precio, rigidis' ue retunditur armis
Mors, rabido uictrix robore semper abit.
Sic pietatis eras quanquam cum coniuge mirae
Exemplum, mors est mota Philippe nihil.
Quin tibi dulce tibi solamen ademerit Euam
Illa tuam, peregrè te remorante domi.
Dum foris excipiunt te mille pericula rerum,
Casta domi coniunx desinit esse super.
Sed demissæ putat cui uitam reddidit illo
Ausō, nunc datur huic qua meliore frui.
Reddit ut exuuias mors corporis atra sepulcro,
Non animam tali lege tenere potest.
Sic quam matronæ pietas laudata reliquit,
Corpore laus poterit non percunte mori.
Huic in membrorum sua sunt modò iura salutem,
Spiritus inde poli sidera liber adit.
Sic qui uirtutem merito comitantur honores,
Cum perit, in columnes, uita caduca manent.
Debita uirtuti nullo laus occidit æuo,
Mortuus hac etiam quis superesse potest.
Sic cum matronam suffragia publica laudent,
(Viuere cui similem uix pietate putem)
Non admittit illi quæsitam secula laudem,
Viuet honor famæ, corpus inane iacet.
Afferet extimio laus se dum clara marito,
Ingenij magnam quam ratione tulit.
Coniugis haud alios laudatæ fama latebit.
Cum claro coniunx uiuet ubiq; uiro.

Huic animi dotes præclaras fata dicārunt,
Semina naturæ quæ melioris erant.
Nulla pios illi foedabant crimina mores,
Casta pudiciciæ corda regebat amor.
Nescia mens uicijs hanc indulgere uetabat
Quicquam, cui pietas non erat apta, sequi.
Utq; uiro mentem mirè castam esse tenebat,
Sic tulit huic ingens uita pudica decus.
Coniugij exemplo non hoc reperire licebit
Pulerius, haud illam rem sine teste loquor.
Publica præsidio se sepè leuabat egestas.
Illiū, huic fidam ferre solebat opem.
Illiū assidue spectare liceret ad cedes,
Quos ope solari uisa benigna fuit.
Quos miseros quocunq; modo fortuna uolebat,
His ea cœu fidum semper asylon erat.
Illiū auxilio se solabatur egestas
Multorum, haud alias que relevata foret.
Hec me uera loqui, te conscia Leucoris urbem
Testor, erat, qualem lingua fuisse refert.
Matre gemit qua nunc paupertas orba, nec ipsam
Se uice matronæ tum perisse dolet.
Nostra pares illi non multas secula norunt,
His præstans hodie fœmina rara bonis.
Moribus hos omnes castis æquare laborent
Exemplum, esse pias quas pia uita probat.
Præstantem ante alias matronam multa fatentur
Dona, quibus claram nemo negare potest.

Cum foret hæc nutu diuino nacta maritum,

Ingenij cui laus nomen ubiq; daret :

Nulla tamen potuit mutare superbia mentem,

Huic odio uicum tam graue semper erat.

Dedecet ingenuos uentosa superbia mores,

Non pietas fastu uera tumere sinit.

Quisquis es illico temerè qui more superbis,

Infestum huic uicio noueris esse Deum.

Tota piam uitæ ratio laudanda probabat

Matronam, uicijs non dabat illa locum.

Hinc tenui contenta habitu, nec prodiga rerum

Vixit, ut hec ætas uiuere foeda solet.

E miti grauitas uultu iucunda micabat,

Nec nisi dulce pij pectoris omen erat.

Sermo pudicus erat generose mentis imago,

Ipsa professa pio fidam se pectore matrem

His, quos paupertas triste grauabat onus.

Quod si nunc cuperem cunctas ex ordine fari

Laudes, materie quale pateret opus?

Hanc tibi non aliam debebant fata Melanthon

Nuptam, qua modo tu coniuge dignus eras.

Carior huic fueras, sibi quam fuit ipsa, pudico

Dilexisse senem semper amore potest.

Quam uoluisse liquet Catharinam fata uocari,

Conueniens castis moribus illud erat.

Virtutem pietas omnem studiosa fouebat,

Præside qua morum floruit omne decus.

Doctrinæ teneris quæ fontes hausit ab annis,
Quæ facit æternum nosse professa Deum.
Hinc quantum ipsa tulit uires maturior ætas,
Auxit & huic tantum se pietatis amor.
Non dubium est illam cum sancto sèpè marito
Auertisse Dei uoce precante nimis.
Nos ob communem cùm magna pericula culpam
Mansissent, nisi sic linqueret ira Deum.
Sæpè preces, lacrimæq; Deum flexere piorum,
Parceret ut dignis illius ira premi.
Senserat ecce sui fatalem funeris horam
Et matrona Deo prona uolente mori:
Orat ut absentem mala lèdant nulla maritum,
Ad caros redeat saluus ut ille lares.
Inde domum totam commendans ore supremo,
Séq; animamq; Deo cernitur egra mori.
Corpus auara dedit sic mors exangue sepulcro,
Spiritus in cœli sede receptus ouat.

ECLOGA DE OBI TV PHILIPPI ME

LANTHONIS, SCRIPTA A
GEORGIO PURKIRCHER.

AMYNTAS. MOERIS.

S Alue ô iam longo non tempore uise sodalis.
M. Salue et tu dilecte loco mibi fratri Amynas.
Nati

A. Natius quo Mæri tuo rubor ore recessit
Cur palles & morbum color hic in corpore prodit.
Quid frons cana, quid hanc gemebundus scalpis, an
Per tua serpendo grassatur ouilia morbus? (ullus
Aut iam uere nouo pecudes contagia torquent?
Deniq; cur hodie solenni ueste superbis,
An noua solus habes intra tua limina festa?
Cum totus lœto pagus nunc sudet in agro,
Desidia stertens secura quid ocia ducis?
Agricolis uerno grauius nil tempore totus,
Multiplices propter per prata & rura labores,
Affert expertus nemo illa negauerit, annus.
Et tua tota domus simili torpore pigrescit?
Quin saltē mandas tua pinguia rura ministris
Excolere, aut flammis uiridantia prata repurgas?
Lædunt umbrose surgentia grama spinae
Et quoq; messorum falces lentore morantur.
Non hoc ista decet tranquilla ignavia tempus.

B. Non equidē inuideo farctas pinguedine buccas
Quæ tua adhuc male iam nictantia lumina claudet.
Ceu lituos infles, aut grandes uentribus utres.
Et nostro memini tales in corpore uires,
Proximus at totus pressit me duriter annus,
Fortuna aduersas uarie sufflante procellas.
Magna domi, maiora foris fluxere pericla
Me contra, & seuis tumuerunt æquora uentis,
Cuncta mihi pelagus fuerant, rapidæ omnia syrtes,
Vi neq; mirarer tanto si pondere fati

Hec mea, quæ superest languens, oppressa fuisse
Vita, & succumbens patiendo mortuus essem.
Hinc facies palletq; cutis uix ossibus heret.
Mæror edax animi uires & corporis aufert.
Ocia solitus mea ne mireris Amynta,
Si nescis, hodie fatalem perficit orbem
Annus, ubi immites Philomelæ stamina Parca
Ruperunt, miserè febrili tosta calore.
Ista dies atro cunctis signanda lapillo
Lugubres renouat uoces, & mœsta reportat
Cum lacrimis longo querulos examine luctus.
Ultra Sauromatas, extremos inter & Indos
Si ferar, at meliora Deus det, ab hostibus exul,
Cœlesti quoties lux ista refulserit orbe,
Guttur tunc questus, lacrimas tunc lumine fundant,
Pinguibus & nostras lucentes ignibus aras
Accendam, sua erunt Philomelæ sacra sepultæ
Annua, lux fastis hec est iungenda uetustis,
Scribeturq; noui festi, Philomelia, nomen.
Sic Pan curat oues mihi, sic foetura bidentum
Augeat alma greges, repleant multrale capelle.
Huc ades & trito mecum hoc in limine side,
Aut cape quam cernis contextam ex uimine sellam.
A. Vera refers, uarie sed coeco in pectore cura
Talia nos meminisse uetant, nec publica nostras
Ignauas mentes, ceu propria damna molestant.
Cum Philomela suæ finisset tempora uite
Oceano pullos tunc matutina uocarat

Galland

Gallina, & reliquis stellis coniunxit olympi,
Quod, bene si memini uerborum, Pleiades, astrum
Dicitur à doctis, ut me meus ipse docebat
Filius, hac linguam Græcam qui discit in urbe.

Tempore quo multus coelo delabitur imber

Vt Gallina lauet pipientem sedula turbam.

Illa quid assurgens gleboſo ex cespite moles

Purpureis uiolis & multo flore decora ?

M. Annua iam primum Philomela sacra peregi,

Ex uiridi tumulum congeſsi cespite inanem,

H̄i mea & exigui tugurij sunt munera flores,

Has etiam uoces tristi repetiuimus ore

Salve dulce melos, salve Philomela piarum

Salve lux uolucrum, cineres saluete perennes,

Saluete & placida manes requiescite sede.

A. Gratiōr est pietas in sacris p̄f̄st̄ta templis.

Templa Dei scis esse domos, quis numinis ædes

Spernat ? In his audit gemitus & uota precantum,

Non precibus gaudens timidus quas angulus offert.

Publica dat Deus & quoq; publica dona reposcit.

Cur non ad tumulum Philomela Mœri propinquum

Ista exequoris pompas, uacuam quid adornas,

Cur simulata placet, propè sit cùm uerior urna ?

Ille locus tales fieri sibi poscit honores.

M. Erras si temerè fieri isthæc reris Amynta.

Publica quis nescit superis mage sacra probari ?

Ambitione meis nec sacra domestica caulis

Inſtitui. Noua stant causis exempla caduntq;

ingentes

Ingentes habeo & iustas, te iudice, causas,
Quas tibi, nî lacrimis cesseret uox languida, dicam.
Lux radijs postquam nostras hodierna fenestræ
Tingeret, atq; senis linquens aurora cubile
Solis equos roseum pulcrè iunxit; set ad axem:
Acclamo famulos hesterno uestere lectas
Res sumant, sacris usus quas destinat aris,
Meq; ad defunctæ Philomelæ busta sequantur.
Accurrunt cupidi mandata & herilia curant.
Ibamus, brevior uia facta est inter eundum,
Ordine multa meis recitabam carmina uatum
Summorum, ad tumulum Philomelæ inscripta tabellis.
Si quis honor uatum dixi, si præmia doctum
Carmen habet, Deus hos uates ornabit honore
Constanti aeternos fama qui duret in annos,
Ille pias amplio persoluet munere dotes,
Nec Philomelæ unquam uatum nec fama peribit.
Interea ad tumulum uentum est, ubi sacra parari
Debuerant, sed cunctæ canum feruere uidemus
Copia, ibi immanes sœua excrementa molosi
Ore utroq; uomunt, grandi & foetore sepulcrum
Sanctum dedecorant, alij telluris in imum
Vnguis hamatis penetrant, ipsumq; cadaver
Exanimum rodunt, trepidat sub dentibus esca,
Membra in frusta secant, nec edunt, sed seca relinquent
Conspurcanda canū uomitu merdaq; cohorti. (Quam
Ad tumulum nigra tellure Melanthion exit,
Et ramis tenerum languenti & caule pusillum.

Iuncta adstat semper uiridanti fronde Sabina,
Quæ graciles latum ramos propagat in orbem.
Peucedanum luteo prodit quoq; amabile flore
Cui caulis tenuis, diues sed germine radix,
Has etiam pulcas immanni stercore plantas
Polluit, & midu laedit fera turba procaci.

A. Non' ne pedo morsus poteras prohibere nefandos,
M. Verbere & à tumulo turmas arcere caninas?

Attentauit idem, sed uerba & uerbera rident.

In nos confrendens rabiosis dentibus agmen

Irruit, atq; omnes, fuga n̄ suscepta fuisset,

Tunc consumfissent: Tanto grex iste furore

Grassauer, nec adhuc habet ista licentia finem.

Et quod mirari nequeo satis, ante securi

Nostra armenta canes (ceu nos custodibus illis

Vtimur & fures contra incursusq; luporum)

Gaudebant quoties Philomelam suave canentem

Audierant, Multos uidi ipse in clune sedere

Primit innixos pedibus, uocesq; sonoras

Obseruare pio quas pectore finixerat ales.

Nunc tamen innocuam, mortali sorte peremptam,

Tanto odio infestant, patulo & miserabile corpus

Ore petunt, foedeq; insontia membra cruentant.

Hetzaus est reliquos inter, quem nouimus ambo.

Sepè serum pingue, aut spumosi iura colostri

In caulis nostris, ut parca ferebat egestas,

Uli præbuimus, pecudum cum strenuus hostes

A nostris

A nostris poterat septis arcere rapaces
Hic Philomelæ adstans quantum simulabat amorem?
Flexibili cauda cantanti semper adulans,
Tergore uilloso ramos demulxit, ut ipsa
Illi insidens avis hinc sua gaudia haberet.
Nunc non contentus tumulum lacerare sepulte,
Verūmetiam pectus uenerandum dente reclusit,
Quærit & exanimi sitiens in corde cruentem.
Sanguinis ista sitis polluto hoc regnat in ore.
Obstupui tam dira uidens, mecumq; Palamon,
Qui canis horrendum uix acclamauerat ausus,
Ignescunt oculi torui, coma mobilis horret,
Dentatoq; frequens contra ambos gutture fertur,
Tanta mali uis est, uicina ibi creuerat arbor,
Hæc consensa simul nos turpi à morte redemit,
Corpora non poterat, læsit latratibus aures.
Pastores etiam quos nostra hæc educat ora
Vidimus hic aliquos Philomelæ inspergere tumbe
Hastatas spinas, fentes, dumeta, rubosq;
Urticas alij plenis, uis ignea plantæ,
Apportant calathis, maleolentes floribus herbas
Collectas alij tumulo sua munera donant.
Hos affabamur reliqui, iam gratia facti
An ueteris cecidit? Quis uestras occupat error
Mentes, non' ne canum satis est saeire cohortes?
Desinite obscenis donis fecundare sepulcrum,
Non ignominiam tantam Philomela meretur,
Longè alios meriti fore mortua sperat honores,

Diximus

Diximus, infremuit monitis plebs seu benignis,
Territat & bellis, aut tuta silentia mandat.
Sic similes canibus pastores omnia grandi
Clamore atq; ausis bachantes turpibus implent.
Cessit amor pecudum, iacet omnis cura peculij,
Vnicus ille labor cunctis, uiolare proterue
Quæstis scelerum, Philomelæ uiscera, formis.
Ni Deus aut regum quis fortibus opprimat armis
Has socias turbas, Quò tanta licentia tandem
Non ruet, aut quid erit toto iniuiolabile mundo?
Hæc est causa domi peragi quæ sacra coëgit,
Hinc doleo, & frontem, canam mœrore, frequenter
Scalpo. *Quis hoc misero sit tempore letus Amynta?*
A. Et quæ tanta datur sceleratis causa furoris?
Impietas similis nulla est audita supremis
Maiorum, aut nostris, ullis uentura uel annis.
Pacificam uixit turpi sine crimine uitam,
Profuit innumeris semper, nulli obfuit unquam,
Tam pia, tam dulcis uolucris, quæ sèpè canendo,
Non potu non usa cibis, se carmine pauit,
Vnica cura fuit suaves effingere uoces,
Nec contenta dies longos abscondere cantu,
Inmemor at somni, noctis quoq; iunxerat horas.
Non tamen optata fruitur defuncta quiete,
Exhibitum tumulo, spolium execrabilis facta
Sanguibibis canibus, uane & res ludicra plebis.
Omnia sunt ingrata, Vetus iam Gratia numen
Occidit, & summis cœli caput abdidit astris,

Occubuit

Occubuit uirtus, tunc scelus imperat orbi.
Sed Deus hoc secundum clementer diruet agmen
Qui mundas uolucres & sancta sepulcra tuetur,
Iratusq; suo fulmen iaculabitur arcu,
In sanis Stygia quo submergentur abysso,
Illos ut socios muniti ianitor Orci
Cerberus eterno triplex sibi foedere iungat.
Impia pastores augebunt castra Gigantum,
Impij & hi summo Diuos detrudere cœlo
Intrepidis seu tentarunt fortiter armis.
Sed quas ante domi clades, quæ damna forisq;
Tot sensisse miser dixisti, lapsus an annus
Tanto Moeri tuas fortunas pondere pressit?
Fare age, lenit enim recitatio crebra dolorem,
Ast ope si potero te consilio' ue iuuabo.
M. Cum puer exultans equitare in arundine longa
A patre uicimos unà ducebar in agros,
Sæpè pater matri simul hæc memorabat eunti:
Bisseni extremus lustri cum fluxerit annus,
Stabit & agricolis iam sexagesima messis,
Tunc homines caueant, casus uereantur & omnes,
Tunc animos prompto cordatos robore firment,
Fortuna ut uarias possint eludere fraudes.
Hæc alij quoq; uerba senes & grandior etas
Dixerat, hæc memori nunc pectore dicta uoluto,
Quos tunc non potui, nimis atq; intelligo sensus.
Impius est qui cauta senum præsgia rideat.
Caui, sed mea nil lenit prudentia fatum,

Profuit & mea nil genitrix ut multa caueret.
Seis meæ ut ante domi pater atq; industria mater
Vixerit, hæc fessum morbis annisq; parentem
Fouit, ut halcyonem curat foemella maritum.
Nunc solus pater est qui limina mœsta gubernat,
Quem premit annorum series & curua podagra.
Mater ubi infelix quartane tormina febris
Longa tulit, morbus facto ceu sine quieuit,
Gauisa estq; parens tanta iam libera noxa.
Tunc uentrosus hydrops onerauit membra tumore,
Febriliq; calens, æstu, quos sumserat haustus,
In fluidos mutauit aquæ, natura, liquores,
Hosq; cutem corpusq; intra corrupta protrusit.
Expleri nequit ægra sitim ardescitq; bibendo.
Et quo plura bibit, plura optat pocula supplex.
Post, puto defessus, lucens exaruit humor,
Membraq; commigrans quo nescio, plana reliquit.
Subsequitur nigro morbus languore caducus,
Quo correpta feros uertebat in omnia uultus,
Et mordens linguam spumoso concidit ore.
Accurri lacrimans, & mater desine, dixi,
Te genitæ soboli tristes iterare dolores,
Parce patrem nobis, tibi contristare maritum,
Desine, tam toruos mater iamq; exue uultus,
Dixi, & dilecto neciebam brachia collo,
Addidi &, à puero quod non feci, oscula multa.
Illa sed immotis oculis, uelut horrida cautes
Manxit, & has lacrimas aut surda præterit aure,

Aut alijs morbi causis uox faucibus hesit,
Nec prolem aut thalami uerbo est dignata sodalenti.
Tandem oculos tollens suspiria longa trahebat,
Morbi iam cessante luc, nil conscientia morbi,
Villa nec ægra dabat paſsi mens signa doloris.
Tunc uariaq; audax, quasi non ægrotat, loquelas
Instituit, morbi cum mentio facta prioris
Villa fuit, uana hæc scio sunt mendacia dixit,
Nec tamen hoc morbo potuit succumbere, lente
Postea sed tabis diuturno concidit igne.
Non morienti aderam, digitis nec lumina clausi,
Non super incubui, non oscula frigida carpsi,
Non lacrimis corpus iustis exangue rigavi,
Funeris extreum nec sum comitatus honorem.
Illiſ in ſomnis mihi blanda occurrit imago
Nuper, & hæc uifa eſt, me ceu uigilante, locuta:
Nate meum lacrimis ſomnum ne rumpe, quiesco.
Excitor, & ſomnus uifa cum matre receſſit:
Mœrores tamen hæc in ſomnia blanda leuabant,
Noctis & hos lufus felix interpreteror omen,
Me peperit cum quinq; alijs ter, caſta, tenellis
Natis, atq; omnes miro dilexit amore,
Me tamen, id quare fit factum nescio, cunctis
Prætulit. Eſt matris quid inenarrabile ſtorga,
Qua studioſa marum mage quam muliebre tuetur
Germen, & illa ſubit mentem pietatis imago,
Illa ciet lacrimas, fouet alto & corde dolorem.

A. Vita hominis labor est, somnū uitæ exitus affert,
Hanc Christi peperit nobis mors pulcra quietem.
Amissam' ne doles matrem cum mortua uiuat?
Dormit, et ad Christi uocem experrecta resurget.
M. Occidit et Dryades inter pulcerrima Nisa,
Quæ moritura, uale, dixit, mea Mæri voluptas,
Et complexa fuit tristem morientibus ulnis.

A. Et rosa pulcra nitet, breuis hanc tamen enecat
Et uernæ uiolæ lucent, subitoq; senescunt, (hora,
Lilia et alba uides, succisa sed arida marcent,
Quid nunc splendidius, paruo tamen interit æstu?
Pulcra iuuentutis constans nec permanet ætas.
Omnia mors aufert, nil formam cœca pauescit.
Inuenies aliam casto quæ iuncta rubili
Optatos tecum procreet secunda nepotes.
Parcite uirgineum uermes arrodere corpus,
Parce genas tellus rosei consumere uultus,
Rugosa matres sint pabula uestra, senecta
Aut quos annorum longo premit ordime patres.
Sed tua quæ fuerint plura infortunia narra.

M. Bis ferè commotis perij submersus in undis,
Hoc miserum petiere caput pater Ister et Albis,
Noster at ista Deus clemens nocitura repressit
Numina, cui tellus cui paret pontus et æther,
Huic memori semper persoluam pectore grates.
Sum quid adhuc grauius passus, sed nolo dolores

Infandos renouare. Vides tot solus Amynta,
Præteriti fueram concussus fluctibus anni.

A. Nil ita crudele est dictu, sors seu nec illa est,
Nullæ sunt poenæ fabricat quas numinis ira,
Illas quin superet natura humana ferendo.
Vtile at insuue est homini patientia numen.
Fide Deo, talem tu naufragus arripe portum,
Hæc Cynosura reget surgenti in turbine puppes,
Iam mala Mœri tuo recites, que publica dicas,
Carmine pauca scio, sed plura audire iuuabit,
Incipe, nil posthac ubi dixeris ista, rogabo.

M. Non immensa canam, que nescio, funera Regū,
Regnorum' ue uices, heroum aut bella potentum,
Quæ uolupte est hominum nunquā innotescere uulgo,
Sed quos pastores, nemorum quas fata uolucres
Abstulerint lapsi, repetam nunc uersibus, anno.
Musa meum carmen grato conferge liquore,
Diuinisq; laues inconditū uerba fluentis.

Principium Philomela fuit lugubre malorum,
Mortua uitales cùm leta relinquaret auras.
Ver erat, & uiridis stabat iam frondibus arbor
Umbrosisq; comis ramos expansa superbos,
Frigida iamq; tepor uolucrum liquefecerat ora,
Ordine quæq; suos pulcro cecinere sonores,
Clangebant sylue, sed cùm Philomela periret,
Sylua suos frondes, uocem retrahebat & ales.
Corticibus lacrimas arbor fundebat apertis

Hec dans signa sui magni non friuola luctus.
Atrato rutilus uelabant tegmine pennas
Cultrices pietatis aues, atq; ungue cruento
Vellebant plumas, hirti & palearia menti,
Tristibus atq; heu heu gemuerunt flebile rostris.
Garrula deplorans Philomelam in Vallibus Echo
Edebat Philomela, sonos Philomela, nec ulla
Præterea uoces lacrimoso effudit ab ore.
Fama sed ut fidis pastorum uenit ad aures
Vera piæ apportans Philomele funera, quantus
Ortus ubiq; dolor, quantæ insonuere querelæ?
Custodem pecudum scio, qui resupinus in antro,
Pasceret ut simas acclivi in rupe capellas,
Tale sua carmen modulans tunc coepit auena,
Quod repetam, docto gaudent pia carmine festa,
Nec te poeniteat, digna est querimonia scitu,
Audire, & mage fit lux hæc solennis, Amynta.
Occidit, & nomen quoties ego dulce recordor
Ora pijs lacrimis sudant, Philomela uadofum
Leucoreo quæ lœta solo cantabat ad Albim,
Delicio nemorum, summa usq; ad sidera nota,
Que uolucres docuit normatas iungere uoces,
Concinnum & resonare melos, iucunda Deorum
Quos unquam tacuit nec corde nec ore uoluptas.
Quot uarijs uolucres nemorum conuallibus ortæ
Ad Montis niuei sterile aduenere cacumen,
Ut quos uoce sonos Philomela arguta ciebat
Arripiunt dociles, iuuenili & pectore condant,

Atq; pares studeant imitari in carmine uires,
Qui numerare uolet, meſſis numerabit aristas.
Et coeli ſtellas, et Ponti in gurgite pifces.
Occidit in ſyluis decus heu paſtoribus ingens
Solamenq; mali. Viridi proiectus in umbra
Heu quoties iacui, Corylis circumdata densis
Cum Philomela pias uoces cantaret ad auras,
Dulcis et hinc fefos quoties ſopor obruit artus?
Immemor herbarum ſtabat maculosa iuuenga,
Semiesum patulo tenuitq; in gutture gramen,
Admirans paruo tantum eſſe in corpo rebor,
Exiguamq; ſonos tantos effundere lingua.
Tunc nemo inflatis pecudes in paſcua duxit
Utribus, altipetas capras, agnos' ue petulcos,
Carmine cuncta ſuo Philomela armenta uocabat,
Quo tenuit ſummo ſuſpensas mente capellas,
Quo tonsas ſibi iunxit oues rexitq; ſequaces.
Plus tunc lactis erat, lanarum maior accruiſſ,
Carminibus letae pecudes per grata ruebant
Paſcua, ceu cantu ſaturas ſic gramine nunquam
Se fieri attente, ſic cogito, poſſe putabant,
Tām diſtentā domum referebant ubera lacte.
Vespera ubi uenit, tristantes rure relicto,
Verberibus cogens uix ad ſtabula alta reduxi.
Lucifer at primum cantare ubi coeperaſt ales,
Eſt fragor exortus ſubitō in praſepibus ampliſſ,
Oſtia pulſa fero cornu ingemūcre, frequenter
Haec quoq; conſregit tot grex occurſibus audax.

Mox igitur uili properans excedere lecto,
Saltantes pecudes etiam custodibus absq;
Emisi in campos longa procedere pompa.
O quoties memini foribus cùm fortè reclusus
Astarem proprius, cupidus numerare scor sim
Egressas, certa & post interualla, cohortes,
Tunc petulans subitò me incautum cornibus hircus
In ceni turpem trusit foetore lacunam,
Ut facies et barba simo polluta rigeret,
Nec properans domino mea turba ingrata pepercit,
Tantus amor pecudum, nostrum & Philomela leua-
Curarum fuerat, nec eam superesse dolemus. (men
Occidit & cantus, nostra & pia Musica sylue,
Harmonia & nostri cecidit dulcissima secli,
O utinam liceat nostris in montibus unquam
Defuncte similem Philomelæ audire uolucrem.
Gramina secta uides turpissima sponte renasci.
Mortua in autumno, post planta in uere resurgit,
Datq; sequens flores quos proximus abstulit annus,
Nostra reuiuiscat nobis Philomela precamur.
Gloria sic campis & ruri prima rediret.
Talia cantanti subrepens lumina somnus
Clausit, & afflata refouebat membra quiete.
Deinde leonino pastor de robore dictus,
Quà Bartpha, intra altos scopulos, uelut altera Vlys-
Patria, conspicitur, tanti cùm nuncia luctus sis
Audisset, perit omne decus, dicebat, in aliis
Montibus, interiit syluarum omne ornamentum,

Occidit heu uolucrum uigilans Philomela magistr,
Omnibus impendent heu quanta silentia syluis?
Hac sine dulce nihil graue uitam & pondus habeo,
Te Philomela sequar, tua consuetudo sub umbris
Metrahet, eternos simul ut uiuamus in annos,
Dixit, & est iecoris morbo correptus acuto,
Quo post consumtus Barthphana excescerat urbe
Latus, & aetheream coeli concendit ad arcem.
Pannoniae cecidit flos, fama & gloria terra.
Omnes quos pecudum numerat gens illa magistros,
Vicerat arte potens & docto carminis usu:
Lanigeras cum pauit oves, Dux praeuius agmen
Commoda iucundo per pascua carmine duxit.
Cum lupus infidias timido struxisset ouili,
Omne pecus timuit, pastorum turba timebat,
Voce leonina solus deterruit hostem,
A caulisq; lupos clamans arcebatur obesos.
Sedulus agnellos, teneros curabat & hædos,
Sæpius expansis hædum gestabat in ultiis.
Denia si qua greges properos neglexerat agna,
Hanc, formidatus nil tædia longa uiarum,
Ad notum turbæ numerum mox ipse reduxit.
Omnia uitabat magna contagia cura.
Innocuas querens cum pratis mollibus undas,
Voce lupos, uulpes terribat uoce dolosas,
Sæpe est gallinæ prolem tutatus inerment,
Nec passus uulpem clausis in cortibus unquam
Grassari, uetuit clamans quoq; uulturis omnes,
Quæsis

Quis summo capit pullos ex aere, fraudes.
Mellificas dilesxit apes, aluearia circum,
Sole sub ardenti, noua quando examina surgunt,
Adfuit, & cantu iuuenilia pectora mulxit,
Ut patrias sedes teneant, mirentur & artes
Maiorum, & primis illas imitentur ab annis.
Idem me docuit cera coniungere plures
Cannas, ad numeros triuiale & dicere carmen,
Sicut & innumeris alijs hanc tradidit artem
Gratis. Nil curae est fidis pastoribus aurum.
Pannonis ora dole, Barthphenses plangite campi,
Funde tuas lacrimas Gepidarum florida tellus,
Transyluana piis his Dacia iunge querelas,
Vestros Sauromatæ uicini ostendite luctus:
Ille leonino sumens de robore nomen
Occidit, heu, uestris solamen ouilibus ingens.
Secla futura uirunt tales nec ferre putemus.
Posterior magis hunc quondam admirabitur etas,
Mius memori laudabunt pectore nomen.
Ille leonino qui robore nomen habebat
Quisquis erat, dicent, iunctis quam dulce cicutis
Canubat, sua adhuc gratum & dulcedine, carmen,
Sit bene defuncto, bene dulcia labra quiescant.
Oceanus Boreis terra est innata procellis,
Quam Danus pugnax curuo diffindit aratro.
Hic Bordingus erat pastores clarior inter.
Si qua lues pecudes, si psora aut ulcera lento
Vexabant stantes alta ad praesepia morbo,

Plantas, quas medicos promas seruabat in usis,
Attulit, atq; illas oleis, nunc unguine miscens,
Pharmaca composuit, pecudum quib. abstulit omnem
Morborum seriem, caulas que tentat agrestes.
Hunc prior, ante diem, ualidum, quoq; sustulit est.
Pastores doleant pinguis quos Dania nutrit,
Illorum si fœda lues iam septa ueneno
Imbuat, et pecudes scabies infestet auara,
Quis poterit morbi causas, quis pharmaca nosse?
Illa quis ignarus prestat cum laude? peritos
Vult medicina uiros, tamen hi quoq; sapient errant.

Occidit et pulcri pascens ad flumina Nicri
Lotichius, doctum semper cantare paratus,
Testantur Nicer et Rhenus, duo numina, carmen.
Nunc has nunc alias multa dulcedine uoces
Repperit, ut iuuenum mirata sit Itala tellus,
Dixerit atq; dolens, Non hoc Germania potax
Digna unquam pastore fuit. Mala lingua futuro
Vati mox nocuit, nocuerunt fascina Vati.
Baccare quis frontem poterat cinxisse decorari,
Immatura suo ne atroces ense sorores
Lotichij, sed post quid consulo, fila secarent.
Huic iniuncta suas tribuit quoq; Gallia laudes,
Moribus, ingenio' ue magis sit amandus an arte,
Dicere non potuit, Germanæ gloria gentis
Maxima, dixit, eris, tibi prospera fata precamur.
Teutonia attentas cantanti prebit aures,

Illiū ad uoces & mortua tota retinxit,
Lotichij æternū celebrabit & ardua nomen.
Lotichij in auratis pendebit fistula templis,
Et suus huic præstandus honos non desinet unquam,
Lotichiumq; suum Germania tollet ad astra.
Heu mihi, cum caneret mirum, pecus omne stupebat,
Hoedulus & dulci dependens ubere matris,
Ubere neglecto, cupidis inspexit ocellis
Cantantem, & patula, materni oblitus amoris,
Aure sonos hausit, nec ab hoc cantante recessit.
Nec solum cantu, fuit & medicamine clarus,
Morbis infectum cum sèpè audiuit ouile,
Pharmaca Apollinea felix commiscuit arte,
Est ut Apollō lyræ simul & medicaminis autor,
Arte in utraq; potens sic iure secundus Apollo
Lotichius dici, & proles Phœbeia, meretur.
Ceu fauus huic dulci carmen manabat ab ore,
Gratiae & hoc nitido formabant rore politum,
Adfuit ipsa Venus, quæ carmen amabile reddens,
Aspergit faciles, mixta grauitate, lepores.
Quæ Medici norunt penetralia cuncta subiuit,
Pastorum multi quæ nec per somnia cernunt.

Occidit, at lacrimis sine quis canat illa, Meduse
Si quoq; uel uultus, oculos habeat ue minaces?
Occidit heu placidi laus exoptata Viadri,
Qua uada Francorum tribuerunt nomina terræ,
Agricola,

Agricola, antiqua nomen de gente Sabina
Vsurpans, tuus interij iam Marchia alumnus.
Illud & externis multum admirabile lumen.
Italicas fuerat missus legatus in oras,
Hausit ubi infelix febrilis lenta ueneni
Semina, que, quarto redeuntia Sole, medullas
Ossa intra lacerant seu exuguntq; rigore.
Hinc æger casulae parua ad sua limina uectus,
Inuenit mœstam mœsta cum coniuge prolem.
Absentem doluere, magis doluere reuersum,
Tantus inexhausto serpebat corpore languor,
Pallida labra, labris nudos, caua lumina, dentes,
Deniq; cuncta uident, tristes, exangua membra.
Deuouet Italianam coniunx cum prole, maritum
Et longa infectum quæ reddat tabe parentem.
Pharmaca multa parant, Medicis quæ sepè probant,
Antè fuere, prius quibus atq; in corpora robur
Viuiscum redijt. Sed nil medicamina prosunt,
Cum mora longa malum damnis grauioribus auxit,
Et natura iacet uires exuta priores.
Hoc misero gaudens excessit carcere uite,
Certus in eternæ patriam transire salutis,
Certus & immensa coeli ditione potiri.
Occidit Aonidum cura, ignis, uita sororum,
Gorgonei cui iubar equi dedit inclytæ Pallæ,
Addidit & frenum gemmis auroq; decorum,
Multæ subinde monens quo colla superba gubernet
Ordine, ne incautum sessorem Pegasus audax
Tergore

Tergore deiçiat, uagus & discurset in orbe.
Paruit hortanti iuuenis, condescendit & altum
Numine fretus equum, celeremq; inuertit in orbem,
Calcare nil usus, magnis nec uiribus ullis,
Conscensum solis animal cicurabat habenis.
In seſſore ſuo gaudens Neptunia proles,
Erena ferox agili ſpumantia mandit in ore,
Ungula & instabilem calcans diſpergit arenam,
Vnde ſuos ſumſit felix Germania fontes,
Qui uitreis noſtros humectant annibus agros,
Flumina & aeterno pariunt ingentia fluxu.
Fonticulos tales eſt Marchia nacta ſalubres,
Multi & in hiſ terris iam cernitur Hippocrene,
Calce ſuo meruit nobis quas ardiuus omnes
Pegasus undarum dotes rectore Sabino,
Cuius ubi audiuit mellitas ore fluentes
Voices, aethereas acer conſcendit in auras,
Et uarijs equitem terris monſtrabat ab alto.
Tanta erat illius diuino in carmine uirtus,
Tam benē concinnis carmen fundebat auenis.
Ut leuis in ſummas nubes dum ſurgit alauda,
Indeſſa ſuo cantu, indeſſa uolatu,
Ruricolam exhilarat, feſſos iſtaurat arantes,
Impigre ut curuum laeti ſectentur aratum,
Atq; alacres uiridi ſindant in ceſpite ſulcos.
Ipsos uoce boues mirum gaudere uolantis,
Nec iuga prima putant collis pendere ſubactis,
Pondere ceu uacui ſed herilia rura pererrant :

Sic ager

Sic ager omnis erat latus cantante Sabino.
Hic quoties iuncta cantabat arundine carmen
Ad uada considens lenti piscofa Viadri,
Vnda suas obliteras (audire putaret
Labentes quis aquas ?) ceu saxum immobile stabat.
Stabant & pulcris stringebant littora pinnis,
Conspicui frontem, uocis dulcedime, pisces.
Ad numeros duxere suas armenta choreas,
Et dominum circa grex signato orbe cucurrit,
Vicinæ in ripæ quem ludere sicut arena.
Agricolæ lati tunc incubuere lacertis,
Ferrea uisa fuit tunc pluma in uomere moles,
Vllus arare labor duris nec creditus aruis.
Indefessa boues colla ad præsepe ferebant,
Inuitosq; domum uix à cantante retraxit,
Carmine sic tauri delectabantur, arator.
Inuitus summo Phœbus quoq; cessit Olympos,
Cum caneret, terræ celeres deuouit & umbras.
Pegasus auscultans salientes calcibus amnes
Interea effodit, dominus se fonte lauabat
Pegaso, atq; sitim notis sedabat in undis.
Hoc fera mors miseris spoliavit munere ciues.
Nunc silet omnis ager lamentans fata Sabini,
Pastoresq; gemunt lugubre in montibus altis,
Rustica & infelix nunc heu heu fistula plorat.

Hæc mala præteritus moctis ambagibus annus
Attulit, ah similis ueniat post nullius Amynta,
Mutas efficerent omnes tot funera sylvas,

Dulcis

Dulcis & in nostris cessaret Musica campis.
Nam paucæ uolucres, pastorum turba pusilla,
Concordi ueteres imitantur pectore Musas,
Ac patrium sancto repetunt conamine carmen:
Maior in antiquo pietas & gratia cantu.
Magna sed obscœnas quæ fingat copia uoces,
Quam furie extimulant, cuius sub labra uenenum,
Et gladios acres, flamas abduntq; rapaces.
Miror, & haud mecum tu non miraris Amynta,
Cur fortuna bonis semper contraria spiret,
Et quo res peior, magis hanc sors leta secundet.
Solicitor non esse Deum, sint irrita fassa,
Credere, qui æquali trutinet mortalia lance.
Cuncta ruunt casu, quis enim Deus omnia curet?
Aut quis in has terræ sordes pertæsus Olympi
Coelicola inspiciat? Supremis infima sordent.
Si superis hæc cura foret, Philomela maneret,
Carmine quæ fecit celebres hominesq; Deosq;
Et ceculatum ualidis auferrent fata catenis,
Qui sua materno, fraterno & sanguine tinxit,
Tingit adhuc uolucrum teneris ex artibus ora,
Quæ tamen ut multo nutriantur sanguine pallent.
Nunc sua nota uidens anteactæ crimina uitæ,
Induit accipitris formam, & uim fraudibus addit,
Accipitrumq; genus firmo sibi födere iungit.
Iamq; dolis misero uictam Stridore cruentat
Sauus auem, turpi pia uiscera tradet & aluo,
Et Deus ipse sua toruum alitis opprimat hostem.

Si Deus

Si Deus est, ut & est, scelus hoc cur tempore tanto
In sylvis uolucres sunt extirpare canoras,
Nec scelerata feris punit tot crimina poenis?
Aut fortasse manet fatorum immobilis ordo,
Legibus & fixis mundana haec stantq; caduntq;
Nostrum, quod nolim, nec erit mens libera numen.

A. Continuis animi fluitant erroribus egri,
Desine, diuersa est tua eis sententia dictis.
Quam pia templa sonant nobis diuina parentis
Sufficit (An dubitas patris de uoce?) uoluntas.
Talia ne in sacris dici congressibus audis?
Credo Deo querax sibi non contraria sentit.
Erepta est Philomela auium Regina piarum,
Occidit e' nostris flos, & pastoribus omnis
Spreta ouium cultura iacet, non ullus aratro
Dignus habetur honos, exculta noualia squallent,
Sublatosq; uocant, uana sed uoce, colonos.
Interea Cuculus sylvas ululatibus implet,
Et spolijs uolucrum, furtiuos irrigat artus,
Impia pastorum tetr as per compita uoces
Turba serit, blasphem a Deo nec parcit, ut altas
Ipse domos habitet clemens & cuncta gubernet.
Ista putans casu fieri aut fataliter erras
Mæri, regit totum Deus ut quoq; condidit orbem:
Ira Dei gressu lente procedit amili,
Senior ut grauior poenis atq; implicat orbem.
Grandia grandi etiam pena delicta plantur. Exclu

Excelsa sedem numen sibi legit in arce,
Omnia ut inspiciat uigilanti lumine uindex.
Mense ut erat nostræ nuper coniuua sacerdos,
Cui nos diuinæ curam commisimus ædis,
Hæc noua pro ueris me posse aiebat habere,
Quæ si scire cupis repetam, plaufra ampla parari
Pœnarum Cuculo, tute ipſe fatebere Mœri,
Vnde sed has habeat, nolebat dicere, uoces.
Hoc scio quod nunquam fallax mendacia spargat.

M. Delectantur apes cytiso, alta fronde capellæ,
Gramina currenti gaudent crescentia riuo,
Gauderem Cuculum mihi quis si cantet ad aures
Ex salice elatum tandem cecidisse cauata,
Et sua maturasse illum sibi funera fune.
Sed tibi quæ dicens tunc esse audita recense.

A. Est nemus Elysij uicinum nobile campis,
Paciferæ quæ stant oleæ, quæ palma grauatos
Victrix delicijs protrudit in aëre ramos,
Quæ procta suas uuis turgentibus ulmus
Vites pampineas spacioſa protegit umbra,
Quæ rosa luxurians dulci spiramine surgit,
Quæ uiole blandæ, quæ dulcis amaracus amplam
Vestit humum & semper benevolentis fundit odores,
Quæ laurus myrtusq; uirent, quæ pulcra susurro
Vnde fluit molli camposq; aspergit opacos.

Huc uigilans anfer Gabretæ natus ad alta
Culmina migravit, migrarunt huc quoq; Cygnus
Inclitus, & sylvas habitans Philomela comatas,

m Huc

Huc aliæ debent sanctæ migrare uolucres,
Huc sapiens ueniet cano iam corpore Cornix,
Huc ueniet spinis habitatis libera Acanthis,
Hic etiam doctæ locus est signatus Alaudæ.
Ad nemus assurgit collis, sub ualle propinqua
Pastorum pia turba sedet, qui carmine Diuos
Viui laudârunt, laudant tellure reposti,
Cincti Amaranthæis iuuenilia tempora fertis.
Carmine dulcisono respondent agmina sylue
Aligeræ, exhilarat reliquos hæc Musica manes
Qui campos habitant & rura beata peragrant.
Feruet ubi præceps diris sed Tartarus undis,
Titanesq; feros turpi in fœtore uolutat.
Hic nemus est piceis ramis insigne rubentes
Quos peredunt flammæ, crepitans ubi pascitur ignis,
Immundas hoc claudet aues, hoc semper iniquas
Audiet insuavi crocitantes ore uolucres.
Vulgares cuculo non hi debentur honores.
Urina stetit triplici multum concussa senatu
Quo Ditis uarias componit curia lites,
Quæ situmq; scelus cuculi quo grande piari
Posset suppicio, dubias noua crimina mentes
Iudicibus faciunt, uarie & sententia nutat.
Concludunt tandem Furiarum munera trind
Deberi cuculo, sceleri quia sufficit unus,
Hungarici spolijs cum sit ditiſsimus auri
Præmia nulla petens infernæ & seruict aule.
Hinc ea lugubris rerum quam forma uidetis,

Anguicoma

Anguicomæ extrudunt sua firma uenena sorores
Certatim, terris altum nunc æthera miscent,

Ne quid inexhaustum uenicns successor adiret,
Qui superare uolet solita ambitione remotas
Diuas atq; aule pomposos queret amores.

Venturi cuculi totus formidine languet

Portitor ipse Charon, metuens uectare carina
Corpus adhuc uiuum, scelerum ista & mole grauatu,

Iam trepidant animæ Cocytii ad flumina stantes,

In cymbamq; ruunt, ueniens ne proterat istas

Accipitro cuculus, quarum antea corpora diris

Prenderit innocua & miserè discerpserit hanis.

Det Deus ut tanto tandem sit libera monstro

Terra, nec hanc unquam similis post calcet alastor.

Hæc tunc illa mihi, iurans ad singula, dixit,

Et credo, ast malim certò iam credita nosse.

M. Audieram quoq; tale aliquid si ritè recordor

Fatidici sunt hæc, mihi crede, oracula uatis,

Nec uana esse solet multi quam fama fatentur.

Ah utinam cuculus tota cum stirpe periret,

Sic prior in sacros remigraret Musica lucos,

Pastoresq; pium repetita carmen auena

Cantarent, prior & pecudum cultura rediret.

A. Frustrà uota facis, sua semina multa relinquet

Sublatius cuculus. Mala uel sine semine durant.

Summus ubi iudex immensi uenerit orbis,

Tunc cuculina ruet socio cum foedere proles.

Sed nunc Maeri uale, nostram proficiscor in Vrbem,

Hec ubi, si possunt, renouari rastra iubebo.
Et ferrum longo ualidum consumitur usu.

M. Hanc mecum maneat angusto in culmine noctem
Sol defessus equos solito iam flumine merget,
Iam redit ad mulctrum pecus, en quanta ubera uaca
Immensamq; tui non cernis corporis umbram? (c. 8)
Nuper ut enixa est geminos macilenta capella,
Ne matri ebiberent omnes e corpore uires,
Vnum mactauit, quem mox assabimus, haec dum,
Adiungam dulcis, lactucas, pabula somni,
Est mihi præterea uerni ingens copia lactis,
Caseolusq; recens, sed uini pocula desunt,
Hordea nunc potum faciunt quem cocta bibamus.
A. Ocia cum fuerint maiora aliquando maneo,
Nuper in obscuris mihi uisa est area spinis
Frugifera, hanc rastris & grandi purgo ligone,
Seis quoq; quam multum domini præsentia prospic,
Ad famulos cogar summo cras manè reuerti.
M. Vicine ergo caue ne pons notissimus unde
Te ledit, multis inopini est causa pericli.
Transgrediens miserè fregit crura ambo colonus
Vicus noster, quo non tibi notior alter,
Hic sua iniqua domi conclusus uulnera deflet,
Spem medici exigua dicunt supereesse salutis:
Ingens namq; grauat totum inflammatio corpus.
Hunc super incedens casum est quoq; passus acerbunt
Simplicitatis amans, obseruantissimus & qui,
Amicus pastor, curis oneratus & annis,

Cui coniunx fœcunda super, sed egena, columbam,
Innumeram peperit, uegeta omnia corpora, prolem.
Hic curuæ affixit neruosa uolumina spinae,
Atq; cadens dixit, Nisi mortuus immemor huius
Lapsus & pontis nunquam potero esse maligni.
Huic temerè infido noli te credere ponti.
A. Cautus ero, præuisa minus quem spicula ledunt.
Quid domini faciunt? Non hec iniuria pontis
Sic neglecta foret melior dum curreret ætas.
Iniusta à nobis quid uectigalia sumunt?
Moeriuale, sua sat quemuis si cura fatiget.

19. Aprilis. Anno 1551.

F I N I S.

VITEBERGÆ.
EXCVDEBAT IOHANNES^{*}
CRATO.

ANNO. M. D LXII.

1789469



